In Bartoli Effigiem.

ALEXANDRI GATTI
Carmen.

CVM primùm incubuit nefanda terris
Virùm progenies, cruoreq́; arma
Recenti crepuere tincta, & unum
Essent omnia crimen, atque culpa;
Astraa hinc paribus citata pennis
In nubes penitus recessit altas,
Haud uisura aliàs fugata terras:
Ni lux, Bartolus ille, iuris ingens
Huc illam reuocasset ex Olympo,
Dum leges bonus excitat iacentes.
Da flores igitur pius tabella,
Vultus qua exprimit illius, coronas
Da gratus roseas, benigne lector.
Vultus illa quidem refert seueros,
Dotes ingenij impotens referre.
Quòd si has exprimeret, vel orbe toto,
Nihil pulchrius hac foret tabella.
Da flores iterum, benigne lector,
Vernos, Da roseas pius coronas.
Astraam reuocauit ex Olympo.


BARTOLI
VERA
EFFIGIES
PERVSIA
PISA
SAXO
FERATV
BONONIA
VIXIT
ANNOS
XXXXII
CINVS
PISTORI
ENSIS
IACOBVS
BVTRIGA
RIVS

Ex Pauli Iouij Elogijs.

MYRTEI.

HIc eſt Bartholus ille, iuris ingens
Lux,& commodus explicator, hic eſt,
Quem mors ante diem abſtulit maligna.
Heu mors inuida, & æuo iniqua noſtro,
Quæ leges iterum iacere cogis:

LATOMI.

VNquam ſi poterunt perire leges,
Cum ipſis Barthole legibus peribis:
Aſt ſi harum ſteterit perenne nomen,
Non eſt quod timeas mori perennis.

BARTOLI

à Saxoferrato,

LVCERNAE IVRIS,

OMNIA, QVAE EXTANT, OPERA:


Eaq; profectò non modò eiusdem Delphicis Responsis quàmplurimis, ac Tractatu de Procuratoribus aucta, verum etiam aureis Adnotationibus,
Iacobi Anelli de Bottis, Regij Consiliarij Neapolitani, & Petri Mangrellæ Cauensis, causarum patroni acerrimi, præter cæteras aliorum omnes iam impressas, illustrata.

Vnà cum GEMMA LEGALI, seu Compendio aureo Sententiarum, omniumq; propositionum, quibus tum Bartolus, tum Addentes vsi sunt, studiosissimè elaborata: dilucido præterea nouoq; ordine atque alphabetica serie; INDICIS LOCVPLETISSIMI loco, in studiosorum gratiam exornata: Quorum seriem, nomenclaturamq;, versa pagina indicabit.

Hac sanè Editione accuratissimè omnia recognita, & emendata.

TOMVS PRIMVS

In Primam Digesti Veteris Partem.



VENETIIS, M D CIII.

Septima Editio Iuntarum. *Cum Priuilegijs.*

NOMENCLATVRA SEV ELENCHVS

Eorum, quibus, præter omnes alias Venetas Editiones, hæc BARTOLI Opera XI. distincta Tomis, locupletata sunt.

*Quorum ea, quæ antea impressa fuerunt, hac asterisci * nota: ea verò, quæ nunc recèns adijciuntur, manus ☞ signo indicantur.*

TESTAMENTVM BARTOLI, post eius Vitam, à Thoma Diplouatatio descriptam, atque nunc recèns pulcherrimis Additionibus exornatam, vnà cum vera eius Effigie, & Arbore liberorum, vsque ad annum M D X C. in principio huius Tomi.

* INDEX Generalis omnium Titulorum Iuris Ciuilis, ordine literario ad singulas cuiusque voluminis Bartoli paginas accommodatus, in eod. Tomo.

* LEGES & Glossæ Bartoli singulares & notabiles, In eodem Tomo.

* LEGVM, Paragraphorumque omnium, præter eorum Rubricas, nomenclatura, quas Bartolus interpretatus est, singulis Tomis præfixa.

* RESPONSA, seu Consilia sex eiusdem Bartoli, quæ in criminalium Consiliorum voluminibus extant, in Decimo Tomo.

HACTENVS NON IMPRESSA, SVNT HAEC.

☞ CONSILIA *XXXVIII. eiusdem, nunc primùm collecta, & Summarijs illustrata, in eodem Decimo Tomo.*

☞ TRACTATVS *prætereà de Procuratoribus, in eodem Tomo.*

☞ ADNOTATIONES *eruditissimorum Iurisconsultorum, Iacobi Anelli de Bottis, Regij Consiliarij Neapolitani, & Petri Mangrellæ Cauensis, causarum patroni, in cuiusque Tomi initio.*

☞ ADDITIONES *item aliquot Iacobi Menochij præstantiss. Iurisconsulti, in alijs editionibus incuria omissa, ad Tit. de verb. oblig & ad nonnullos alios sequentes, in initio Sexti Tomi.*

☞ GGEMMA LEGALIS, *seu Compendium aureum, loco* INDICIS *locupletissimi, ex Sententijs quibusq; seu propositionibus, quib. tum Bartolus, tum Addentes usi sunt, nouo ordine alphabeticaq; serie a* LVCIANO BASSANO, *nobili Patauino, legum professore exculta, quæ Vndecimum, seu postremum Tomum sortita est.*

BENIGNIS LECTORIBVS SALVTEM.

NEMO est omnium, qui nesciat, ardentiori nos semper, quos genuimus liberos, quàm qui ab alienis orti parentibus, amore, beneuolentiaq; complecti: Iis quoque in rebus vnumquemque, quas ex animo ordinandas excolendasq; suscipit, multo plus certe operis studijq; nauare, quam in ijs, vel quarum cura leuiter tangitur, vel quas non tanti faciendas existimat, vt in eis aut magnos sumptus faciat, aut totos dies in illustrandis conterat, atq; consumat. Mirum igitur uideri non debet si nos etiã, qui laboriosam hanc, difficilemq; prouinciam sponte suscepimus, vt celebriorum Auctorũ (cum eorum, qui rerũ caducarum principia, causas, & passiones, seu affectiones considerant; tum illorum, quibus diuino splendore collustratis, primum quidem æternum ipsum luminis fontem, primamq; omnium rerum causam, & Auctorem cognoscere, atque intelligere; deinde, quæ infra ipsum posita sunt, intueri licet, atque perspicere, tum vero, quorum in languoribus, & morbis ex humanis corporibus medica ope expellendis, cura, labor, industriaq; versatur; tum denique illorum præcipue, qui sanctissimarum Legum ænigmata, & nodos explicare totis, quod aiunt, viribus enituntur) volumina nostris prælis ederentur in lucem, quoties ea nobis excudenda fuerunt, sedulam dedimus operam, vt aliquid semper præstaremus, in quo eruditi nostram diligentiam laudare non mediocriter possent. Quale est, accurata vetustorum exemplarium collatione, loca corrupta, si quæ sunt, emendare, & cum res postulauerit, etiam augere, nunquàm alias emissa eorundem Auctorum opera imprimere, & recentibus additamentis, nouis declarationibus, aut tabulis, alijsq; id genus lucubrationibus illustrare quam ob causam, si ipsi etiam reuiuiscerent Auctores, magnam profecto nobis gratiam relaturos, nedum fore existimamus. Atque, vt quod dicimus re ipsa comprobetur, qui in Philosophia Auerroem, in Theologia vetus, nouumque Testamentum, & D. Thomæ Angelici Summam absolutissimam, in Medicina Galeni, Hypocratis, & Excellentissimi D. Hieronimi Mercurialis, opera à nobis excusa perspexerit, de his iure dubitare non poterit. Quid quòd hoc ipsum ex Archidiacono, Abbate antiquo, Abbate Panormitano, Diuersorum Repetitionibus, aliorumq; Canonistarum, quas nunc præ manibus habemus, Lectionibus, vt Francisci Zabarellæ, & Mariani Socini in Iure Canonico; ex Bartolo, Iasone, Paulo de Castro, Alexandro, Baldo, & alijs in Ciuili, longe melius constat, & illustrius. Quare cum supradictus Bartolus, quinquies iam nostra cura, & labore impressus, sexta in lucem vice denuo esset emittendus, maiori, quàm antea, studio, & ardore incubuimus, vehementioriq; animi contentione enixi sumus, vt illum, & ornatiorem, & auctiorem, & quoad fieri posset, ditiorem redderemus. Atque hanc ob causam, vbicunque locorum in Italia publica reperiuntur Gymnasia, ad insignes quosque viros, quos ibidem in ciuilibus florere animaduertere potuimus, literas dedimus, vt si quæ apud ipsos in Bartolum, nunquàm amplius impressa reperientur, ea nobis diuulganda communicarent. Quo sanè factum est, vt ad nos Excellentissimus D. Petrus Arrighius Pistoriensis, (quo nunc veluti lectissimo, suauissimoq; flore Florentia floret,) de Procuratoribus Tractatum, & ad hoc vsque tempus, inuisa Consilia (quæ viri est humanitas) tradiderit perferenda. Alij vero eadem ratione moti, nouas Excellentissimorum D. D. Iacobi Anelli de Bottis, Regij Consiliarij Neapolitani, & Petri Mangrellæ Cauensis Additiones (quas, quoniam non opportune ad nos delatæ sunt, initio cuiusque Tomi collocauimus) nobis impertiuerunt. Excellentissimus autem D. Brunorus à Sole, I. V. D. Venet præter multa, quæ nos hac in editione monuit, prouinciam suscepit, vt Compendium omnium, quæ extant in Bartolo Aditionum contexeret, quas ita (mira præsertim breuitate) digessit, vt eas quiuis in nouo huius impressonis Indice, facile reperire queat. Amicitia vero nobis coniunctissimus, Excellentissimus Doct. Dom Antonius de Amicis Aquilanus, omnium in expurgandis impressionibus diligentissimus, multum suo labore, ac industria nostram hanc iuuit editionem. Plurimum denique studiosos D. Luciano Bassano, nobili Patauino, cuius Legalem Gemmam huic operi attexuimus, debere, & no-

ſtrum etiam ſtudium in ea imprimenda; ad cęlum vſque laudibus euehere neceſſe eſt: Cum præſertim eius editio magni laboris, longi temporis, & incredibilis ſumptus fuerit. Et quanquàm in quibusdam nuper Baſileæ editis Bartolis, aliqua ex parte laborem huic noſtro ſimilem aggreſſi ſunt, tamen eorum mxum effuſum, atque oleum, & operam perditam perſpicuum eſt, atque clariſſimum: quippe cum in Voluminibus illis omnis ſanè perfectio deſiderari poſſe videatur. Quam obrem ſuaſore plurimum Reuerendo D. D. Deſiderio Guidone, Aſculano, Iuriſconſulto integerrimo atq; doctiſſimo, Venetiarum Patriarcali Vicario, ipſe idem D. Lucianus, totum opus denuo agnouit, agnitumq; cum recẽti, venuſtiorig; alphabetico ordine, tum plerisq; alijs laboribus illuſtrauit. Eiuſdem etiam Bartoli è Perusia ad nos miſſam effugiẽ, ære excudendam curauimus: quæ quidem quãtum ab alijs, quæ ad hanc uſq; diem impreſſæ ſunt, differat, quiuis facilè dijudicare poterit. Hãc autẽ ita Bartolo ſimilem eſſe, vt ſibi nec ipſemet tã ſimilis fuerit, dubiũ eſſe nõ poteſt: cum præſertim qui Bartoli ſunt conſanguinei, nos hac de re certiores fecerint. Addita inſuper a nobis eſt ab eodem Bartolo deſcendẽtium Arbor, quam (quod ſciamus) nullibi in eiuſmodi libris licet intueri. Videtur igitur nobis (& fortaſſe merito) neq; ad integritatẽ quicquam, neque ad ornatum etiã & dignitatem in ſexta hac editione poſſe deſiderari. Quæ autem à nobis addita fuerint, ſatis ex prima poſt titulũ pagina perſpicuum eſſe arbitramur. Neque vero cum tot, tantaque nunc in Bartolum, & additamenta, & ornamẽta cumulerimus, dubitare licet, cum opus fuerit illum denuo ſtudioſis offerre, nobis in eo augendo, & externando, maiorem, quàm hoc tempore, induſtriam defuturam, cum præcipue temporis anguſtijs preſſi, plęraque, et ea non contemnenda, omittere, non ſine magna ſtudioſorũ iactura, coacti fuerimus. Quæ quidem omnia ſi læta (quod aiunt) frõte exceperitis, Textus etiam Ciuiles elegantiſsima caracterum forma, nouis additionibus, correctionibus, alijsque laboribus auctos, & caſtigatos, breui uos à nobis accepturos pollicemur. Et quoniam tunc primo ex Officina noſtra proficiſcentur, quantum operæ, & ſtudij in eorum editione collocabimus, cum in minoris emolumenti libris non obſcuram induſtriæ laudem tulerimus, cuius ſanæ mẽtis diuinare facile fuerit: Bartolum igitur interea (ſuauiſſimi lectores) ita excipite, ut noſtris conatibus faueatis: ita legite, ut iis, qui in hoc genere, prouinciam hanc noſtram ſuis laboribus iuuare non defuerunt, ſalutem a Deo Opt. Max. & omnia proſpera precemini. Valete.

BARTOLI SAXOFERRATENSIS

PRÆCLARISSIMI IVRIS VTRIVSQVE INTERPRETIS VITA,

Per D. Thomam Diplouatatium, I. V Doctorem edita.

Ne quis miretur velimus, ſi omiſſa Bartoli vita a doctiſſimis, & eloquentiſſimis Iureconſultis, Ioanne Fichardo, (vt tempus obſeruem, qui primo ſcripſit) & deinde Marco Mantua, eleganti ſtilo compoſita, hanc Thomę Diplouatatii legendam emiſerimus. Id enim egimus, tum quia Iuriſconſultorum vitæ ab ipſis ſcriptę magna cum eorum laude in manus hominum habentur, tum quia copioſius de Bartolo Thomas ipſe verba fecit: idcirco boni quiſque conſulat.

Huic tamen vitæ a Diplouatatio conſcriptæ notulas quaſdam marginales non ſpernendas appoſuimus. Teſtamentum inſuper ipſius Bartoli. Deſcendentium ab ipſo Arborem, inſignique domus ſibi a Carolo IIII. imper. donata, huic noſtræ editioni adiecimus, alijs mortis, qui de ipſo ſcripſere, & præſertim Ioan. Pan. Lancelot. in eius vita, relictis.

Patria. Natiuitas,

Præceptor grammatices.

Bartolus natione Picenus, patria Saxoferratẽſis, vir illa ætate omniũ conſultiſſimus, ac epiſcopiſſimus iuriſque monarcha, natus fuit Saxoferrati ex patre nomine Frãciſco, anno Dñi 1313. audiuit grãmaticam ſub Reuerẽdo Patre Fratre Petro de Aſſiſio viro experto, & miræ ſanctitatis, qui Venetiis erexit domum Pietatis, & ipſum ſua doctrina talẽ reddidit, q. in tertio, & decimo anno ſuæ ætatis ſub Dño Cy. de Piſtorio, Doctore excellentiſſimo in Academia Perusina profitente, iura ciuilia audire incępit, & eius perſeuerante gratia taliter continue ſtudẽdo, profecit, q. in vigeſimo anno Bononiæ repetendo, ac diſputãdo publice de iure reſpondit, prout ipſe Bartolus refert in l. quidã cũ filiũ in ſecunda pe. col. ff. de verb. obl. licet Ang. de Perusio in l. 1. §. quæritur. ff. de poſſi. lando, dicat ſe audiuiſſe, q. Bar. in 17. anno publice de iure reſpondit ad inſtar Neratii iuriſconſulti.

Anno 20. reſpondit de iure.

Auditor Cyni.

Fuit ergo auditor Cy. Perũſ. prout etiam ipſe Bar. refert in l. qui Romæ §. Callimachus, in prin. ff. de verb. oblig. & in l. 1. §. ſuſpectũ. ff. de ſuſpectis tuto. & in l. q. Nerua in 2. col. depoſi & in l. omnes populi, in 9. col. ff. de iuſtitia, & iure. & dicit Cal. in c. vaſallus. ſi de feudo fue. contro. inter dñm, & agna. Bar. ſibi dixiſſe, illud q. ſumme ſibi crediderat ingeniũ ſuũ fuit lectura Cy. debitanter reſpõdi tis, & relinquẽtis cogitandũ.

Iac. Butri gar., Iacobo de Bel-ui.

Fuit etiam auditor Iac. de But. & Iac. de Bel. prout ipſe Bar. pluries in ſuis lecturis refert, & maxime in repe. l. ſi is, qui pro emptore circa fi. ff. de vſuca. & in l. ſub prætexto, in 2. col. C. de tranſa. Audiuit et Old. de Laude, vt ipſe Bar. refert in auth. hoc locum, in 3. col. C. ſi ſecundo nupſ. mulier. & etiã Ray. de Forli, vt ipſe Bar. refert in d. auth. hoc loco, in 4. col. & alibi ſæpe, & poſtea fuit eius concurrens, vt infra dicẽ.

Oldra. Rayn.

Bar. in 21. anno fuit doctoratus, et ipſe refert in d. l. q dã cũ filiũ, in pe. col. & fuit Bononiæ, anno Dñi 1334. & die 27 Septẽb. & habuit in põtificalibus illud, q. mer. can. q. dedit ſibi D. Iac. de Bel. & l. 1. C. quemadm. teſta. aperian. q. ſibi dedit D. Pet. de Ceretis Bonon. prout vidi manu propria Bar. ſcriptum. Exercuit Bar. officium aſſeſſoris, & primo fuit aſſeſſor Tuderti, & poſtea Piſis, vt ipſe refert in l. 1. §. ſi in prin. ff. de verb. oblig. & Bal. in l. 1. in 9. col. C qui accuſ. non poſſunt. & Ioan. de Ana in rub. extra, de deli. pue. Fertur etiã, q. fuit Bar. iudex maleficiorum Bononiæ, & eum tunc male perpendiſſet leges, & reũ quendã male examinaſſet, & furcæ ſupplicio præter meritum cõdẽnaſſet, nõ bene audire cępit: quamobrem in ædibus S. Victoriæ in Appennino duobus millibus paſſuum a Bononia ſitis, vbi nũc etiã eius camera apparet, p ſeipſum remidie libros, vt ipſemet refert in proœmio ſtrũ §. hæc aũt iria licet illa lect. in d. § ſic Cy. Poſtea iuit Piſas, & fuit aſſeſſor Poteſtatis, vt ipſe refert in d. l. 1 §. 5. & 11. ſi re qui. §. q. ſi ſeruus. ff. de acq. rer. do. & ibi in generali ſtudio Piſano legere incępit anno ætatis ſuæ 26. & anno Dñi 1339. & repetiit d. l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſuca. prout ipſe Bar. in fi. dictæ ſuæ repet. refert, & Bal. in d. l. 1. in 9. col. & ibi multis annis legit concurrens cum d. Ray. de Forli. vt ipſe Bar. refert in l. interdũ §. ſi. ff. de verb. obl. vbi aſſerit ſe legere Piſis cũ Ray. ſidiſto & Iaſ. in d. l. oẽs populi. in repet. Ticinenſi, dicit, q. Ray. fuit præceptor Bar. & poſtea eius concurrens, & fecit in d. l. vnam repet. contrariã: in qua, vt opinor, ſtudio æmulationis, & inuidiæ ſcripſit, & in omnibus de vno in vnum cõtra Bar. tenet, & dubitat ne eueniret Ray. id, q. præclare ſubdit Io. And. in proœm. Scati, ſo onuella, q. Machabei ſtudio

Doctoratus anno 21. 1334.

Aſſeſſor Tuderti, & Piſis. Iudex maleficiorum Bon.

Camera eius in Appennino.

Legit Piſis anno 26. ætatis per 11. annos.

studio contradicendi perdiderunt sanu in intellectum, & ideo Ray in l. fi. C. de sen. pass. loquendo de Bart. appellat ipsum quendã magistel lum. Fuit etiam collega in ordinaria vespertina cũ dno Signorollo de Homodeis, solenni Doctore ante tempora Bar. fm Card. Alex. in c. 2, in fi. de donat. inter vi. & vxo. & propterea dicit idem Signorellus propter concurrentiam, quã habebat cum ipso in cons. 157. inci. Dicimus, & consulimus, in 4 col. q Bar. habuit opi. fantasticas. Et adde, q Bar. tẽpore suo disputauit plures qõnes, & præcipue anno Dñi 1342. qõnẽ, q incipit, Statuto ciuitatis Lucanæ. & anno Dñi 1345. quæstionẽ, q incipit, An per sententiam. & anno Dñi 1346. qõnẽ, quæ incipit, Iudex maleficiorum. & anno Dñi 1347. qstionẽ, quæ incipit, Mulier habens amplũ patrimoniũ, vt in fi. dictarũ disputationum apparet. Itẽ de anno Dñi 1350. legebat Pisis Infortiatũ, vt ipse Bar. refert i l. Mæuius. §. 1. in fi. ff. de leg. 2. & in l. hoc art. in 3 & vlt. col. in fi. ff. de hæ. inst. & in l. de pupillo. §. qui opus ff. de ope. no. nũciat. & in l. in suis. in prin. ff. de lib. & posth. dicit audiuisse bis Infortiatũ sine alia intermissione. Et cũ legisset Pisis per annos 12. fuit conductus Perusium de anno Dñi 1351. ad legendũ, & effectus fuit ciuis Perusinus, & ibi legẽdo factus est optimus, sm Bal. in l. 1. in 9. col. C. q accu. non poss. & Io. de Ana. in d. Rub. de delictis puerorum. & cum ibi noster legeret, repetiit l. testamento. C. de impub. & alijs subst. & prout ibi refert Pau. de Cast. Bar. tractauit totam materiam iuris accrescendi, q ipse posuerat in l. re coniuncti, ff. de legat. 3. quã ipse repererat Pisis pluribus vltra opiniones, & tunc Perusij acquisiuit magnã famã, & incœpit vocari Cometa, & de tota Italia illuc concurrebant omnes scholares, & dicit hæc audiuisse viua voce Bal. Et adde, q Perusij Bart. composuit Tractatum represaliarum, anno Dñi 1354. & Tractatum Tyberiadis, anno Dñi 1355. vt in dicto tractatu, in prin. refert. Bart. fuit statura mediocri, & habebat oculos veluti fixos, & speculationi diu intentos, & eundem in locum diu directos ad formam cuiusdam cogitabũdi, fm Bapt. Sene. in suo trac. de modo studendi, in 11. col. in fi. vbi dicit, q ita vidit depictam imaginẽ Bart. cogitabũdi in domo recolẽdæ memoriæ D. Ange. de Perusio. & ita ego vidi depictam eius imaginẽ Vrbini in studio Excel. tũc Principis D. Federici de Mõtefeltro, Vrbini Ducis. Et fuit Bart. adeo frugi vita, q comedebat ad pondus, vt haberet intellectum pariter dispositum, & nunq̃ alteratum, fm Lud. Rom. in sing. 719. incipit, Quæro an re. Et didicit etiam litteras Hebraicas, vt ipse Bart. refert in tract. de insignijs, & armis, in vlt. col. in ver. primus declaratione. Fuit etiam Consiliarius Regis Caroli Quarti, Romanorum Imperatoris, q inter cætera sibi cõcessit, vt ipse, & cæteri de agnatione sua Leonem rubrum cũ caudis duab. in cãpo aureo portaret, vt ipse refert in Extrauag. ad reprimẽdũ. in prin. & in tracta. suo de insignijs, & armis, circa prin. & vide Ang. in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. & vide, quæ scribit Bart. de seipso, in l. 1. §. fi. ff. de dote prælég. vbi nominat se Bar. de Saxoferrato. Bart. fuit Spec. & Lucerna iuris ciuilis, & edidit mirabilia Commenta in iure nostro. fm Bapt. Sene. in d. tract. de modo studendi, 25. col. & idem Bapt. ibi in 6. col. dicit, & proponit scholaribus duorum solidissima ingenia, in quorũ dictis rarius inuenitur error, vt illos eligat tanq̃ principatum tenẽtes inter Cõmentatores iuris, scilicet Io. And. in iure canonico, & Bart. in iure ciuili dicit etiã Ang. de Are. in §. cæteras, in 3. col. Inst. de pup. subst. q creditur magis Bart. in iure ciuili, tanq̃ magistro omnium, & magis experto, q Io. And. iure ciuili, q aliqua opinio Legistarum ita se habeat. De Bartoli vita, & auctoritate plura ponit D. Frãc. de Curte, in l. admonẽdi, in 1. col. ff. de iureiur. in cons. 47. incipit, Super cõtrouersia, in 5. col. & in cons. 86. incipit, Super eo. in 4. col. & Io. Abbas Spanheimensis, in lib. de Scriptoribus ecclesiasticis. fol. 137. & D. Nic. D. Alex. gener Bal. in repet. l. sed si fi. ff. de mune. & hono. D. Tindarus de Peru. in tracta. de test. lib. 1. c. 2. & Bapt. Sene. in tract. de modo studendi, & Ias. in l. quidam cũ filiũ. in 12. col. & seq. vsq; ad finẽ, ff. de verb. oblig. Et addo, q Ang. in l. 1. C. de iudicijs, & in cons. 59 incipit, Factũ tale est, dicit, q Bart. fuit Lucerna iuris. & idem Ang. in cons. 107. incipit, Visa dicta causa, alleg. Bart. virũ excelsum, & præceptorem suũ. & idem Ang. in cons. 166. incipit, Pro decisione quæ ĩforũ, dicit Bart. fuisse virũ recolendæ memoriæ & idem Ang. in cons. 186 incipit super hoc puncto. dicit Bar. virũ excelsum, & præceptorem suum, & summum Doctorem appellat Pet. de Ancha. in cons. 415. incipit, contra heredes, in fi. & Bal. in c. qm cõtra falsam. in 10. col. de proba dicit, q Bar. fuit summus Doctor & præceptor suus, & ipsum longo tempore audiuit, & discẽdi cupiditate ea ro ab eo discessit. & idem Bal. in l. rationem. C. de proba. dicit Bar. fuisse supremũ Doctorem. Et Pau. de Cast. in cons. 188. incipit, præsupposito quodam statuto, in fine, dicit q consulendo temerarium vi recedere a determinatione Bar. Et idem Pau. in l. si aduersus. in fi. C. si aduersus rem iudicatam, dicit, q Bar. generaliter sequitur plus veritatẽ, q̃ Bal. & Alex. de Imo. in cons. 55. in 4. vol. incipit, perspectis his, quæ in thema te. in 16. col dicit, Bart. qualis Doctor fuerit, nemo est, q nesciat fm ipsum, quod in simili dicit versus vulgaris: *Mestro che potea far la lingua nostra.* Et dicit D. And. Barb in cap. cum tibi. in 21. col. de testa. quod opinio Bar. est tanq̃ Apollinis oraculum verissimũ. & idẽ And. Barb. in c. fi. in 11. col. de success. ab intest. dicit, quod Bar. fuit lumen ac ditissimum iuris ciuilis. Et Bap. Sene. in d. l. omnes populi, in 95. col. dicit, q Bart. fuit excellentis ingenij, cui nullum numẽ abfuit, & fuit in eo, vltra aleã scientiã legum, admirabilis prudentia, & Barth. Soc. in cons. 176. incipit, Inter fratres, in 2. col. dicit, q Bart. fuit optimus auriga in hac ciuili scientia, & Pet. de Vbaldis Moder. in c. Ray. in fol. 51. de test. dicit, q Bar. vt plurimum sequitur veritatem æquitatẽ. & omnia vidit, & dicit d. Ias. in Rubr. C. de iure emphyt. q post gl. sequitur ordinem Bar. cuius vestigia semper adorat, & idẽ Ias. in Rubr. ff. de offic. assess. ris, dicit q Bar. fuit lucerna iuris, & idẽ Ias. in l. fi. in 2. col. C. de instit. & substit. dicit, q Bar. fuit vir diuini ingenij, & idẽ Ias. in l. admonendi in reper. Paduana, in 1. col. ff. de iureiur. dicit, ergo ordine Bart. obseruato, cuius vestigia venerari solitus sum, & idem Ias. in d. l. quidã cũ filiũ, in fi. dicit, semper in legib. Bar. ut terrestre numen colui, & eius vestigia quantum licuit obseruaui. meminit etiã Ias. Paduæ cum legeret l. cum mora, de trãsac. dixisse viua voce, q Bar. fuit illuminator iuris, & lux cæcorum, & vbi ponit casũ, vel quãdo dicit casus, vel tex. est, dicit ipsam veritatem, & si aliqui per aliquam reprehendatur, in hoc vere ingenium nostrum non est sufficiẽs inducendo, & speculãdo prout ipse faciebat, & si non fuisset Bar. certe fuissemus i abrupto. dicit et D. Ant. de Prato Doctor sui tẽporis singularis, in suo repertorio Bar. in prin. q auctoritas Bar. tanta ante nos, & his temporib. nostris extitit, vt vere destricte lege, eius opi. pro iure seruetur, de cuius laudibus dicere possumus, q de laudibus Lucij Crassi dicitur quem Cicero lib. officiorum, Iurisconsultorum disertissimum appellat, l. 2. §. etiam ff. de orig. iur. & dicit Bapt. Sene. in d. tract. de modo studẽdi, in 11. col. q in Hispania, & Lusitania decreto regio, & cõmuni illarum partium est sancitum, q in casib. in quib. reperitur contradictio Doctorum, opi. Bar. præualeat tanquã peritissimi, & sic secundum illã iudicetur. Valde et commendatur Bar. per Ab. In cap. non minus in 11. col. de immu. eccle. & in cõsi. 3. in 1. vol. incipit, Casus talis est. vbi dicit, Bart. fuisse iuris ciuilis illuminatorem, & Bal. in l. scriptũ. C. de fide instrumẽ. & Fulg. in cons. 180. incipit, Viso processu in 2. col. & in cons. 206. incipit, pro eius de quo quæritur. in 2. col. & per Archiepisc. Flor. in sua tertia par. historiæ, tit. 21. c. 8. in fi. & Blondũ For. li. 1. de Italia illustrata, in Etruria 1. regione, & in Piceno 5. regione & dicit Bal. in suo tract. de commemorationibus famosissimorum Doctorũ in vtroque iure, in pe. col. q Bart. fuit plusquam excellens, & subtilis. Legit Pisis, sed cõtinuauit semper in Perusio, & ibi domicilium habebat, quo tempore ibi legebat Franc. Tigri. de Pisis, & erant inimici, vt fratres. fuit enim Bart. satis subtilis, sed non memoriosus, in tãtum q quando aliquid cogitabat, & non reperiebat leges ad propositum, ibat ad dictum D. Franciscum, & ille sibi dabat leges. & dicit Ang. & Pau. de Cast. in l. si quis serui. ff. de sol. q Bar. de dictis D. Francisci Tigri. fecit sibi malum honorem, & parum ipsi D. Frãcisco, quia ipsum nunq̃ allegabat, vel raro. Tamen D. Franciscus prædictus in cons. suo, quod incipit, Ego Franciscus, in. 152. inter consilia Bar. dicit Bar. fuisse excellentissimum Doctorem. Composuit Bar. mirabilia Commentaria in iure ciuili, & super ff. Veteri, Infortia. ff. Nouo, & Codi. quæ modo sunt impressa. & quia sunt aliqua, quæ non sunt Bart. in marginibus suis locis sunt notata. Scripsit etiam super tribus lib. Cod. tamẽ aduertendũ puto, q Bart. solummodo scripsit vsque ad tit. C. de periculo eorum, qui pro magi. lib. 11. fm Ang. ibi, concord. de quib. per Ias. in d. l. quidam cum filium, in 14. col & in repe. d. l. omnes populi. in Ticinensi lect. in prin. & adde q idem dicit Alex. cons. 191. incipit, Visa actis causæ, in vlt. col. excepta repetitione l. 1. C. de dignit. lib. 12. quæ vere est Bart. vt apparet ex dictis per Bar. in l. 1. C. de cond. in pu. hor. lib. 10 & in l. fi. C. de inco. & filios, & ordo Bar. ibi bene conuenit. Itẽ quæ modo scripsit super Auth. de quibus refert Bar. in auth. hoc si debitor, in fi. & in l. profectitione. C. de pig. & in l. si cum. ff. de excusatio. scripsisse, hoc etiã attestatur Bal. in auth. cessante. C. de leg. hær. tamen in veritate, licet scripserit Bar. super auth. ista lect. impressa, q attribuitur Bart. non est Bart. secundum Alex. in Rubr. ff. de acq. hæred. & plene Ias. in d. l. quidam cum filium. in pe. col. & vltra alios plenissime per Bapt. Sene. in repet. l. edita. in 50. col. C. de eden. licet Alex. in l. post consanguineos. §. legitima. in additio. natal. ff. de suis, & legit. alleget pro lectu. Barto. Item scripsit secundum aliquos super Instit. & ita affirmat dictus D. Ioan. Ab. in d. lib. de scripi. ecclesiasticis, fol. 177. quæ lectura a paucis annis sub nomine Bar. est impressa, tamẽ ret veritate illa non est Bart. quia non conuenit stilo, quo in lectu. suis vtitur. præterea ibi, in pluribus locis alleg. Bar. & præcipue in §. 1. Instit. de libertin is, circa medium, & in §. 1. Inst. de auth. tut. in prin. & sic per consequens non potest dici esse Bar. lectu. Itẽ scripsit plures Tractatus, qui sunt impressi, & quia sunt aliqui qui attribuuntur Bar. quæ vere non sunt, ibi scripsi in addit. meis, & addidi nonnullos alios Tractatus eius, qui non fuerunt impressi. & ideo dicit Andr. Sicu. in c. cũ sit generale, in 68. col. de constitutionib. q multa attribuuntur eius quæ re vera non sunt & illud accidit ex modica diligentia moderna, qua vigiliis antiquorum apud Canonistas attribuit Io. And. & apud Legistas Bart. & nos cæci secundum ipsum modo sequimur cõmunẽ errorem. Scripsit plura consilia, quæ ex modica diligentia non fuerunt recollecta, de quib. multa sunt impressa, sed non omnia. Habeo plurima consilia eius. manu propria cum eius sigillo, & alias recollegi plusquam 150. quæ cito impressioni dabũtur cũ Additionibus, & locis numerat per Doctores allegantes d. consilia. Vltimo loco Bar. glossauit Extrauagãtes, Ad reprimẽdũ, & qui sunt rebelles, & suæ gl. textui sunt insertæ, quæ omnib. notæ sunt, de quib. dicit Bapt. Sene. in d. tract. de modo studẽdi in 30. col. ver. vidistis vsque nunc, q dicta parti super dictis Extrauagãtib. putat maioris esse authoritatis aliquib. alijs dictis eiusdem: quia magis digeste edidit, & tanq̃ gl. & dicit Bartholomæus Veronen. in auth. sed nouo iure, in 6. col. C. de ser. fugi. q Imperatores dederunt potestatẽ eidem. vt glossaret dictas Extrauagãtes, & sic ipse de voluntate ipsorũ gl. eas habuit fratrẽ noie Bonacursum, cui insignia Doctoratus Perusij dedit, & extat eius. sermo Doctoratus ipsius, qui incipit, nomẽ est nomen suum Accursius, hic fuit Excellentissimus Doctor, extant plura eius consilia, & aliqua originalia ex ipsis cũ sigillis sunt penes me. Habuit eius. duas filias, quarum alteram tradidit nuptui D. Nicolao de Alexand. de Perusio, viro domi nobili, sed scientia legum nobiliori, quem solẽnẽ Doctorẽ, & generũ Bart. appellat Franc. de Curte in cons. 27. in 7. col. incipit, Magnificus vir, hic in iure ciuili plura composuit, & scripsit, de quo scripsi in Trac. meo de præstãtia Doctorum, in lib. 9. de claris Iurisconsultis. Alterã vero nuptui tradidit D. Guil. de Perusio, Excellen. legũ Doctori, quem solẽnẽ Doctorẽ, & generũ Bar. & patrem Dñi Sallustij alle. Ang. de Are. in §. fi. in 1. col. Insti. de Senatuscons. Tertul. & in §. actionũ, in 7. col. Instit. de actionib. & Laurus de Fano. in §. cæterũ. Inst. de leg. agnatorum succes. in 7. col. & vide Pet. de Anchara. in cons. incip. Hæc qõ vulgaris, de quo et in d. Trac. de præstãtia Doctorũ scripsi. Tandẽ mortuus est Perusij anno salutis Dominicæ 1359. & die 13. Iulij, anno ætatis suæ 46 & sepultus in ecclesia Fratrum Minorum, ad latus dextrum altaris maioris, licet D. Tindarus in d. tract. de test. 2. lib. c. 8. attestetur eũ circa obijsse. Nam dicit q eius. 43. annũ suæ ætatis agens, vita functus est, & in illa paucula ætate, tot & tãta, eã obscura, tã obtenebrata, & penitus incognita, mirabili quadam memoria, ac incredibili perspicacia in apertũ duxit. Qua fere ætate cæteri omnes via literarum profunditatis scientiæ nostræ tetigissent. Quid fabricasset, inquit, si 90 aeuum attigisset, sicut fuere multi ciuilis sapientiæ professores? profecto nihil ambiguitatis, aut obscuritatis in iure ciui. relictũ esset, vnde ipsa secula augenda sunt, fm eũ, & Archiepiscopus Florẽt. in d. 3. par. suæ Historiæ, li. 21. cap. 8. & Bapt. Sene. in d. tract. ie 11. col. dicit Bar. obijsse anno Domini 1355. & anno ætatis suæ 46. & Ioã. Ab. prædictus in d. li. de scriptoribus ecclesiasticis, dicit ipsũ obijsse anno Domini 1355. & anno ætatis suæ 56. Indictione octaua, tempore Caroli Imperatoris.

Perusiũ cõductus ad legendum 1351. & factus ciuis.

Statura eius, & effigies.

Comedebat ad pondus.

Consiliarius Caroli IIII Imperat.

Insignia domus, cõcessa illi ab Imp.

Princeps fuit in iure ciuili.

Io. And. in iure canonico.

Vitã eius & auctoritatem tractant Fr. de Curte, & alij.

Lucerna iuris.

Præceptor Bal.

Opinio eius tanq̃ Apollinis oraculum.

Auriga in iure ciuili.

Authoritatis quãtæ sit, præsertim in Hispania, & Lusitania.

Subtilis fuit, sed nõ memoriosus.

Commentaria eius in iure ciuili.

Lectu. sup Auth. qd. nõ sit sua

Consilia multa scripsit, q non extãt impressa.

Glossauit Extrauagant. cum potestate Imperatoris.

Filias duas habuit, & secundum alios quinque, & duos filios vt eius testamẽto patet.

Mors eius & sepultura.

Qua ætate mortuus sit variant Scriptores, vide Plat. in vita Inn. sec. VI. & supplemẽtum Croni. sub Car. IIII. lib. 12. vbi dicit idẽ, quod Io. Abb.

BARTOLI TESTAMENTVM
VNA CVM ARBORE LIBERORVM EIVS,
EX VITA IPSIVS BARTOLI
Per Ioan Paulum Lancelottum descripta.

IN nomine Domini, Amen. Anno Domini Millesimo Tricentesimo quinquagesimo sexto. Indictione nona, tempore Domini Innocentii Papæ Sexti, Die xiiii. Mensis Maii. Actum Perusiæ in loco Sancti Francisci, Ordinis Minorum, Præsentibus Religiosis viris, Fratribus infrascriptis dicti Ordinis, scilicet Magistro Ioanne Iacobo de Spello, Sacræ Theologiæ Magistro, Luca Ioannis de Beneuento, Vgolino Ioannis de Monte, Mateo Ceccoli de Perusio, Cagno Raynaldi de Diruto, Thomasso Ranucoli de Marsciano, Nicolutio Vanii de Fratta, testibus ad hæc vocatis, & ab infrascripto testatore rogatis.

Cum vita hominis sit labilis nimium, & caduca, & nūquam in eodē statu permaneat, sed subito labitur velut vmbra: ideiro sapiens vir Dominus Bartolus Cecchi Bonaeursii de Saxoferrato, legū Doctor, Ciuis Perusinus, habitator Perusii, in Porta Sanctæ Susannæ, & parochia Sanctæ Mariæ de Francolinis, sanus mente, & corpore, cogitans sibi posse mortis periculum imminere, & naturaliter euenire: nolēs decedere intestatus, ne de suis bonis discordia oriatur, præsens testamentum nuncupatiuum facere procurauit in hunc modum.

In primis quidem reliquit corpus suum sepeliri apud Ecclesiā Sancti Francisci portæ Sanctæ Susannæ de Perusio, si ibi decesserit, vel alibi prope per triginta miliaria: si vero decesserit Saxoferrati, apud Ecclesiam Sancti Francisci de Saxoferrato.

Itē reliquit dictæ Ecclesiæ Sancti Francisci de Perusio, & de Saxoferrato, & cuilibet earum pro earum acconcimine vigintiquinque lib. den. Perusin.

Item reliquit Hospitali Sancti Francisci de Perusio portæ Sanctæ Susannæ decem lib. den. Perusin.

Item reliquit expendi pro anima sua inter pauperes Ciuitatis Perusii centum lib. den. Perusin.

Itē reliquit Dominæ Pellinæ Bouarelli, vxori suæ, supra dotes suas centum florenos auri. Item reliquit idem Dominæ Pellinæ omnes pannos lanæ, & lini, & mātellos deputatos ad suū vsum. Itē reliquit eidē Dominæ Pellinæ omnes res, & masaritias, quas apportauit, & apportari fecit in domū dicti testatoris, si quæ reperientur tempore mortis ipsius. Item reliquit eidem Dominæ Pellinæ totā terram, quam ipse Dominus Bartolus emit ab Andreutio Ceccoli de Zampeleriis, posit. in pertinentiis villæ Sancti Cipriani de Beneggio Comitatus Perusini, & hoc in recōpēsationē, & animo recompēsandi cū extract. omniū, & singularū rerū, & fructuum, quas & quos ipsa apportauit, & apportari fecit in domum dicti Domini Bartoli, si quę essent consumptæ, & eodem modo reliquit eidem liberationem ab omnibus expensis vtilibus, & necessariis per ipsum Dominū Bartolū factis in reb. dotalibus ipsius Dominæ Pellinæ.

Item reliquit Sanctæ, suæ filiæ, & vxori Ioannis Nutii, Domini Petri de Saxoferrato supra dotes suas, & in augumentum dotis suæ, centum florenos auri, & in his eam sibi hæredem instituit.

Item reliquit Paulæ suæ filiæ, vxori Domini Nicolai Alexandri de Perusio dotes suas, & supra illas viginti florenos den. Perusin & in his eam sibi hæredem instituit.

Itē reliquit Franciscæ suæ filiæ, sponsæ Domini Guilielmi Celloli de perusio dotes pro ea promissas, scilicet 450. florenos auri, & in his eam sibi hæredem instituit.

Item reliquit Nellæ suę filię ꝑ dotibus suis 450. florenos auri & in his eā sibi hęredem instituit. Item voluit, & iussit quod si contingerit aliquā filiam legitimam ex vxore sua sibi nasci, ꝙ habeat pro suis dotib. 450. florenos auri, pro qualibet, & in his eā sibi hæredē instituit, & voluit, & iussit quod nulla dictarum suarum filiarum possit i bonis suis plus petere occasione matris earū, vel alia: & si aliqua dictarū suarū filiarū natarū, vel nascēdarū decesserit in pupillari ætate, vel postea quādocunq; sine liberis, substituit ei, vel eis infrascriptos suos filios, & hrēdes, & descendētes masculos per lineam masculinam in stirpes.

Item reliquit Nellæ filię quondam Petri Cecchi, fratris dicti testatoris centum florenos auri, de bonis suis. Item voluit quod si dicta Nella decesserit sine filiis, dicta quātitas deueniat in infrascriptos suos filios, & hæredes.

Item voluit, & iussit quod si contigerit aliquam ex dictis suis filiabus, vel dictam Nellam Petri eius Neptem, viduam remanere, vel cum suo viro non posse stare, & vellet ad domum dicti testatoris reuerti, quod possit, & debeat habere alimenta de bonis ipsius testatoris, remittendo in domo dotes suas, vel ius repetendi dictā dotem. Item voluit, & iussit, quod si contigerit quod aliqua ex dictis suis filiabus iterum deberet remaritari, & dotes primo datæ non possent rehaberi, vel non sufficerent ad maritandas eas, secundum consuetudinem Ciuitatis Perusii, quod eo casu dos ei constituatur, vel suppleatur de bonis suis arbitrio boni viri, dummodo maritentur Perusii.


In omnibus aliis suis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, Franciscum & Aloysium suos filios, & quemlibet alium filium masculum, sibi nasciturū legitimū ex vxore sua, sibi hæredes instituit vniuersales, & si aliquis dictorū suorum filiorum natorum, vel nascēdorum decesserit in pupillari ætate, vel postea quādocunque sine liberis, substituit ei superuiuentes filios masculos, vel eorum filios masculos in stirpes: qui si omnes dicti sui filii decesserint sine liberis masculis & fœminis in pupillari ætate, vel postea quandocunque, voluit quod cuilibet dictarum suarum filiarum detur supra dotem, relictum sibi factum quòd computata dote, & relicto quælibet habeat mille florenos auri: in residuo vero substituit eis dictum Bonacursium fratrem suum: hac conditione quod si ipse Dominus Bonacursius decesserit sine liberis masculis legitimis, ꝙ totum ꝙ ad ipsum peruenerit ex vigore præsentis testamenti, reuertatur ad dictas suas filias, vel earum liberos in stirpes. Si vero dicti sui fi-

lii, vel alter eorum decesserit sine filiis masculis superuiuẽtibus filiabus fœminis ex his voluit, & iussit, ꝙ dictæ suæ filiæ dotentur competenter, secundum consuetudinem Ciuitatis Perusii; residuum deueniat in superuiuentes filios masculos ipsius testatoris, vel eorũ liberos in stirpes: Si vero dicto casu, scilicet, si decesserit sine filiis masculis superuiuẽtibus filiabus fœminis nullus filius masculus dicti testatoris, vel liberi masculi ex eis superessent, eo casu voluit, quod bona talis decedentis diuidantur hoc modo, quod meditas sit filiarum dicti testatoris, & nepotum superuiuentium, & descendentium ab eisdem in stirpes. Alia medietas sit filiæ, vel filiarum alterius filii, qui sic decesserit.

Item dictis suis filiis, vel filiabus reliquit tutores Bonacursium fratrem in omnibus bonis, quæ sunt vbique, & vnà cũ eodẽ Franciscum, & Napolusium Domini Iacobi de Assisio habitatores Perusii, tutores reliquit in bonis, quæ sũt Perusii, & in eius comitatu. Et hæc est sua vltima voluntas, quam valere voluit iure testamẽti, & si iure testamenti non valeret, voluit, & iussit valere iure codicillorũ, & omni modo quo melius valere potest.

Ego Iacobus olim Nelli, auctoritate Imperiali Notarius de Perusio, portæ Sanctæ Susanæ, prædictis omnibus interfui, & vt supra legitur, rogatus scribere a dicto testatore subscripsi, & publicaui.

Ex vniuersali igitur hęredum institutione satis liquido patet, quam sit a veritate deuium id, quod vulgo videtur inualuisse nullis relictis filiis masculis Bartolum decessisse, puto autẽ mendatium hoc irrepsisse, non cuiusque malignitate confictum, sed quod Doctores nostri, quibus de Bartolo cõquirere, & quæ inuenerint annotate cure fuit, compertum habuerint extitisse quosdam egregios iuris peritos, qui socerũ Bartolum habuissent, qualis inter alios fuit Ioan. Baptista Perusinus, qui luculentissimũ in libros tresdecim digestum conscripsit de arbitris Tractatum, & quod gener esset Bartoli in operis ipsius limine scriptũ reliquit: & Guilielmus itidem Perusinus, quẽ acutissimũ Iurisconsultum, & generum Bartoli, testatur Ancharanus Responso suo ducẽtesimo vnde compertum quidam habuerunt illum filias suscepisse, quem generos constaret habuisse, De masculis vero cum iuri operam nõ dedissent, nec aliquid literis mandassent, nihil compertũ habuerũt. Scriptum igitur reliquerunt, filias quidẽ suscepisse, de masculis tacuerunt. Sed illud non est consequens, filios masculos nõ suscepit, quod filias illum suscepisse constat. Floret autem nunc Perusiæ sub Alfanorum nomine, quæ a Bartolo ipso sumpsit originẽ familia, ex qua oriundus est notissimæ vir doctrinæ Bernardus Alfanus, Bartoli trinepos, ꝗ laudatissima edidit in ius ciuile Reportata, atq; in Academia Perusina, non minore sua laude, quam auditorum vtilitate ius ciuile vespertinis horis ꝓfitetur: in quo munere obeũdo eruditio, & ingenium præcellẽs illum ex Bartoli liberis vnum, et clarissimi ex eadẽ Bartoli ꝓsapia Iuriscõsulti Tindari, pronepotẽ satis clare cõprobat vt autẽ huic veritati facilius fidẽ astruamus, arborẽ agnationis ac ab ipso Bartolo recta descẽdẽtium subiici ẽdã duximus.



INDEX GENERALIS

Omnium Titulorum iuris ciuilis, ordine literario.

Ad singulas cuiusque Voluminis BARTOLI *paginas accommodatus.*

PRAEMONITIO AD LECTOREM.

CUM per breuitatem temporis, benigne lector, (solet enim tempus occupatis, opinione citius effluere) multa, quæ in animo erant, pro excolendis Bartoli Commentarijs efficere non licuerit, vtile omnino & necessarium esse duximus, hunc tibi in omnes Bartoli Rubricas vniuersalem Indicem per paginarum singularum numeros collectum, tanquam laboris & studij pro te suscepti corollarium superaddere: Qui tibi decisiones inueniendi, & depromendi facilitatem quàmmoximam allaturus est. Notas autem in Titulorum dispositione has seruanimus p.j. & 2.V partem primam & secundam ff. Veteris: p.j. et 2. I. ff. Infortiati: p.j. & 2. N. ff. Noui: p.j.2.3.C. Codicis primam, secundam & tertiam, quæ tres postremi libri Codicis continentur, partem designant. Item Auth. Authenticas: Instit. Institutiones. His vero notis subiecti numeri cuiusque partis paginas indicant. Vale, Lector, & nostris laboribus fæliciter fruere.

A

B

C

D

Quod

F I N I S.

LEGES ET GLOSSAE BARTOLI,
SINGVLARES, ET NOTABILES.

EX DIGESTO VETERI.

BArt. in l centum.ff.de rerum di.nu.2

Lex 1 in priu.ff.de offi.procon.non est alibi.

Lex si familia ff.de iuri.om.iud.forte non reperitur alibi.

Lex ar. itro.ff.qui satis.cog.nescio eam alibi.

Lex iurisgentium.§ & ideo puto.ff.de pac.no.ex isto tex.singularem.

Lex, si tibi decem §.quædam.ff.de pac.no.istum tex. quia singularis est.

Lex, cum hi §.qui transigit.de transact.est notabilis,& singularis casus.

Lex eligen li.C.de procur.est casus sing.Bar.in l.fin. de procur.

Lex diuus.ff.de in integ.resti.est singularis.ibi.

Lex quod diximus.§.in hæredem.ff quod metus causa.no.istum tex.quia non est alibi.

Lex patri pro filio.ff de mino istud principium fortè alibi non reperitur.

Lex cum miles.ff.de alie.iud mu.cau.fac.sing.est & fortius est ista.

Lex si quis iudicij.ff.de alie.iud mut.cau.fac.nota istam legem,& superiorem, quia nescio alibi.

Lex sicut.§.sed si quæratur.ff.de serui.sing.est,nu.1.

Lex in l Aquilia §.si deletum.ff.ad leg. Aquil. domini est ista lex sing.glo. magna est notab.& sing.in l. Aquilia.§.si deletum.

Lex heredes ff.famil.ercifcun.notabilis est & singularis, si legis a capite vsque ad finem.

Lex si fundum.ff.man.nota finem huius legis, quã nescio alibi.Bar.

Lex operi.ff loca.singularis.ibi.nu.2.

Lex ea lege.§.locati.singu.est.

Lex cum in plures.§.vestimenta.ff.loca nota eam, quam nescio alibi ita bene declaratam.

Lex scimus.§.si verò creditores.C.de iure delibe.casus sing.Bar.in l.si fundus.§.in vendicatione.ff.de pigno.nu.2.

EX INFORTIATO.

LEx, post dotem.ff.sol.mat.secũdum quintam lecturam est singularis, num.6.

Lex quod satis C.de bo.quæ libe. est casus singularis, ita qđ non est alibi.Bar.in l.post dotem.in 6.ff solu.mat.nu.16.

Lex si de dote.ff.de iure do.est sin.i hoc. Bar.i l.3. C.de iu.fis.

Lex 1.§ ex his.ff.de lib agno.singularis est.

Lex siue contra.§.quis Plautianum.ff.de lib.agn.est subtilis.clara & singularis.Bart.ibi.

Gl.in l.quamuis.ff de tute & ra.dist.alibi non reperitur.

Lex 3 § priuilegium.ff.de magi.conue.non reperitur alibi.

Lex proponebatur.ff de magi.non reperitur alibi.

Gl.in l.3 ff.de test.alibi non reperitur.Nicol.de Nea. in l.2. de excu.tuto. ibi.num 7.

Lex scire oportet.§.consequens.ff.de excu.tut.tam notabilis,& singularis, quàm sit in mundo in sua materia.

Lex Nesennius.§.fin.cum l.sequenti.ff.de excu.tu. non reperitur alibi, secundum Nico.de Neap.

Lex amicissimos.§.Lucius Titius.ff.de excu. tut. non reperitur alibi, secundum Nico.de Neap.

Lex; qui filium.ff.vbi pupil.educ.debet, non reperitur alibi, secundum Nico.de Neap.

Lex si tutor.§.si duobus.ff.de tut.& ra.dist., non inuenitur alibi, secundũ Nico de Neap.

Lex non solum.ff.de ritu nuptia.casus singularis. Nico.in l si.ff.de tute.& ra.dist.nu.1.

Gl.in Lex patet.ff.fami.ercis non reperitur alibi casus.Nic.in l.quid.§.sufficit ff.de contra iudi.tute.nu.1.

Lex quidam cum filium.ff.de hære.inst.casus singularis.

Lex Lucius.ff.de hære.insti.& singularis.ibi.

Lex testamento ff.de hære.insti.est singularis cum sua glo.

Lex pacumeius.ff.de hære.insti.est singularis, nec reperitur alibi.

Lex neque eum.§.si.ff de testa.milit.non reperitur alibi. Bart. in l. 3.ff.de vulg.& pup in 4 quæstione.ver.vlterius quæro.

Lex qui cum plures.ff.de vulg.& pup.est casus singularis.

Lex si.C.de repu.hære.est sing Bal.in l.si quis.ff.de iure deli.

Lex cum hæres ff de acqui.hær.est valde sing & non reperitur alibi.

Lex si § similiq; modo C de iure delib casus singularis, Bart in l gerit.ff.de acqui hære.ver.ad primum de ver.

Lex quod fideicommissum de leg.2 non est alibi.

Lex cum ab vno.ff de leg 2.est singula.

Lex sequens quæstio.ff de leg 3 est casus multum singularis.

Lex cum pater § cunctis.ff de leg.2.est casus singularis, secundũ omnes.

Lex cum pater.§.mense.ff de leg 2.habet singularem materiam.

Lex Titia § Seia libertis.ff de leg 5.est singularis casus.

Lex cum filius.ff.de leg.2.ibi est bona,& singularis lex.

Lex nam quod §.si cui, est notabilis,& singularis ff.de pe.leg.

Lex mulieri ff de condi & demon est singularis,& solennis. nu.2.

Lex hæres meus § in fraudem.ff.de condi.& demon. habet notabilem & singularem casum.

Lex si hæres § 3 ff.ad l Fal Dyo.ille § non est alibi.

Lex in l. Falcidia § placuit ff ad l.fal est fal.est singularis.ibi.

Lex cum emptor ff ad l fal.est singularis ibi.

Lex Titia testamento.ff ad l fal est singularis.ibi.

Lex cum ita.§.cum seruo ff.quando dies leg.ce tene menti, quia non est alibi.

Lex si cum præfinitione, est notabilis,& singularis.

Lex rogo ff quando di.leg.ced no istum casum singularem.

Lex qui legatorum ff vt in pos leg ista lex fortè non est alibi.

Lex si filius.ff de colla bo ista singularis,& bona lex.

Lex vbicunque.§ interdum.ff de ventre in poss mit & iste § non reperitur alibi.

Lex non vsque, si quis a pa.fue.ma.est sing lex, cum alibi non reperiatur.

Lex si libertus, de iure pat singularis est multum.

Lex duo fratres § si.ff de nup est notabilis,& singularis.

Lex filij mater.ff ad Tertul est notabilis casus,& singularis.

EX D. NOVO.

LEx cum postulassem ff de dam.infe est singularis.

Lex a quo fundus ff de dam.infe est singularis.

Glo.in l 3 ff de dona est sing ibi.nu 4.

Lex 2 §.si ab igooto ff.de manumis. habet casum multum singularem Bart.ibi.

Lex Lucius.ff de fideic lib est notabilis,& singularis casus ibi.nu 1.

Lex quædam ff.de acq rerum.domi est singularis ibi.nu 1.

Lex si epistolam § Paulus ff de acq rer domi.

Glo.singularis in l 2 in princ.ff de acq.pos.ibi.nu.3.

Glo.est multum singularis in l idem ff.qui.cau.ma Bar in l.naturaliter. ff.de acquir poss.

Lex si quis in §.differentia, allegatur tota die singulariter.

Glos.in l.1.§.non autem ff de vi & vi arma. valde singu. Bar. in l. quod meo, ff de acquiren poss glo.in l.si quis bona.non est alibi.in d.l.quod meo num 2.

Lex a diuo Pio §.si super rebus, est textus singularis,& non est alibi. §.in l Celsus ff de vsuca in d.l. Celsus, nu 14.

Lex cum solus.ff de vsucap.est singularis casus.

Lex duo iudices ff de re iudi ille casus non est alibi ibi.nu 1.

Lex Paulus respondit ff de re iud.est singularis.ibid.

Lex ex contract ff de re iud non habes alibi melius ibi nu 3.

Singularis,& notabilis casus l.qui bonis ff de cess bo.ibi.

Lex Fulcinius § diuus ff qui cau in poss ea.est singularis.ibid.

Lex 1.& § & posse.ff de tab.exhi nescio hunc casum alibi.

Glo in l 1.§.non alij autem.ff.de vi & vi arma.nescio eam alibi.ibi.nu.2.

Glo.in l.si plures.§.deiectum.ff.de vi & vi arma est singularis.

Lex

Lex. prohibete. §. planè quod vi aut clam. ff. valdè singularis.
Lex aut qui aliter. ff. quod vi aut clam. deberet scribi literis aureis.
Lex temper. ff. si in sepulchro. ff. quod vi aut clam, est singularis, & eius distinctionem nescio alibi.
Lex de rebus. ff. de arbi. nescio alibi casum. Bart. in l. & eadem. §. actiones. ff. de excep. rei iud.
Lex si filiosfamilias. § si in alea. ff. quarum rerum actio non datur.
Lex liber homo. §. dec. m. ff. de ver. obl. casus notabilis, & singularis.
Lex mora. ff. de verb. oblig. singularis, & fortè non est alibi secundum Dyn. ibi. num. 1.
Lex nemo est qui nesciat. ff. de duo. reis. singularis est.
Glo. in l. duos §. 1. ff. de duo. reis, singularis est, nu. 3.
Lex qui duos. ff. de leg. 2. casus singularis. Bar. in l. ex duobus. ff. de duo reis, in 8. q. nu. 3.
Lex si seruus communis. ff. de stip. seruo. est singularis.
Lex Græcè. §. & post casus, qui non bene reperitur alibi. Bart. ibi. ff. de fideiuss. est singularis, nu. 1.
Lex si testamento. §. 1. ff. de fideiuss. is ver. non reperitur alibi, eo. §.
Lex si mandato meo. §. fina. ff. manda. nescio alibi. Barto. in l. 1. ff. de noua. numero 3.
Lex doli. §. diuersum. ff. de nona. non habes alibi. nu. 1.
Glo. in l. 1. ff. de sol. est singularis. Bar. in 3. op. nu. 2.
Lex cum quis. §. si. ff. de sol. notabilis lex est, quam non credo esse alibi, numero 1.
Lex si quis stipulatus. ff. de sol. nescitem dare concordiam.
Lex qui decem. § si cum mihi. ff. de solu. forte non habes alibi.
Lex pupilli. ff. de solu. singularis lex, & menti tenenda, quã nescio alibi.
Lex qui res, in princ. ff. de solu. valde singulare princip. & est singularis casus, nec credo alibi.
Lex eum apud. ff. iudi. sol. habeo hanc l. pro singulari.
Lex procurator. §. 1. ff. rem ra. ha. hæc est multum singularis.
Lex amplius. ff. rem ra. ha. hæc lex debet scribi literis aureis.
Lex si qs vxori §. apud Labeonẽ. ff. de fur. ẽ singularis, nec alibi reperit.
Lex si quis vxori. §. si fugitiuum. ff. de fur. hic est etiam bonus, & singularis casus. Bar. ibi.
Lex si quis ex bonis. ff de fur. est singularis lex, nec habet cõcordãtiam.
Lex cum credimr. ff. de fur. est l. notabilis.
Lex si seruus cõmunis, §. quod vero. ff de fur. nota ꝙ alibi nõ reperies.
Lex si vendidero. §. cum raptor. ff. de fur. bonus, & singularis casus.
Lex item apud Labeonem. §. si quis pulsatus. ff. de iniur. notabilis est, cui nescitem tibi dare fortè concordantiam.
Si quæris de nuncio iurato.] Limita nisi sit aliqua p̄sona fide digna, quæ iurauerit nō fuisse citatam, ut per Abb. in c. cū parati 4. col. de appel. Maran. in prac. in 6. par. uer. uenio ad quartum, nu 46. *de Bottis.*

Si quæris.] Vtrum credatur nuncio q̄ citauerit, uide Abb. & Dec. in c. cum parati. uer. suus nuncius. de appel. sed quid si erat persona circunspecta, & fide digna, qui iurasset se nunquàm fuisse citatum, nō credit̄ nuncio. Maranta in suo Speculo in trac. citationis, in 6. parte. num. 46. Iason. & Ioan. Fab. in §. quadrupli. Instit. de actio. sed uaria fuisse Doctorum sententia legitur, & prima fuit, ut soli nuncio non credatur. Glo. in c. quoniam. de probatio. in uerbo, citationes. ubi dicitur, nuncio & iurato publico esse credendum secundum consuetudinem loci, tamen de iure communi non esse credendū, nisi aliàs legitime constet, & alia Glo. in uerbo, uocatos, in c. quod sicut. de elect. secuta est hanc sententiam aliqua pars Doctor. in l. fin. C de bonis uacant. lib. 10. & in l. 1. C. de decurion. lib. 11. habetur in l. 1. C. de mand. Princ. & facit regula, vnius uox. Alij uero dixerunt nuncio esse credendum, si citatus non inficiauerit, tamen si cum iuramento dixerit se non citatū, non creditur nuncio, in hac opinione fuere antiqui Doctores, Hostien. in d. c. quoniam contra & Spec. in tit. de citatio. §. sequitur. ver. sed nunquid soli nuncio, Alij voluerūt nuncio esse credendum in his, quæ concernunt officium ipsius. Contrariū secuta est Glo. in c. p̄posuisti. in verbo, nō probatur, distinct. 8. & huic opinioni assentit Bonifacius in tract. maleficiorum, in tit. de forma citationis accusati, nu. 16. & alia glo idem voluit 10 c. item testes, in ver. executoribus. 4. q. 3. alij dixerunt nuncio esse credendū in modicis, non in maxime præiudicialibus. Bal. in l. magis puto. §. si iud. ff. de rebus eorum Lucas de Penna in l. 1. C. de decurion. lib. 11. Ioannes de Platea in l. apparitores. C. de exactor. tribut. lib. 11. alij dixerunt in tantum esse credendum in quantum, q̄ non est persona suspecta, & in hac opinione fuit vir laudatissimus, Ang. in l. vt præfectus C. de annali excep. alij dixerunt totū esse in arbitrio iudicis, & ita voluit Hostien. in d. c. cum parati, & ibi etiā Abb. in col. 3. alij dixerunt simpliciter nuncio credendum per hunc tex. vbi hoc voluit Bal. & in l. magis puto. vbi Bart. & Glo. & hanc dicit communē opinione Dec. & Frāch. in c. cū parati. de appel. & vltimo loco, Tiraq. de retrac. fol. 144. hodie aūt in regno, per reg. pragmat. est expeditū, vt relatio nuncij fiat cum descriptione, & nominatione duorū testium, quæ fuit sumpta ex dictis per Isern. in cōstitut. citationis literæ. ita refert Afflic. in constit. edictorum, in 4. not. & late de limitat. & amplia. Tiraq. vbi supra, *Mangrella.*

De officio quæstoris. *Rubr.*

Lex Prima.

Q*Vis dicatur quæstor, & secretus.* Affli. in cōstit. præsenti lege, & in cōstitut. Dohanæ. & q̄ q̄ quærit thesauros, naufragia, & bona decedentium sine hærede, iste dicitur quæstor. *Mangrel.*

De offic. prætoris. *Rub.*

L. Barbarius.

A*Gitata per prætorem minus idoneum.*] Vide Abb. in cap. nihil. col. pe. de electio. & aliquid in c. super literis, col. vlt. de rescript. Item communis error non excusat scientem. Dec. cons. 407. numero 2. Item gesta per eum, qui exercet officium superioris, valent. Dec. cons. 650. numero 12. in eo, qui se gessit, vt administrator. Item si quis fuit assumptus ad aliquod officium, & reperitur inhabilis, punitur de falso, si ipse curauit se assumi, tamen gesta per eum valent. Par. de find. in verbo, habilitas. Item si duobus fuerit concessum officium, ille qui prius fuerit adeptus officij possessionem habebit illud, etiam si fuerit facta resignatio in personam alterius. Boer decis. 150. *Mangrella.*

Opp. immo error.] Adde quod error communis non excūsat scientem de errore, vt per Dec. cons. 406. numero 2. *de Bottis.*

Et sumit argumentum.] Adde, quòd quasi possessio notariatus, sufficit ad conualidandum instrumentum. Dec. in cons. 92. numero 1. & ibi an probatio de fama sufficiat, & vide Boer. in decis. 36. vbi qualiter probetur, quem esse notarium. & vide Aim. in cons. 72. vbi an si negetur quem esse notarium, probet instrumentum. Adde, quod notariatus probatur ex eo, quod quis in iudicio fecit scripturas. Aim. de antiquit. temp. fol. 53. numero 21. *de Bottis.*

L. Barbarius in repetit.

Barbarius.] Hec lectura Baldi est, licet falso Bart. ascribatur, vt refert Fel. in c. cū dilecta. 2. col. de rescrip. & Cotta in verbo, tātū. *de Bottis.*

Quid si diu pro notoria se gessit.] Vide Bal. in auth. quas actiones. nu. 18. C. de sacrosan. eccles. qui loquitur in instrumentis antiquis, & vide Afflic. decis. 251. contra tenet Imo. in clem. 1. de procurat. numero 15. sed dictum Baldi sequitur Dec. cons. 59. numero 3. *Mangrel.*

De offic. præfec. uigil. *Rub.*

L. Apud.

H*Aec. lex primo ponit.*] Boetius decis. 216. & 217. *Mongrella.*

Item in c. s.] Intellige hoc etiam sine indicijs, vt per Dec. consil. 473. numero 6. *de Bottis.*

De offic. procons. & lega. *Rubr.*

L. Proconsul.

T*Abellio potest creari*] Vide Aim. de antiquit. temp. fol. 60. numero 77. & 82. vbi an inter subditos possit cōficere instrumenta extra territorium. *de Bottis.*

Sed ex nunc. Adde Dec. cons. 367. numero 4. *de Bottis.*

L. obseruare.

Defensor ciuitatis.] Vide Capic. decis. 51. numero 7. *Mangrel.*

L. Solent.

Illa glo.] Vide multa per Hippol. in sing. 200. *de Battis.*

§. *Non uero.*

Difformis.] Vide Dec. cons. 215. numero 2 *de Bottis.*

L. Nec quicquam. §. *Vbi decretum.*

Hic est aptimus §.] Quot modis possit fieri decretum, & an pendente appel. possit fieri executio, Afflic. decis. 261. *Mangrel.*

Quid si literæ sunt iustificata per clausulam.] Adde, quod hoc mandato iustificato vtitur magna curia Vicariæ Neapolis. & vide Bart. in l. 1. C. de execut. rei iudic. Soci. de citatio. artic. 6 Bal. in l. 1. C. commitār. epist. vbi dicit, q̄ illud quod præcipitur est validum, & si non comparet, remanet firmum. Itē bannum comparēre bannito, resoluitur in citationem, Hippol. sing 72. in princ. *Mangrel.*

L. Proconsul.

Quia si venient.] Hoc dictū ampliat etiam in magna curia Vicariæ, quæ residet in aliqua terra, capitaneus illius terræ nō amittit iurisdictionē, secus in præside p̄uinciæ. Affl in cōst. statuimus. nu. 23. *Mangrel.*

De offic. præsidis. *Rub.*

L. Preses.

P*Ræses.*] Præses prouinciæ potest cognoscere de omnibus causis criminalibus, & ciuilibus, & de feudis non quaternatis, facit constit. Regni, præsides. & etiam ibi Afflic. tamen si est delegatus in illa prouincia, ad cognoscendum de feudis quaternatis potest cōstituere, procu-

procuratorem fiscalem Afflic.decis 346. sed causa ipsa debet mitti proreg., vt ipse pronunciet. Item in causis ciuilibus intromittunt se baiuli, & non debent molestari a præsidibus, facit constit. Regni, iustitiarijs de cætero. *Mangrel.*

L. Illicitas. §. *Veritas.*

Secundum conscientiam.] Vide Iasonem in l. 2 ff. de in litem iuran nu. 5. vsque ad 11. & reportata per eum ibi. Item adde, quòd Rex potest secundũ cõscientiam iudicare. Vide Affl. in constit. in questionibus. quod secus est in causa criminali, vt dicit Afflic. in constit. poritatẽ. vbi agitur de vita hominis, tunc iudex potest facere, vt Rex faciat alium iudicem in illa causa, & ille iudex deponat, vt testis: in causa vero ciuili potest secundum probata, & allegata iudicare, aliquãdo etiam secundum conscientiam, Pat. de sindic. in verbo, an iudex. Itẽ conscientia cõsideratur tribus modis in iudice, vno modo dicitur ligata legibus seu rationibus legum & secundum istum modum cum iudicis conscientia sit legata legibus, debet iudicare secundum allegata, & probata; alia cõscientia est, quæ dicitur motiua intellectus, & illa non astringit iudicem, & per hoc habes, quando committitur aliquid alicui secundum conscientiam, quomodo intelligitur, vide ad plenum Couar. in cap 1. fol. 1. varia. resolut. *Mangrel.*

§. *Ne potentiores.*

Ad præsidem spectat.] Vide, quæ posui in l. qui bona. §. si quis postea. ff. de dam. infec si timeo vim inferi, possum implorare officium iudicis vt prohibeatur. Alex. in l. si finita. §. eleganter. nume. 29. ff. de dam. infec. & Feli. in c. in præsentia. de probatio. vbi Dec. post Bal. in l. si. C. de edic diui Adria. tollen. Abb. in cap. 1 de tregua, & pace. & facit constit. Regni, iurisgentium, & constit. si quis in posterũ, vbi Iser. & Afflic. & vide Par. de sindic. in verbo, concordia, vbi dicitur, ꝙ potest prohibere officialis aliquem, ne transeat ante domum alicuius, cum ob id dubitatur scandalum. Item iudex potest cogere partes ad faciendam pacem. Bart. in l. congruit. infra eod. Item si petatur cautio a consanguineis offensi, debet ꝓbari gradus cõsanguinitatis. Tiraquel. de retrac. fol. 106. Item salui guardia quantũ duret, Boer. decis. 297. & vide Guid. Papam decis. 56 418. Item si quis promiserit seruare pacem, non tenetur, si ex noua causa superit pacem. Bart. in l. ant facta. § causa ff. de pœnis. *Mangrel.*

Inducitur in argumentum.] Vide per Felin rubr. de tregua, & pace & omnino per Steph. Aufrerium in ad lit. ad decisiones Capellę. decis. 434. vbi an Baro teneatur ad hanc cautionem uasallo, & multa alia. *de Bottis.*

Petitur securitas.] Vide pulchram quæstionem atque cautelam, Specul. in tit. de pignoribus. §. sequitur. versi. cæterum. quod quando domus minatur ruinam personis habitantibus in alia uicina domo, quod tunc non habet locum cautio damni infecti, quia illa præstatur de re ad rem, non ad personam, & ideo cogitur eam reficere, vel diruere, quam secutus est Alexand. in rubr. de damno infecto. *Mangrel.*

Debet promittere.] Vide Affl. in constit. Castellanos. Item promitens non offendere Titium, & offenderit fratrem Titij, non incidit in pœnam, sicut dicimus de uasallo, qui si concubuerit cum vxore domini priuatur feudo, secus si cum vxore fratris domini. Aluaros. in c. 1. §. similiter. in si. quib. mod. feud. amittat. *Mangrella.*

Est quædam alia securitas.] Vide a quibus iudicibus, & officialibus conceditur ista securitas, Afflic. latissimè in decis. quorũa, per totam. *de Bottis.*

§ *Sicuti*

Non imputatur.] Adde notata per Canonistas in c. tua nos. de homicid. & vide hic Albert. qui existimat medicum imperitum teneri de morte infirmi, non pœna ordinaria, sed extraordinaria, allegat l. 3. §. 1. ff. de sicar. & vt medicus excusetur a morte infirmi, aliqua sunt necessaria. primum, ꝙ sit peritus in ea professione, & arte, vt in hoc tex. secundo, ꝙ moneat infirmum se præcauere ab his, quæ sunt sibi futura nocumento, & de alijs vide Couarruuiam in clemẽt. si furiosus, de homicid. in 6. in §. 4. fol. 305. Ripam in tract. de peste, parte vlt. §. medicorum. vide ibi late, & de aduocatis imperitis, vide Guidonem de Suza. in l. 1. C. de aduocatis diuers. iud. & de clerico medico, & chirurgo, vide Couar. vbi supra, & Soci. in c. ad audientiam. nu. 3. & seq. Parisi. in cons. 96. lib. 4 col. si. *Mangrel.*

§. *Qui uniuersas.*

Præses non potest damnare in metallum.] Iustitiarij possunt de omnibus causis cognoscere, præterquam de feudis. constit. Regni, nemen, & normam. quod non possunt deportare in insulam, quia illam non habent in suam iurisdictionem, & regi scribere debent. Afflic. in d. constit. *Mangrel.*

§. *Præses.*

Mulcta.] Fel. in cap. qualiter, & quando. §. ad corrigendos, col. 7. de accusat. *de Bottis.*

Si non potest soluere.] Iudex non potest iniusto offenso castigare in corpus, si postea efficitur soluẽdo, Paris. de sindic. in verbo, quia multa, Bar. in l. si. ff. de in ius vocan. sed multa sunt priuilegia paupertatis, & quæ noceant, ipse Lucas de penna. in l. si. C. de his, q nume. lib. 11. & index. si nõ habet in bonis, an lui debet in corpore. Par. de sindic. in verbo iudex, puras manus, nu. 27. & qui non soluit totam pœnã pecuniariam, sed partem, an debeat lui in corpore. Par. de sindic. in verbo, licet in. Item paupertas excusat a collectis impositis a Rege, Boer. decis. 135. nu. 3. Item pauper litigans cum diuite, debet habere expensas ab illo Par. de sindic. in verbo, paupertas. vbi habes etiam, quòd si non potest soluere collectam, non tenetur. Item executor legatorum in pauperibus, si ipse est pauper, loco ipsorum habetur. Bar. in l. si quis ad declinandam. C. de Epis. & cler. & vide nouissime tractatum editum de paupertate. *Mangrel.*

L. Congruit.

Ad præsidem spectat.] De receptatoribus vide Lucam de Penna in l. 1. C. de desertoribus. lib. 12. & vide constit. Regni patarenorum. & c. Regni, sed contra receptatores, & pragmaticas denuo editas in Regno Neapol. nostro. *Mangrel.*

Aut famu.] Vide latisime per Per. Duennas in reg 298. *de Bottis.*

Item potest inquirere.] De inquisitione facienda adde Afflic. in constit. inconsultem. & vide constit. his præsides debere facere inquisitiones in prouincia, & Isern. in d. constit. hi, qui. Vide Bart. in l. 1. §. de publico, ff. de adulter. & Afflic. in decis. 176. & pulchre Affli. in constit. si damna clandestina, numero 28. *Mangrel.*

L. Plebiscito.

Enim recipere.] Vide late Affl. in constit. Regni, capitaneorum. numero 24. *de Bottis.*

De officio procuratoris Cæsaris. Rubrica.

IN *Rub.*] Quis dicatur procurator Cæsaris? & an in Regno sit locum tenens Regiæ cameræ Summariæ, vide Affl. in constit. officiorum periculosa in rubrica, & ibi etiam an magistri portulani, qui sunt in prouincijs dicantur procuratores Cæsaris. *Mangrel.*

L. Quæ acta.

Gesta per procuratorem Cæsaris tenent.] Procurator Cæsaris cognoscit inter fiscum, & priuatum, & vbi causæ fiscales tractentur. Affl. in cõstit. quæstiones omnes, & addidi in l. 1. C. vbi cau. fisca. Item computa Regiæ cameræ Sũmariæ rationaliũ. Item præceptor a prouinciæ habent executionem paratam, Boer. decis. 295. *Mang.*

Repetit. l. 1.

Posito verbo generali.] Notabile dictum, quare coniunctiua, & ponatur inter genus, & speciem ad denotandum aliquam particularem rationem magis in illa specie quàm in alijs. Vide Pau. de Castr. in cõs. 193. & Oldr. cons. 161. & Rom. 104. *Mangrel.*

Pone quòd ego dedi mandatum Titio de libra vendendo.] Adde ꝙ si est cõstitutus procurator, vt possit administrare patrimonium, & agere in omnibus causis, vt dominus, potest cõcedere, & vendere. Affl. decis. 305. & si dominus erit læsus in magno, habebit restitutionem in integrum Afflic. decis. 340. & per quæ verba videatur concessa libera administratio. Bart. in l. procurator. infra de procur. *Mangrel.*

De offic. eius, cui mand. est iurisdict. Rubrca.

DE *officio eius.*] Adde quod de iure canonico omnes causæ delegantur, cap quod sedes. de offic. ordin. Dec. cons. 147. Item delegatus debet se conformare cum voluntate delegantis. Item delegatus tunc demum censetur alia persona a delegante, si licite procedat; Dec. in dicto cons. nu. 3. Item delegatus reuocatur ad libitum. ibid. numero 4. de quo in l. iudicatum solui. ff. de iudi. sol. Item delegatus ad prouidendum incertę personæ non subdelegat, Card. in clement. 1. de offic. delega. ex eo, quia ad ipsum appellatur. Par. de sindic. in verbo, appellatus, seu delegatus. Item delegatus Principis si protulit sententiam nullam, potest illam corrigere. Boer. decisio. 6. vbi etiam quòd delegatus Principis potest causas criminales delegare. *Mangrel.*

L. Quæcunque.

Argumentum a contrario sensu.] Tunc procedit quando in contrario sensu est diuersa ratio, secus si eadem. Dec. in cons. 232. numero 8. sed in natura verborum limitatorum etiã in materia stricta procedit argumentum a contrario sensu. Dec. cons. 364. numero 2. Item argumentum tale debet colligi ad limites verborum, quod in sensu directo permittitur: & propterea testator si prohibet alienationem ad tempus, a contrario sensu cessat prohibitio post tempus: sed non infertur licentia alienandi, quia remanet postea dispositio iuris communis, & Dec. cons. 414. & tale argumentum procedit etiam in statutis. Dec. in cons. 451. vbi loquitur de fratribus, & de agnatis existentibus quòd non succedant, & idem cons. 407. vide hic per Bolognet. cæteros casus. *Mangrel.*

Quæro

Quaro nunquid delegatus.] Limita istud non habere locum, quando fuisset electa industria personæ. Capic. in decis. 152. numero 6. post Ias. hic, & quando videatur electa industria personæ vide Innoc. in cap. fin. §. 1. de offic. delega. & ibi Feli. 3. colu. & de veritate vide Boer. in decis. 6. *de Bottis.*

L. Et si prætor.

Delegatus licet aliàs.] Intellige, quando alteratur iurisdictio ordinarij, aliter esset excitatio iurisdictionis. Vide Ang. omnino in cons. 214. & Mathesil. in notab. 89. & ibi longam additionem, quid sit excitare iurisdictionem. *de Bottis.*

De officio assessorum. *Rub.*

Assessor non habet iurisdictionem.] Pac. de sind. in verbo, assessor. Itē si potestas emanat banna sine cons. assessoris, non valent, nisi essent bāna vetera, & alias emanata per Potestates præteritos. Par. in d. loco. & bannum emanatum ad instantiam partis, an ipsa pars possit reuocare, vide Barto. in l. curatores, supra de offic. procur. Cæsa. Item assessor tenetur, quando Potestas facit aliquid iniustum, & non contradicit. Par. de sindic. in verbo, appellatio. Itē assessor non tenetur, si in aliqua causa non est eius votum, nec aliter consentit. *Mangrel.*

L. Diem functi.

Uno modo.] Adde, quod in officio respiciente nedum personas, sed & probitatem scientiæ debetur integrum salarium. Capic. decis. 121. & hoc etiam militat in officio ad beneplacitum. Item si est condemnatus in officio perdit salarium, & non potest amplius ad dictum officium redire. Par. de sind. in ver. condemnatus. Item mortuo officiali debetur salarium hæredibus. Pac. in verbo, hæres. vbi habes, quando & quomodo debeatur. Item si officialis fuerit impeditus, quod non potuerit seruire, vel culpa sua, vel sine, & se absentauerit sine licentia superioris, an teneatur complere officium. Pac. de sind. in verbo, impedimentum neque restauratur tempus amissum ad seruiendum, & si officialis infra annum recessit cum licētia superioris, debetur integrū salarium. Pac. in verbo, licentia. Item salariatus a publico nō potest pro uētus, & trigesimas accipere, sed bene potest candelas accipere. Par. in verbo, salariū. Itē si officialis fuerit impeditus casu fortuito, vel recesserit ex iusta causa Item si fuerit mortuus, debetur totum salarium. Item quando quis habet duo officia vnita, an debeat habere duplicatum salarium, Par. in d. loco Item sindicatores officialiū debent habere salarium ab vniuersitate. Par. de sind. in verbo, an sindicatores. & si in vno loco pro salario est solitum dari centum officiali, si vadunt duo, salarium dicitur, vt in dicto loco. *Mangrella.*

Item quaro.] Vide latissime per Capic. in decis. 125. vbi etiam, quid si non sua culpa remotus est. *de Bottis.*

De iurisdictione omnium iudicum. Rubrica.

Vdicare proprie.] Melius probatur in l. quidam existimabant. ff. de reb. cred. *de Bottis.*

fficium nobile est.] Vide omnino Negus. in tract. de pignor. in 4 memb. 2. par. numero 51. *de Bottis.*

si officium mercenarium.] Quotiescunque officium iudicis deseruit, dicitur mercenarium. hoc est verum. quādo deseruit ad eum finem, ad quem fuit intentata actio, secus si ad aliū, vt declarant Doctores in l. iubere cauere. ff. eo vt declarat hic Curt. contrariū videtur sentire Bar. in l. nec quicquam. §. vbi decretū. nu. 6. de offic. procons. *de Bottis.*

Vtrum iurisdictio cabareat territorio.] Vide Capic. in decis. 27. numero 33. *de Bottis.*

L. Imperium.

Iurisdictio diuiditur.] Nota quod cōcesso castro venit merum & mistū imperium cum omnibus iurisdictionibus, tamen non veniunt appellationes, & iura regalia. Boer. decisio. 50. Pac. in verbo, excedit sed quomodo procedit in regno nostro. Afflic. in constit. ea quæ ad decus, numero 13. & Rom. cons. 271. *Mangrella.*

Tertio quæro.] An concessa omni iurisdictione veniat merum imperiū. Bal. in c. quāto. 1. col. de iud. & Feli. in c. quod sedes. col. 2. & Ias. hoc tenet, quod non sequitur Cotta in ver. iurisdictione. & Couar. latissime in practica, 1. numero 9. 10. *de Bottis.*

Quæro exempla] De mero imperio, & quæ dicantur de mero imperio, & quid possit exercere habens merum imperium, vide latissime per Iacobi. in ver. & cum mero, per totum. & etiam de modo probandi merum imperium ex præscriptione, & an erectio furcarū designet merum imperium, & vide Aim. cons. 27. numero 2. de modo probandi ius habens plura An carcer sit meri imperij, vide Barth. de Cap. in sing. ad l. 2. §. exactis. de orig. iur. *de Bottis.*

Vel si membrum abscindatur.] Quid si auricola abscindatur, vide Dec. hic. & Mod. in c. si iuste, nu. 43. & ell c. Regni. *de Bottis.*

Et ideo dica.] Tortura, an sit imperij, vide Hippol. in l. quæstionis habēdæ. colum. 2. versic. & ideo. ff. de quæstio. & vide Bal. in l. si quæstio. C. de his, quib. vt indig. vbi an liceat domino torquere seruū. *de Bottis.*

In sextum imperium minimum.] Pœnæ pecuniariæ, & mulctæ pro delictis impositæ, an sint meri imperij, vide Capic. in decis. 27. nume. 12. Iacobi. vbi sup. in ver. & cum mero, numero 6. *de Bottis.*

Quæro vtrum merum imperium.] Vide omnino Moder. in c. Regni, quia vicarij, fol. 70. *de Bottis.*

Quæro quot sunt.] An declarare sententiam nullam sit maximi imperij, vide Bal. in l. si vt proponis, nume. 20. C. quomodo, & quando iud. & Afflic. in const. baioli locorum. numero 4. *de Bottis.*

L. More maiorum.

Qui habet iurisdictionem.] Vide Capic. decis. 51. *Mangrel.*

Quandoque aliquis confirmat.] Adde, quod in tali confirmatione actus, qui est nullus, requiritur eadem solēnitas, quę primo requirebatur in faciendo. Aret. cons. 127 cōfirmatio enim nil noui transfert, & ad iniusta trahit, Losfre. cons. 4. Item confirmatio superioris supplet defectum formæ, solennitatis, & personæ, non tamen defectum iuris naturalis. Hippol. de Marsil. sing. 79. *Mangrella.*

Et pro hoc dico.] Afflic. in constit. de quæstionibus quas, nume. 3. & aliquid per Alcia. in lege. ff. de verb. sig. *de Bottis.*

Tu dic clarias.] Couar. in c. 11. pract. q. fol. 68. col. 1. *de Bottis.*

Delegatus ad vniuersitatem.] Vide Afflic. in decis. 317. vbi loquitur de notario attestante sibi fuisse commissum a iudice, & quando delegatus ad recipiendum testes possit alium subdelegare. Imo. in clem. 1. de offic. deleg. & Isern. in const. in pecuniarijs. *Mangrel.*

L. Si quis id.

Corporalis.] Quid si post luitionem corporis peruenit ad pinguiorem fortunam, an teneatur soluere. Rom. in sing. 24. *de Bottis.*

§. Serui quoque.

Si quis destrueret.] Nota quod propter proditionem factam quis possit in muro depingi. Item propter contumaciam officialis potest domum diruere, & furcas ante domum fugientis a carceribus affigere. Par. de sind. in verbo, contumacia. & ibi vide alia quæ potest facere iudex, vide omnino Boer. decis. 230. *Mangrel.*

L. Qui iurisdictioni.

In causa sua] Nota, quod Barones possunt cognoscere de eorum officialibus. Item Episcopus de suis seruientibus. Boer. decis. 9. & Baro nō potest esse iudex inter ipsum, & vassallum, nec alteri potest committere litis cognitionem, vt per Bat. solum hic sequitur Capic. in decis. 324. numero 3. vbi allegat Canonistas in c. cum venissent. de iud. & quid Episcopus, vtrum possit eē iudex, vel eius vicarius in causa beneficij. seu ecclesiæ, vide Oldr. cons. 166. & Salic. in l. 1. in fi. C. ne quis in sua cau. vbi tenet, quod sic. & ratio est, quia tunc Episcopus cōsideretur, non vt persona priuata, vt eius vtilitatem sequatur, sed vt persona ecclesiastica, & eius vtilitatem respiciens. & quomodo hoc procedat, vide apostil. ad Salic. in loco præalleg. *Mangrel.*

Repetit. L. qui iurisdictioni.

Contra comites.] Pro hac opinione Bart. fuit iudicatum in sacro consil. in causa Magdalenæ, cum illustri Marchione Oyre, quę furtum fecerat contra d. Marchionem, & relator fuit Magnificus Hector Minutulus, Regius Cōsiliarius, & iudex magnæ Curiæ, qui interposuerat decretū, quod illustris Marchio non possit cognoscere, nec delegare. Actorum magister Ioannes Vincentius Longua, & fuit die 28. Nouembris 1555. Neap. *de Bottis.*

L. Si idem.

Coacernatio.] Adde, quod communis opinio est, quod si petitur minor quantitas de summa maiori, reo opponente, non procedit. Alexand. in l. si mihi, & tibi. § legatis. numer. 6. de leg. 1. & modus opprimendi est, ne distrahatur per diuersa iudicia, secundum Paulum hic. Item si iudex, qui potest iudicare vsque ad decem tantum, & iudicauerit in 20. valet sententia in 10 Gl. in c. ea quæ. de reg. iur. in 6. Ccot. in l. 1. §. sed si mihi. de verb. oblig. de quo post Bar. & Dec. in l. si inf. eōd. Item quādo in eadē ciuitate est iudex minoris, & maioris iurisdictionis, seu sūmæ sentētia non valet in totū. Bal. in l. certa ratione. C. quando prouoc. non est necesse. *Mangrel.*

L. Magistratibus.

Quòd inquisitor.] An iudex, cui fit remissio, debeat stare processui facto per iudicem remittentem, vide Guid. in decis. 202. Affl. in constit. post mundi, in prin. numero 46. *de Bottis.*

L. Si per errorem.

Iurisdictio.] Limita non habere locum in pretio, vt per Alex. in cons. 11. nu. 8 vol. 6 & nu. 9. ponit aliam limitat. *de Bottis.*

Debet intelligi.] Adde Affli. in constit. si quis in posterum, nu. 56 & quādo reus sequitur forum actoris, vide ibi. & Affli. in consti. statuimus. nu. 13. & quando actor sequitur, & quæ personæ possunt declinare, & quando quis habet plura fora tam actor, quàm reus, cuius sit electio, posui in l. 1. C. quando Imperat. inter pupil. & vidu. & ad id, quod dicitur de prorogatione, adde quod clericus non potest prorogare sine consensu sui Episcopi, c. significasti. de foro compet. quod intellige expresse, secus tacite, videlicet contrahendo, vel delinquendo. Imo. in

in d.ca.& in c. dilect. eo tit. Item in reseruatis Principi non fit prorogatio. Dec. in cons. 557. *Mangrel.*

Electio est obtoris.] Limita nisi plures iudices sint ex priuilegio, quia tunc est electio rei. tex. in auth. habita. C. ne fil. pro patre. Bal. in l. cum clericis. C. de Episc. & cler. Maranta in repet. l. si actor, nu. 33. infra, de procur. Afflic. in const. iusti cultores. *de Bottis.*

L. Si conuenerit.

Stare non cogitur.] Vide omnino Guid. decis. 77. *de Bottis.*

Prorogata iurisdictio.] Vide quæ scribit Hippol. de Marsil. in sing. 227. incip. per dationem. *Mangrella.*

L. Cum quædam.

Non potest mutari.] Vide late per Tiraq. in l. 1. nu. 27. de leg. connub. & post leg. connub. nu. 26. vbi quid in sponsa & nu. 84. quid si maritus accedit ad domum vxoris. quid autem in priuilegio concesso marito ratione artis, puta quod non possit conueniri, nisi coram certo iudice, & multa alia. *de Bottis.*

L. Extra territorium.

Quandoque iudex.] Vide Grammat. in decis. 26. & in decis. 103. nu. 178. cum seq. & omnino Afflic. in constit. Capitaneorum, nu. 1 t. *de Bottis.*

Ibidem.] Dispensatio facta circa personam comprehendit etiam res extra territorium. Dec. consi. 703. vbi pro, & contra. Item Papa nō potest purgare merum illatum in alterius territorio. Dec. consi. 219. nume. 10. Item forum sortiri, & statutis ligari, a pari procedunt. Dec. cons. 283. numero 9. Item, potest imponi gabella extra territorium, Socin. consi. 283. volum... & iunge, quæ posui ad hunc in l. 1. C. de summa Trinit. & fide catholica. Itē statutum, quòd filius teneatur pro parte, non extenditur ad contractum extra territorium. Dec. cōs. 359. Item insinuatio donationis, absolutio a parochiano, & delegatio ab Episcopo extra territoriū, valet. Item præses duarum prouinciarum potest negotia vnius prouinciæ expedire in alia prouincia, & ius dicere inter homines alterius prouinciæ propter conexitatem territoriū, est tex. in c. nouit. de offi. deleg. & sentiunt hic Doctores, licet contrarium teneat Bal. in l. 3. de offic. presid. per Glo. ibi loquētem de Vasconibus, qui dicunt se obtinere sub Rege Angliæ, nisi quando est in Vasconia. & quid si ingressus est vnam tantum prouinciam? vide Capic. decis. 15 t. numero 8. & ad cons. Dec. alleg. vide eundem cons. 406. Item Episcopus citat, & carcerat in omni parte suæ diœcesis cap. cum Episcopus. de offic. ordin. in 6. Item Imperator suos subditos extra territorium legitimat. Dec. cons. 557. Item nota, quòd aliud est habere iurisdictionem, aliud habere territoriū, & aliud habere ius pascendi. Soci. cons. 15. lib. 3. qualiter autem probetur aliquem esse de territorio, posui ad hunc in rubr. infra fini. regund. Item quando quis possit citari extra territorium. Barto. in l. 1. § præses ff. de requir. reis. Afflic. in constit. edictorum, pragmatica Regis Ferdinandi, quæ incipit, Ferdinandus. Item officialis persequens delinquētem in suo territorio, potest illum prosequi per sex miliaria fugētē in alieno territorio in illo actu. Par. de sind. in verbo, si iudex, dummodo locus sit eiusdem Regis. Item vendito reddito alicuius castri non videtur vendi ea iurisdictio, nec territoriū illius castri. Boer. decis. 227. vbi iurisdictio videtur concessa personæ, non loco, sed vt plurimum cohæret territorio. Item perscribēt quis territorium, præscribit etiam iurisdictionem. Boer. in d. decis. vbi potest etiam quis habere iurisdictionē sine territorio. Item notarius Apostolicus non potest cōficere instrumentum in terris Imperij, vel alterius Regis. Boer. decis. 242. Item an valeat statutum, quod filia habens hæreditatem, non possit se maritare extra territorium. Calcaneus in cons. 3. & quid de occidente bannitum extra territorium statuentis. Hippol. sing. 174. *Mangrel.*

Si iudex indicaut.] Afflic. in constit. ad officium baiulorum, numero 10. & Hippol. hic. numero 41. *de Bottis.*

Quod quisque iur. in alte. stat. ipse eo. iu. uta. Rubrica.

L. Hoc edictum.

Rectores ciuitatum.] Nota, quod officialis potest facere statutum cū consensu populi, dummodo non sint contraria constitutionibus superioris. Par. de sind. in verbo, arbitrium. Barto. in l. summam de offic. præfer. prætor. Item officialis habens arbitrium liberum de aliquo faciendo, si inest dolus, & culpa, tenetur. Par. de sind. in dicto loco, & in verbo, potestat. & ibi ad plenum videas de arbitrio concesso. Item officialis non potest facere banna cōtra ius, Par. de sind. in verbo, an in causa. *Mangrella.*

Cardinalibus.] Vide Dec. hic, numero 19. *de Bottis.*

Effectum iuris.] Quia fuit condita ab habentibus potestatem faciendi legem, non tamen postulans vsus fuit. *de Bottis.*

L. Si quis iniquum. §. *Si is, pro quo.*

Si post conueniri.] Vide Pet. Duennas in reg. 335. in 8. limit. vbi quid si principalis est clericus. *de Bottis.*

Si quis ius dicen. non obtemper. Rubrica.

L. Omnibus

Licet etiam duumuiris.] Tradit de his pompo. in l. 2. de orig. iur. in l. si quis vxori. §. si. fugitiuum. de furt. Alciat. post Plutarcum, & Titum Liuium sub tit. de priuilegiis eorum, qui in sac. plat. mil. C. lib. 12. nimirum veridice Cæsar in commen. bil. ciuilis. l. de decurion. C. lib. 10. Plin. lib. 4. epist. ad Sempron. *Mangrel.*

Quæro quid de iudice delegato.] Quid in delegato a Principe? vide Guid. decis. 60. *de Bottis.*

Si in præcepto dicatur.] Afflic. in const. pœnam, numero 5. *de Bottis.*

Ibidem.] Vide Afflic. in constit. baiulus si furem. numero 3. & quando sit quis inobediens officiali est in pœna, an sit iterum citandus? & quando quis incurrat ad eam, Afflic. in constitut. edictorum numero 43. *Mangrella.*

Nouo processu.] Vide Barto. in l. 3. C. de procurat. Feli. in c. 1. col. 6. de iudi. vbi limitat & Barto. in l. desertorem. §. si ad diem. ff. de remilit. & Moder. in cap. Regni, grauamina. numero 31. Afflic. in constitut. baiulus si furem, numero 3. *de Bottis.*

§. *Is uidetur ius dicenti.*

Mulctetur.] Qualiter cogatur litigans ad aliquid faciendum, vide per Joan. Lup. in reper. rubr. de donat. inter uir. & vxo. fol. 29. §. 2. numero 2. cum seq. *de Bottis.*

De in ius uocando. Rubr.

L. in ius vocare.

Vtrum iudicium.] Adde Feli. in c. t. 8. col. de iud. *de Bottis.*

Si litigator.] Adde, quòd licet quis sit præsens, nō tamen valet actus, nisi sit certioratus a iudice, quod intendit facere illum actum. Ant. de Butr. in cap. 1. col. 5. de iud. Allegat Barto. in l. qui furioso. infra, de re iudic. qui loquitur in eo, qui non tenetur comparare, vbi declarat ibi Alexand. Dictum autem Ant. sequitur Alexand. in l. de vnoquoque, ff de re iudic. & aduerte, quòd tunc præsentia purgat defectum citationis, si cum effectu sit præsens. & persistat ad illum actum, qui fit. Alexand. in d. l. qui furioso. sentit post Ale. Socinus in tracta. de citatio. articu. 5. quæst. 16. & est. tex. in l. 1. §. sed. si præses. de ferijs. Item destinans nuncium, ipse præsumitur citatus. Imo. in cap. bonæ. numero 18. de electio. Item sententia lata sine citatione, præsente tamen parte valet. Soci. in Reg. 252. Item præsens, & suscipiens iudicium, tenetur de euictione etiam non citatus, posui in l. si dictum. § si præsentem, de euiction. Soci. consi. 29. lib. 3. Item citatio in criminalibus tenet, etiam non expresso crimine, posui in l. libellorum. §. sed si libellis. ff. de quæstion. Afflic. in constit. humanitate. numero 41. Item citatur, licet non legitime, si compareat, validat citationem. Iaf. in l. qui Romæ. de verb. oblig. Apostilla ad Barto. in l. 1. §. denunciari. ff. de ventre inspiciendo. *Mangrel.*

L. In ius.

Non valet.] Vide Tiraq. de retrac. ligna. §. 9. in glo. 2. nu. 39. *de Bottis.*

L. Quique. §. *Prætor ait.*

Qui in ius.] adde, quòd monachus non potest citare Abbatem, siue Priorem, nisi impetrata venia. Vasalli autem possunt citare dominū sine venia. Boer. decis. 271. vbi habes, quæ personæ debent petere veniam. *Mangrel.*

L. Quamuis.

Valet.] Guid. Papæ. in decis. 221. *de Bottis.*

L. Eum, pro quo.

Promisit.] Adde, quòd in his promissionibus, quæ fiunt in iudicio, agitur via executiua, vt per Petrum Bellugam in Spe. fol. 90. ver. sed quid dices., numero 2. *de Bottis.*

Cogitur quis.] Adde Afflic. in decis. 3. quòd si magna Curia Regni Neapol. citat aliquem ad dicendum causam, quare non debeat exequi pro pœna obligationis, præsupponit accusationem factam. Itē obligatio penès acta, dicitur sententia lata de voluntate partium, & nil contra opponi potest, Afflic. in constit. hac l. num. 9. & quòd habeat executionem paratam, idem Afflic. in constit. clementiæ, vbi etiam meminit, quòd habeat vim confessionis. Adde Pau. de Castro hic, & in l. 2. §. in fideiussore, & ibi Soci. infra qui satisda. cog. vbi Bal. dicit idem esse in fideiussore iudicatum solui. sequitur Corneus in consil. 22. litera D & c. lib. 3. & quod habeat vim cōfessionis, Firma. in verbo, promissio, nume. 59. & vide Afflic. loquentem de obligatione penes acta, decis. 287. *Mangrel.*

L. Plerique.

Citari.] Tiraq. de retrac. ligna. in fi. numero 81. *de Bottis.*

L. Neque impuberes.

Ad soluendum.] Adde Doctores relatos per Gottam in verbo, fideiussor, de iu... filli. *de Bottis.*

L. Si fine.

Luat in corpore.] Quid si post pœnam corporalem peruenit ad meliorem fortunam. Bal. hic tenet, quòd non tenetur, sequitur Roma. singul. 24. & adde Didaeum Couar. in 2. lib. variarum relolutio. vbi tenet in cap. 1. numero 8. fol. 379. quòd non solum debitor pœnæ, sed etiam interessa descendens ex delicto, si non habet in ære, debet luere in corpus. hoc autem fit actore volente, & non aliter quo ad interesse, secus quo ad pœnam, vide ibi, & late per Boer. in decis. 394. numero 8. & limita non habere locum in nobili, vt per Didacum in in d. lib. 2. c. 9. numero 4. ver. 8. *de Bottis.*

Si Quis in ius uoca. non ierit.

Rubrica.

L. Si quis.

S*i clericus fideiuberet.*] Adde Pet. B llug. in Spec. Principum, fol. 99. vers. sed quid dices. per totum. & ibi quid in laico se obligante coram Episcopo, vel iudice ecclesiastico. Quid si iudex incompetens pronunciat se iudicem competentem, & procedit, an possit dici processus nullus, vide Afflic. omnino in decis. 354. Feli. in cap. super his, extra, de rescript. *de Bottis.*

L. Ex quacunque.

Si aliqua causa.] Adde Afflic. in decis. 297. vbi ex hac conclus. Bart. dicit fuisse determinatum in sacro Consilio, quòd si in supplicatione narratur qualitas, quæ si vera est, fundat iurisdictionem iudicis, si aduersarius negat illam qualitatem, & petit terminum ad ostendendum, quod illa qualitas non est vera, non debet dari, sed debet dari terminus ad probandum incumbentia, & si facta publicatione constabit de alia qualitate, procedetur in causa, aliter causa remittitur ad iudicem suum, quod nota, & adde Tiraquel. de retrac. lignag. §. 8. in glo. 5. numero 17. *de Bottis.*

Cognoscat.] Vide Ange. hic, & Bart. in l. quidam consulebant. ff. de re iudic. vbi ponunt casus, in quibus iudex non potest cognoscere de eius competentia. & Feli. in c. super litteris. de rescript. *de Bottis*

Faceret ius.] Idem Dec. in l. 1. numero 7. C. de edendo. Limita hoc, nisi a tali pronunciatione esset appellatum, quia tunc non faceret ius, vt declarat Dec. in cons. 306. nume 3. & vide Dec. cons. 18. in princ. & num 5. vbi limit. non habere locum vbi statutum esset, quod iudex non posset excedere limites suæ iurisdictionis. Item vbicunque iurisdictio non potest prorogari, & de veritate vide Hippo. in l. fin. numero 36. infra de iurisdict. omn. iud. *de Bottis.*

Sequitur in glo.] Quando quis citatur ad locum non tutum, non tenetur venire. Bart. in l. eculari, §. fin. infra ad Trebelianum. & Afflic. in constit. Regni, priuilegia, in fin. & quid si est exemptus & allegat priuilegium exēptionis, non debet interim capi, neque citari, si offert priuilegium exemptionis. Abb. in cap. 1. de offic. ord. n. ubi clericus, dicens se exemptum ab Episcopo, & offerens priuilegium nō debet capi, uel citari, & de materia exemptionis, & de causis, quibus non tenetur quis comparere, Afflic. in d. constit. *Mangrella.*

§. Item si.

Citatur a Papa.] Adde Iacobi. in verbo, Princeps. ver. sed an Princeps, numero 5. *de Bottis.*

In ius uocati, ut eant. *Rubr.*

L. Edicto.

F*ideiussor debet dari idoneus*] Adde, quòd quando principalis est idoneus, semper recipitur fideiussor quomodocunque sit. Bald. in l. mulier. ff. de iure dot. & adde alios casus, in quibus fideiussor accipitur pro idoneo in l. fideiussor. § prætor ait. & ibi Ias. in l. a qui satisda. cogan. & ad primū dictū uide Afflic. decis. 171. nu. 3. *Mangrel.*

Ne quis eum, qui in ius uoca. est, ui eximat. *Rubr.*

E*Ximat.*] De eximente carceratum pro casu criminali, posui in l. ius. ad Iul. maiest. & in causa ciuili uide Hippol. singul 127. ubi de eo, qui certiorauit dabitorem, ut fugeretr & uide plene Ias. in l. 1. in fi. cod. tit. nostro, & eundem post Aretinum in §. pœnales. de action. Soci. in tracta. citationum, articulo 34. Item recepians debitorem fallitum, non propterea tenetur. Hippol. sing. 366. Sed Iason contra in l. 1. numero. 18. supra si quis ius dicen. non obtemper. & nota, quod pœnæ huius titu. ugent. etiam si talis excarceratus ad carceret reducatur, Salic. in l. in bonæ fidei, numero 15. C. de eeb. cred. Cato Saccus in l. admonendi. ff. de iureiurando numero 83. ubi Cuer. sen. numero 143. sed contra facit, quia iniquum est hominem possidere, & pœnam exigere. l. apud Cellū. §. Labeo. de doli except. sed pro Salic. facit, quod dicit Bart. in l. quis sit fugitiuus. §. apud Marcellum. ff. de ædil. ædic. & pro opinione. ꝙ si reducatur ad carcerem, non teneatur, Rom. cons. 143. & facit, ꝙ quis non debet petere rem, & pœnam, Ias. in l. si duo. in. fi. ff. si quis cautio. iud. & si quis exemerit carceratum a manu familiæ qui erat iniuste captus, si erat dubium tenetur eximens, Luc. de Pen. in l. prohibitum. C. de iure. fisci, lib 11. & Dy. in reg. ꝙ quis de reg. iur. in 6. & eximēs tenetur propter iniuriam factam iudici, Bart. in l. sed eximendi. § item si qs. infra eo. & quādo quis excarceretur per uim, & post ea reducatur ad carceres, an teneatur ad pœnam. Ias. in l. admonendi, nu. 177. Itē pater eximens filiam a manu familiæ, non tenetur. Corset. in tracta. de protest. excell. Reg. & Barb. in rubr. extra de causa propriet. & poss. Itē non licet eximere carceratū a manu familiæ, nisi in casu irretractabili, Par. de find. in uerbo, appellat. & si de facto fuit captus, an liceat eximere? Par. in uerbo, an si, nu. 1. Item si quis eximerit debitorem captū, an teneatur ad interesse, Par. in d. uerbo. Itē de iure canon frangenti carcerem est pœna depositionis, Abb. in c. a nobis. extra de apost. & uide, quæ posui in l. 1. ff. de effractor. *Mangrel.*

L. Quod si quis.

Non incidit in edictum.] Ad istum tex. uide unum uerbum Alexan. & Pauli in rub. J. de officio eius, nu 4. & nu. 6. ubi intelligunt istū tex. habere locum in delegato, cuius contrarium apparet ex doctrina Bart. hic iūcta doctr. Ang. in Aut. de dec. ciuit. in § audiens, & ibidē Bart. ubi uolunt, ꝙ capere personaliter, & in carcerem ducere, est simplicis iurisdictionis, & ideo potest delegari, ut ibi per eos. quod an sit uerū, uide Bar. in l. 3. nu. 2. & ibi cęt. supra de iurisdi. omn. iud. An autē iste tex. ꝓcedat in delegato Prin. uide Alex. ubi s. *de Bott.*

Qui satisdare cogantur. *Rubr.*

H*Aec cautio.*] Firma, uerbo, de iudicio sisti, & uide Glo. in l. pe. §. pe. infra eo quę sentit, quod possit etiam post litis cōtestationem, statim tamen. Idem sentit Alexand. in l. de die. §. si seruus. 1. notab. infra eo. & uide Neguſ. de pignor. in princ. ubi de multis alijs quæstionibus. Item quando reus teneatur dare fideiussores de iudicio sisti, uide Par. de sindic. in uerbo, si iudex. & ibi etiam quando dicatur idoneus fideiussor, & qui teneatur satisdare, Afflic. in constitu. humanitate, numero 12. *Mangrella.*

L. Satisdatio.

Vt ganus.] An promittens satisfacere, uel soluere liberetur dando pignora, uel fideiussores, uide Neguſ. de pignor. omnino in 1. membro quintæ partis, in princ. An promittens facere quem securum teneatur dare fideiusso. uel pignor. uide Hippol. in rubr. de fideiuſ. numero 300. *de Bottis.*

Pignora.] Nota, quod qui tenetur dare fideiussores, potest dare pignora: quod limita, & declara, ut per Neguſ. in tract. de pignor. in 1. membro quintæ partis, in princ. & Hippol in rubr. de fideiusso. numero 296. cum seq. *de Bottis.*

Intellige tamen.] Vide Neguſ. ubi sup. numero 9. *de Bottis.*

Iuratoriæ cautioni.] Vide Cal. in auth. generaliter. C. de Epi. & cler. & Cottam in uer. iuramentum probat *de Bottis.*

Committitur iuratoriæ cautioni.] Et ꝙ tenetur satisdare, Afflic. in constitu. humanitate, nu. 12. & aduerte, ꝙ duo debent iurare, ut glo. hic, & Bal. in auth. generaliter, in uerbo, iuratoria cautione. C. de Episc. & cler. & Alex. etiam hic. Afflic. decis. 109. & no. ꝙ non iurat se aliqua non possidere, sed ꝙ credit se fideiussorē dare nō posse, pulchre Soci. cons. 231. & ꝙ nō ualens satisdare, admittatur iuratoriæ cautiōi Feder. de satisdat. uol. 1. nu. 7. & si staret statutum, ꝙ teneatur satisdare, adhuc excusabitur cum iuratoria cautione, si non potest satisdare. Bauer. de uirtute iuramen. ti. fol. 150. numero 119. *Mangrel.*

L. Fideiussor.

Fideiussor.] Vide Barba. in c. 1. de fideiuss. & ibi an clericus sit idoneus fideiussor. *de Bottis.*

§. In fideiussorem.

Quando principalis.] Vide Afflic. in consti. humanitate, nu. 2. *Mangrel.*

L. Siue.

Quæra quid si ab initio.] Fideiussor usque ad quod tempus teneatur de iudicio sisti, hic numero 2. & Soci. hic. & de forma huius citationis. Afflic. in constit. humanitate, numero 2. & ultra traditas hic limitationes per Ias. uide Aret. in §. sed hodie. Institu. de satisdan. nu. 1. qui ponit casum, quod etiam post sententiam in causa appellationis tenetur, uide Hippol in rubr. de fideiuſ. nume. 18. an autem teneatur ad pœnam, & interesse, Affli. decis. 234. quid autem si quis cauit de præsentando, dicit Affli. ibi, quod tenetur usque ad minimum actū, quando autem de iudicio sisti, intelligitur vsque ad sententiam. Itē adde, ꝙ cautio de stādo iuri, intelligitur de iudicio sisti, & iudicatū soluendo, Firma. in uerbo, promitto. an promittēs parere mādato curiæ, liberetur per sententiam, Alexan. hic, & in l. cum pro quo, supra si quis in ius vocatus non ierit, decidit, quòd liberetur, vide omnino Bart. in l. quarta ff. de custodia reorum. vbi traditur, quòd si sit promissum præsentare iudici, quandocunque placuerit, non li-

beratur per sententiam & licet Bal. teneat contrarium, Alexand. tamen hic tenet cum Bart. per illud verbum, quandocunque, & fuit distinctio Ange. in l. quòd si nolit. §. si quid ita, de ædil. edic. quem refert Ias. in l. cum pro quo, supra de in ius vocan. Vide omnino Soci. hic, numero 2. qui tradit, quòd quando promissio est respectu litis, indifferenter expirat per sententiam, nisi sit dictum, toties quoties. & aduerte, quod si fuerit in mora in præsentandu ante sententiam, post semper tenetur. Bartn. in l. si quis reum, ff. de custodia reorum. vbi etiam aliqua addidi, & quòd non sufficiant illa verba, toties quoties, etiam vt post sententiam teneatur fideiussor, sa tit, quia illa verba sunt de forma promissionis de iuditio sisti per ea, quę tradit Afflic, in constitut. humanitate. & quòd importet, an sit respectu litis, iuxta dictum Soci. vide Ias. in l. duobus. §. ei qui, numero 19. de iureiuran. & dictio, quoties, secundum subiectam, materiã intelligitur semper Imo, in cap. cognoscentes, n. 3. de consti tutio vide omnino Corset to repert. ad Abb. in verbo, clausula vero. *Mangr.*

L. Si vero pro.

Fideiussor quentitatis.] Vide not. quæstio. per Hipo. in rubr. de fideiuss. numero 346. vbi an fideiubent pro aliquo, cuius bona publicantur, teneatur, & ibi quid si ex alia causa efficiatur non soluendo. *de Bot.*

Fideiussor de iudcio] Adde, quòd si iudex tertius, vel minatus fuit reum, fideiussores liberantur. Par. de sindic. in verbo, subiecto subtilem, & posui in l. & si quis. infra tit. 1. Item si solus est factus reus, non autem condemnatus, non excusatur, l. sed & si quis. §. illod. infra si quis cauti. iud. Item si iudex veller facere saluumconductum pro secundo dilectn. adhur fideiussores non tenẽtur, Gandi. in titu. de aliquibus quæstio. numero 19. & 20. & contra Gandi. tenet Soci. hic. quid autem si sit condemnatus, vel perdident bona, Cuma. cons. 32. & fideiussor de præsentando reum totiens quoties, an liberetur a fideiussione rei per incarcerationem, maxime si propter aliam causam fuerit carceratus, vide Afflic. decis. 130. & fideiussor toties quoties, per binam præsentationem liberatur, Afflic. in decis. 130. *Mangrella.*

§. *Qui pro rei qualitate.*

Notorium est.] Quid sit notorium, quid manifestum, & multa ad materiam notorij, vide latissime per Ioua. Fab. in §. 1. proemio Instit. col. 3. & 4. *de Bottis.*

L. Quoties.

Non refert.] Adde, ꝙ de acto nullo non tenetur facere mentionem Fel. in cap. ex tenore, a numero 2. usque ad 13. de rescript. tamen ex eo declaratur voluntas, & inducitur perpetuatio iurisdictionis, & dicitur aliqualiter qui functus officio suo, posui in l. fin. infra de rebus eorum. Item alienatio nulla non facit incidere in pœnam. Iason in l fin. C. de iure emphyteut. numero 139. Dec. in cons. 166. vbi quòd clericus contrahens nulliter matrimonium, non punitur beneficij amissione. *Mangrel.*

L. Si fideiussor. §. *Si necessaria.*

Qui promitit satisdare.] Adde aliquos casus, in quibus non remittitur ad domicilium, licet prima fronte videatur necessaria satisdatio, Afflic. decis. 137. de eo qui tenetur satisdare, quia præuenit in cassatione instrumenti secundum formam Regiæ pragmaticæ. Item in causa criminali non remittitur, nisi in subsidium, Afflic. in constitut. humanitate, numero 6. Item hæret, qui vendit rem hæreditariam pro sepeliendo defuncto, non tenetur, nec cogitur promittere duplam pro euictione, l. quidam erat, infra famil. erciscun. Item si quis vendidit, & promittit euictionem, & fideiussores, tenetũr illos dare in loco venditionis, non in loco domicilij. Pa. de Cast. hic, in fi. Item si non habet fideiussores in loco, vbi promittit possunt mitti ad iudicem domicilij, vt capiat dictam cautionem, vt possit præsentari in iudicio, Afflic. in decis. in fi. & facit Regia pragmatica, quæ incipit, malitijs, & hoc quando sumitur in voluntaria, vt testatur Pau. hic. Item promittens soluere bladum, seu frumentum in ciuitate, præsumitur facienda solutio in area, in villa vero præsumitur in fundo, & etiam intelligitur in eo loco, vbi commode dari potest creditori. Boer decis. 99. & posui in l. qood si Ephesi. infra de eo, qood certo loc. Item si quis carceratus est condemnatus, & non habet cautionem, admittitur ipse cum iuratoria cautione. Boer. decis. 249. Item si vasallus, vel censuarius tenetur præstare frumentum, vsque ad domum domini asportare tenetur. Par. de reintegrat. feudi, in verbo, fuit. fol. 22. *Mangrel.*

L. De die.

Decisionum.] Vide Curt. iuniorem in l. 1. numero 11. & 2. in fine. C. de edendo. *de Bottis.*

§. *Plane.*

Contumacia facit perdere beneficium.] Adde Afflic. in decis. 133. & quid si purgat contumaciam, an possit declinare forum? dicas, quòd si est persona q̃ põt declinare forũ per renũciationẽ, tũc nõ põt declinare cõtumax. si aũt non põt declinare renunciando, remittitur purgata contumacia. Afflic. in constit. pœnam nouem vnciarum, numero 9. & an per contumaciam quis videatur in iudicem consentire? Vide Apostillam in l. si fideicommissum, §. quoties. infra de iudic. & hic in l non videtur, la prima, eodem titu. de iudic. Bal. in l. 1. C. de iurisdictione omnium iudicum. & in l. si quis ex consensu. C. de Episcopali audien. & quid paciscendo, vel soluendo, an videatur in iudicẽ consentire? vide dic. tex. in §. quoties. Item si quis est contumax alicuius delicti in aliqua curia ordinaria, & ab alia etiam ordinaria fuerit captus, an possit allegare forum primæ curiæ? Vide Bart. in l. sepulcri. ff. de de sepul. viol. vbi quód contumax non allegat litis pendentiam, & posui in l. 1. C. vbi de crimi. agi oport. *Mangrel.*

L. Sciendum.

L. sciendum.] Adde Afflic. in decis. 109. vbi datur limitatio ad hunc tex. & regula est, ꝙ satisdatur de iudicio sisti. ex hoc inferas, quòd conuentus si allegabit possidere immobilia, argumen. l. ab ea parte, C. de probation. Dec. in l. 1. C. de pactis. in 4. not. donec doceat se possidere, debet satisdare. Afflic. decis. 109. sic in simili si est compromittendus articulus, quis teneatur satisdare, interim satisdatur. Afflic. decis. 170. Itẽ habens debitores idoneos non tenetur satisdare, Alexand. cons. 37. nu. 13. libro 2. Item si est idoneus, non satisdat. Dec. in reg. plus cautionis. Item si quis promittit fideiussorem, liberatur dando pignora ibi. Item si datus est fideiussor de iudicio sisti, & factus est pauper, debet dari æque idoneus, secus si est datus in contractu de conuentione pactis, quia tunc non est dandus alius. Par. de sindic. in verbo, si iudex. fol. 121. Item si fideiussor de iudicio sisti, & reus aufugerint propter minas illatas reo a iudice, tunc fideiussor non tenetur. Par. in verbo, subiecto. Item de materia dandi fideiussorem de iudicio sisti, vide Bart. & quæ ibi posui in l. si quis. infra de custodia reorum. Item si quis fuit admissus ad iuratoriam cautionem, & fuit periurus, iterum non debet admitti. Hippo. sing 74. Item possidens annuum redditum, non tenetur satisdare, Tiraquel. de retrac. fol. 21. §. 1 glo. 6. Item quando quis tenetur ad iuratoriam cautionem, & quando sit, arbitrio iudicis committitur. Tiraquel. fol. 112. nume. 45. vsque ad 49. Item si debitum est liquidum, tenetur quis offerre cautionem, si est illiquidum, non tenetur, sed debet promittere soluere. Tiraquel. fol. 118. nu. 2. Item non inueniens fideiussorem, debet liberari iuratoria cautione: fallit in criminalibus, Alex. in l. 1. supra eod. sed procedit, quando est ducendus ad carceres, sed quando est liberandus a carceribus, admittitur iuratoriæ cautioni Bal. in l. sed & si is, supra de in ius vocan. *Mangrella.*

Ex hoc sequitur.] Tiraquel. de retrac. lignag §. 1. in glos. 7. numero 101. cum seq. *de Bottis.*

Satisdationem.] Hanc opinionem Bal. sequitur Bar. in l. 1. §. 1. nume. 5. C. vti possidetis. *de Bottis.*

Quid si ille.] Adde Tiraquel. de retra. lignag. §. 14. gloss. 1. numero 18. *de Bottis.*

Fideiussor.] Pet. Duennas in reg. 328. *de Bottis.*

§. *Tutores.*

Vtrum distinctio.] Adde Ias. in l. filiusfam. supra eod. *de Bottis.*

§. *Si fundum.*

Officium iudicis.] Idem vult Bart. in l. harum, in fine. infra si serui. ven.

Si ex noxali causa agatur.
Rubrica.

L. Sed alio iure. §. *Si absens.*

G*Lo. de confessione serui.*] Creditur vni testi cũ indicijs. Pau. de Cast. hic, numero 4. alios casus vide per Firma. in verbo, testes, numero 339. & cum Paulo hic concordat Affl. decis. 369. ver. fuit conclusum. Soci. in regula 442. nu. 3. & 423. Item deponens supposuisse partũ, vt de facto fuit, asserens, est magis idoneus. Dec. cons. 342. sic etiam eiecisse stuprantem de cubili. Dec cons. 363. nu. 3. *Mangrel.*

§. *Si absens.*

Dato, quod quis sit conuictus] Vide Doctores in prima oppositione Bar. in l. 1. de vulg. & pupil. Hippol. Marsil. in sing. 185 Bal. in cons. 372. 1. vol. Ange. Aret. in rubr. de except. circa finem. Lud. Roma. in singu. 18. *Mangrel.*

De eo, per quem factum erit.
Rubrica.

L. Ex hoc edicto.

H*Abere regressum.*] Adde Curt. in l. 2. in glo. 1. in 1. intellectu. C. de edendo. *de Bottis.*

Si quis

Si quis caution. in iud sist en. causa fac. non obtemper. Rubr.

L. Vicena.

Absenti ad veniendum.] Dies termini qst computetue in termino, tam in contractibus, quàm in iudicijs, & alijs actis, & conuentionibus, ad plenm, Tiraquel. de retrac. fol. 48. numero 16. Item in fauorabilibus in termino si venit bisextus includitur, secus in odiosis, Tiraquel. folio vbi supra. *Mangrella.*

In termino.] Guido Papæ decis. 270. Tiraquel. de retrac. ligna. §. 1. in glo. 11. numero. 16. *de Bottis.*

L. Non exigimus. §. *Si quis in iudicio*

Si quis in iudicio.] An in casu, quo reus non tenetur mittere procuratorem, & sic actor est impeditus agere, possit actor ipse examinare suos testes ad futuram rei memoriam, vide Capic. in decis. 123 numero 6. *de Bottis.*

Si iustum impedimentum.] Quod dicatur impedimentum iustum, vide Afflic. decis. 289. *Mangrel.*

Procurator.] Vide Capic in decis. 123. *de Bottis.*

Ibi loquitur in actore, qui tenetur mittere procuratorem.] Vide Afflic. in decis. 29. in fine. *de Bottis.*

Quid si infirmatur.] Adde Afflic. in decis. 29. & 182. nu. 4. *de Bottis.*

§. *Si non propter.*

Mulier grauida.] Amplia etiam si non habeat bona, in quibus possit exequi contra eam. Gudo. Pa. decis. 256 *de Bottis.*

Ex scholari.] Afflic. in constit. pessimam. *de Bottis.*

§. *Quod diximus.*

Protestatio.] Dec. cons. 356. col. 2. *de Bottis.*

§. *Simili modo.*

Non excusat.] Vide Tiraq. de retrac. ligna. §. 35. glo. 4. nu. 28. *de Bottis.*

L. Sed & si quis.

Capitalis condemnatio.] Adde, quòd citatur ob aliam causam, vel bannitus ob aliam causam non debet præsentari per fideiussores de iudicio sisti. Soci in l. si decesserit. numero 17. supra qui satisd. cogantur. Itē si relaxatus fideiussoribus carceratur, fideiussores liberantur, Afflic. decis. 150. & vide, quæ posui in l. si quis rem. infra de custod. rerum. Item si iudex tenuit inquisitum, vel minatus fuerit, fideiussores liberantur. Par. de sindic. in verbo, subiicio. Specul. in tit. de accusare. §. sequitur. versi. item quæritur, ecce Titius. sed si quis promittit præsentare, postumodum iudex ex alia causa rapit reum, si postea fugit, adhuc tenetur fideiussor. Hippol de fideius. nume. 42. & ad primum dictum Soc. Hippo. late in nu. 150. q. 10. *Mangrella.*

§. *Quæsitum.*

Aut aliqui casus.] Dec. cons. 76. numero 2. dic. quòd isto casu omnia contenta in clausula generali, habentur pro specificatis, ibi vide per totum, & de importantia clausulæ generalis late per Feli. in cap. sedes, numero 31 de rescript. Item renūciatio generalis subsequens post casus enumeratos porrigitur ad omnes alios, saltem non maiores. Capic. decis. 88. numero 5. *Mangrel.*

Casus fortuiti.] An expressio casuum fortuitorum comprehendat casum insolitum? Vide Barba. in cap. 1. col. pen. de commodato, & ibi ponit materiam hanc, & in col. fin. *de Bottis.*

Si renunciatur.] Vide Pet. Duennas in regula 380. & Ripam in tracta. de peste, in cap. de priuilegijs contractuū, n. 67. cū sequen. *de Bottis.*

Intellige de solito.] Hanc opinionem Bar. aprobauit sacrum Cōsil. iunctis duabus aulis, relatore Domino de Franchis, in causa inter Magnificos Hieronymum Montenigro, & Antonium Casellam ex vna, & Illustr. Ioan. Andream de Auena ex altera, die 17. Nouembris 1573. Capua actuarius. *de Bottis.*

Iuramentum] Quid si contrahentes voluerunt etiam de insolito casu teneri? Vide Gozad. cons. 27. numero 5. versic. 3 & de veritate huius opin: Bart. vide Dec. cons. 7. numero 6 versic. non obstat. & Ripam vbi s. numero 97. & Iacobi. hic, & Boss. tit. de remissione mercedis, numero 66. vide Tiraquel de legib. connub. in glo. 5. numero 148. cum sequentibus. *de Bottis.*

Quid si posita.] Vide Baueri. in tracta. de virtute iuramenti, car. 1. versic. secondo principaliter, & Corset. in repetitione Rub de iuream, car. 3. vers. 18. priuilegium, volum. 1. & Alexand. hic, & in l. 1 §. si quis ita, colum. 3. de verb. obligatio. Mar. in tracta. pestis, libro 1. vers. 3. limitatur, numero 60. Ias. hic, totum. fin. Dec. in l omnis. ff. si cert. petat. & in simili Soci. in l. frater a fratre. ff. de condict. indeb. colum. pen & quòd casus incogitatus in generali dispositione non venit, addidi ad hunc in l. fistola, §. si fiumenta. ff. de contrahenda emptione. & est bonus text. in l. Titius. in fine. ff. de actio. empti. Item compromissum ad incognita non extenditur, addidi in l. non distinguemus, §. de officio. ioisa de arbitris. Item si verbo addacta sint, veniunt etiam incognita. Loffre. cons. 95. numero 9. ad quod facit, quòd vbi verba conueneriūt, & dispositio simol, licet mens disponentis absit, vide Feli. in cap. in præsentia, de probationibus. Item pro conductore, qui susceperat omne periculum stipendariorum, & omnium personarum, quòd nō teneatur de his stipendiarijs, de quibus verisimiliter non dubitatur Soci. cons. 123. libro 4 nec sufficit, quòd partes voluerint omnes casus haberi pro specificatis, Ange. hic, sufficit tamen talis clausula in dispositione legali, Dec. cons. 168. vbi secus tradit in priuilegio. Item stante clausula, quòd tenor instrumenti habeatur pro expresso, nulla obstantia obicit. Dec. cons. 341. in princ. & vide Dec. cons 541 nume. 23. *Mangrel.*

L. Si quis.

Exceptio superueniens.] Adde quod si reus principalis discusserit contractum vsurarium, & fuerit inhibitum iudici seculari per iudicem ecclesiasticum, vt non procedatur contra principalem, poterit tamen procedi contra fideiussorem. Hippol. sing. 125. & Bal. in l. s. in fi. C. de diuer. rescript. *Mangrel.*

L. Si seruus §. *Si plurium.*

Quod pluralitas geminat singularitatem.] Adde Afflic. in constitut. multæ leges *Mangrella.*

Pluralitas.] Vide Dec. cons. 50. vbi in eo, qui reliquit Titium, tutorem filiabus, & non habet nisi vnicam filiam. *de Bottis.*

L. Si eum.

Permittitur ratione dubitationis.] Nota, quod si notorie constat non competere actionem, non cogitur sistere. Alexan. hic, numero 1. Item debebat allegare, quod erat male captus, & debebat relaxari. Hippol. in rubr. de fideius. numero 536. vec. quæro. *Mangrella.*

§. *Qui iniuriarum.*

Nota, quod actio.] Vide tex. in l. 1. §. si quis sub conditione. & § fin ff. vt lega. no. caue. & Bar. in l. 3. §. hæc actio. ff. si quis test. liber esse ius. fue. & adde in simili, quod pœna parua, quæ subijcitur loco alterius pœnæ, habet vim totalis pœnæ. Affl. in constitut. constitutionem, numero 10. Item si per statutum seruitium personale possit redimi pecunia, & imponitur propter hoc collecta, Bart. in l. placet. columna. penult. vers. vnde per statutum. C. de sacrosan. eccles. vbi vide aliam consimilem quæstionem, & licet subrogatum aliquo pacto discrepet, in eo tamen quod concernit, sequitur eius naturam. Dec. cons. 90. Item subrogatus censetur inesse a principio, & retro fingitur. Afflic. decis. 393. Itē res permutata cum fructibus feodi erit immunis a collectis, sicut ipsi fructus. Isern. in cap. in verbo, plaustrorum, quæ sint Regalia. Itē subrogatur ad aliquid faciendum tenetur seruare formam eius, qui subrogatur, licet subrogetur a l. Corne. in repet. in verbo, iudex, columna 3. Item si pro feudo detur cambium, non erit feudale. Isern in cap 1. §. si vero, il tertio, vbi Le stre. de controuers. inuestituræ. Item mutuum ex causa dotis gaudet priuilegio dotis, Loffred. cons. 34 in fine. Item si pro feodo, in quo viuitur iure Longobardorum Rex det in permutatione aliud, vt in eo viuatur iure Regni, tamen sapit naturam eius, in cuius loco subrogatur. Lucas de Penna in l. 1. C. de imponen lucrat. descriptio. libro 10. Item subbrogatum per hominem, non habet executionem paratam, sicut primum. Bart. in § hæc actio. *Mongrel.*

Nota, quod actio.] Amplia hanc regulam etiam si subrogatum aliquo respectu discrepet, vt per Dec 10 cons. 90. no. 1. *de Bottis.*

Promisisti.] Quid si ille, cui est facta talis promissio differt emere, vide Guidonem in decis. 569. & per quantum tempus debeat expectare, vide Alexan in l. qui Romæ. §. cohæredes. numero. 9. ff. de verb. oblig. *de Bottis.*

Promittens vendere.] Boer. decis. 49. & Ias in §. 1. de actionib. *Mangrel.*

De ferijs, & dilationibus. Rubrica.

Diebus feriatis.] Par. de sind. in uerbo, feriæ. *Mangrella.*

L. Ne quis. §. *Sed si prator.*

Dicto testium.] Limita, vt per Feli. in cap. cum causam colum 14. versic. fallit secundo, extra, de testi. & Hippol. in singul. 10. *de Bottis.*

Confirmari.] Affl. in 9. q. super constit. Regni. *de Bott.*

L. More Romano.

Dies incipit.] Adde, quod nox intelligitur, quando factæ sunt tenebræ, ita quod homo de facili non dignoscitur, & circa primam horam noctis nox intelligitur. tamen si delictum dicitur commissum die festo, non dicitur commissum illo die, si fit de nocte; & contractus, & testamenta, & alij actus facti de nocte, an illo die dicātur fieri? Tiraq. de retrac. ad plenum, fol. 82. & de die naturali, & de die vulgari, de die beneficiali, de die a statuto præfinito, de die ciuili, de die legali, de die emergenti, de die artificiali, conuentionali, & ecclesiastico, & Babyloniorum, Persarum, Athenensium, Vmbrorum, Hetruscorum, AEgyptiorum, & Romanorum. Tiraq. de retrac. fol. 82 & quod

Bar. super l. ff. Vet. nn 2 dictum

dictum est, quòd claritas noctis pro die habetur, est tex. Euangelicus Lucæ, ca. 2. ubi Angelus nunciauit pastoribus, quòd natus est uobis hodie Saluator, & tamen fuit de nocte, & adeo tam fuit magna claritas, quòd dies ab omnibus indicabatur. Vide expositores Euangelicos in loco alleg. Lucæ Euangel. cap. 2. *Mangrel.*

Incipias dies] De materia dies uide Tiraquel. de retrac. ligna. §. j. in Gl. 1. in princ. *de Bottis.*

L. In pecuniarijs.

Dilatio.] Ad materiam istius tex. uide Capic. in decis. 81. & Tiraq. de retrac. conuentio. §. 1. in gl. 7. nu. 19 cum seq. ubi late. *de Bottis.*

Vna dilatio.] Adde, quòd in regno una tantum datur. dilatio. Capic, decis. 81. nec terminus reintegratur etiam, quòd in eo utraque pars nihil produxerit. Capic. decis. 82. Item si produxit articulos, & citasi fecit testes reintegratur in termino. Capic. decis. 90. in primo dubio. Item si datur secunda dilatio, datur cum causæ cognitione, & parte citata, & quomodo hoc procedat. Boer. decis. 294. & hoc in iudice ordinario, sed in arbitro secus, cum possit prorogare terminum sine partis citatione. Item si quis allegat impedimentum, potest solo iuramento illud probare, Boer. in d. decis. sic etiam inquisitus, si non allegat talia, quæ releuent, potest contra eum procedi, non dato termino ad purgandum indicia. Alexand. cons. 85. numero 5. 7. libro 1. & de reintegratione dilationis, an tota sit reintegranda, Afflic. decis. 50. *Mangre.*

Quæ dilatio.] Ad hanc regulam, quòd quælibet dilatio ad probandum dicitur peremptoria, uide late Pet. Duennas in regula 201. *de Bottis.*

Si in causa appellationis] Vide asperum dictum Afflic. in constitut. lite legitime contestata, notab. 9. *Mangrel.*

Verbum potest.] late per Tiraque in tract. de leg. connub. in glo. 2. in princ. fol. 135. ubi infert. *de Bottis.*

De edendo. *Rubr.*

L. Quia quisque:

P*Etitio debet exhiberi reo.*] Nota, quòd si libellus continet unam causam, quæ non militat, non potest ex alia causa iustificari, sed nouus libelius porrigi debet. Boer. decis. 42. & posui in l. fi. C. de annali exceptione. Item actor producens in libello unam actionem, & ad eam se astringit, non potest in prosecutione causæ uariare: secus si non se astringit, quia tunc potest uariare, uidelicet, dato nouum libellum. Boer. decis 42. numero 14 & Afflic. decis. 50. Item libellus licet generalis, & obscurus, potest tamen declarari ex articulis, Boer. in dicta decis. *Mangrel.*

In electione.] Aufrerius in addit. ad decis Capellæ. 91. *de Bottis.*

Libellus concludere.] Adde Couar in cap. 12. pract. q. col. 1. & seq. ubi etiam ponit quid si petatur hæreditas alicuius. *de Bottis.*

Ex tenemento.] Vide Dec. in cons. 322. numero 3. & Couar. in 2. lib. uariarum resol. cap. 11. *de Bottis.*

Si reus dicit.] adde Philip. Franc. in cap. significantibus, de appell. & Soc. in c. significantibus. 8. col. de libel. ublatio. *de Bottis.*

Non est necesse.] Vide Feli. in cap. dilecti column. penult. de indic. Innocen. & Abb. in cap. fi. de libelli obla. & adde, quòd si libellus continet causam alternatiuam, non uidetur obscurus, quando ex utraque parte alternatiue idem iuris effectus resultat. Aret. in capit. ex parte. post Abb. ibi de foro competenti. & in simili Abb. in cap. literæ, primo notab. de dilatio. & quæ posui in l. 1. infra quorum legat. & de metu debet specificari species metus, & persona metũ inferas, Faber de actionis. in princ Institutir. *Mangrel.*

Non infamat.] Afflic. in decis. 250. & ibi ampliat in executione continente infamiam. *de Bottis.*

Non expressa.] Vide omnino Per. Girardum sing. 4. *de Bottis.*

Inepte expressa.] Adde Doct. relatos per Cottam, in verbo, libellus procedit. ubi infert ad multa. *de Bottis.*

§. *Editiones.*

Instrumenta debent edi sine die.] Idem in testamenti editione, tradit Salic. in l. eius. C. quamadmodum testamen. aperiantur. & hoc intellige in editione, quæ fit ad instructionem, secus ad probationem, Bal. in l. 5. C. de fide instrumant. lib. 11 *Mangrel.*

Verum acta.] Adde quòd ea quæ quis produxit iudici ad ipsius informationem, non sunt de actis, & propterea non sunt edenda parti, ut per Guid. in decis. 241. & 242. & quid si aliquis produxit iudicialiter instrumentum, quod postea vult retinere penes se, an parte petente debeat edi. Guid. Pa. in deci. 243. & quid si dicatur instrumentum de perditum, Idem in decis. 244. & qualiter puniatur nolens edere talia acta, vide eundem in decis. 245. *Mangrel.*

§. *Edenda.*

Non exigetur.] Adde Doct. relatos per Didacum Couar. in 1. lib. varia. resol. c. 18 numero 1. *de Bottis.*

L. Si quis ex argentariis. §. *Cogentur.*

Quandoque notarius.] Testis infamis de facto suppletur per alium integrum, Bal. hic. Fides testis domestici suppletur per alium testem non domesticum. Soci. cons. 130. numero 11. libro primo. Item mulieris per alium suppletur in causa criminali, Alexand. cons. 14. numero 23 libro secundo. & quod suppleatur fides domestici cohabitantis, Soci. cons. 235. numero 9. libro... Item fides omnino inhabilis non suppletur, Firma. in verbo, testium impugnatio, numero 82. Item alter, qui supplet debet esse omni exceptione maior, Dec. cõs. 133. sic & dictum vnius declaratur, & suppletur per alium, posui in l. 2. C. de bonorum possesso. secundum tabulas. Item in causa graui, numerus non supplet defectum, nec unus alterum, posui in l. etiã C. de testib. & Dec. 132. numero 4. & 5. vide Abb. in cap. fraternitatis. de testi. vbi plene. *Mangrella.*

§. *An nec hæredi.*

Ei qui agit.] Adde quòd notarius non edens instrumentum, tenetur pœna falsi, Bal. in l. fin. numero 23. C. eodem tit. Item non statur eius iuramentu, quòd amiserit, nisi coniecturæ, & indicia præcedãt, Alexand. hic, qui legit hunc tex. cum antet edenti. Item hæres iurans, perus se librum defuncti non esse excusatur. Aret. cons. 119. in fine. & vide, quæ posui in l. 1. §. si quis argentum. infra depositi. & dictũ Aretini sequitur Baueria. de virtute iuramenti, volumine 2. fol. 189. numero 79. & quæ posui in l. fin. C. de fide instrument. Alexand. cons. 58. numero 5 libro 1 ponit amissionem probari iuramento, quando quis tenetur officio iudicis cedere, quod quando sit, vide in l. quædam. infra eo. Item iudex, aduocatus, vel procurator casu amitens processum non tenetur ad interesse. Boer. decis. 15. vbi quod si interuenit, statur eorum iuramentu partis de interesse. Item mulioni dicenti se fuisse disrobatum non creditur. Corn. cons. 318 4 volum. *Mangrella.*

Præsumitur amisisse.] Adde Aret. in cons. 120. *de Batt.*

Clandestini.] Vide Grammat. in voto 21. nu. 4 *de Bottis.*

§. *Nec iterum.*

Qui habuit instrumentum.] Adde Aim. cons. 212. nume. 17. Couar. practi. q. c 19. fol. 134. col. 3. *de Bottis.*

L. Vbi exigitur.

Minori non succurritur in dolo.] Minor quando restituitur aduersus dolum præsumptum? vide Affl decis 370. *Mangr.*

In muliere.] Nota, quod in muliere cessat præsumptio doli, de quo per Tiraq in l. 9. nu 40. de legib. connub. *de Bottis.*

L. Quædam. §. *Nummularios.*

An libri.] Vide Decium in l. 1. in notabilibus. C. eod. *de Battis.*

Isti libri.] Adde Doct. relatos per Aim de antiquit. fol. 68. numero 26. cum seq. & ibi quid in scriptura mercatoris non habente formam libri, an probet contra se; & quid si est scriptum manu alterius, & mercator negat fuisse scriptum de voluntate sua. ibi. *de Battis.*

Libris rationum] Nota, quod possum acceptare instrumentum contra me productum in vno capitulo, & in alio non, quando sunt capitula separata, de quo late per Aim. de antiquit. temp fol. 37. nu. 68. cũ seq. vbi ponit tres limitat. & de libro rationum continente capitula, separata, an possit pro parte acceptari, vide Aim. cons. 178. colum. 3. *de Bottis.*

Vltimo nu.] Aim. de antiquit temp. fol. 58. nu. 61. cũ seq. vbi late de lib. officialis. *de Bottis.*

L. Argentarius. § *Edi autem.*

Pertinet.] Boer. in decis. 253. *de Bottis.*

De pactis: *Rubr.*

IN hac materia vide Caccialupum in tractatu de pactis. *Mangrella.*

L. Labeo §. *Sed etiam tacito.*

Nota, quod per redditionem instrumenti videtur fieri quietatio.] Aduerte tamen, quod si quis amiserit instrumentum crediti, & sic non posset reddere, non propterea tamen impeditur petere solutionem, sed faciet instrumentum quietationis, & liberationis, posui in l cum Aquiliana. infra de transactio. & in l. cancellauerat. de his, quæ in testamen. delen. & Bal cons. 305. lib. 4. & de primo dicto posui in l. dissolute. C. de condictio. ex l. & Ias. in l. instrumenta. C. de fideicom. per redditionem, vel per legatum pignoris non censetur liberatum vel legatum debitum, tamen per reditionem vtrunque videtur legatum, sed & per pignus dissolutum debitum, Neguſ. de pignor. fol. 241. numero 19. post Dec. in l. creditor. de reg. iur. vide Feli. in c. accedens, numero 1. vt lite non contestata. *Mangrel.*

L. Item quia.

In domum conductam.] Adde, q̃ nõ erũt hyppothecata bona amici, q̃ ibi custodiẽda inuexit, vt Affli. i decis. 184. Item p receptionẽ fideiussionis

ſtonis videtur receſſum ab hac tacita hypotheca, Neguſant.de pignor fol.200. numero 90. & vbi, quòd inuecta poterit retrahere ,p ulio debito.& plene octo caſus pro limitationibus.& falentijs huius l.ad quod vide Aret.& Iaſ.in §.item Seruiana.de actio. *Mangrel.*

§.*Idem Iuliano.*

Que in præfationibus dicuntur.] Dicta in tractatu contractus repetita cenſentur, vt hic.adde,qꝙ ſi ex interuallo contrahatur, non repetita cenſentur. Afflic.decis.375.columna 2.verſic contrarium Loffre.conſilio 35.facit etiam ratio, quia multa tractantur, que non perficiũtur, Dec. in l.non omnis. infra ſi cert. peta. Item ſi in inſtrumento apponatur iuramentum,ad ſtipulata tantum intelligitur. Soc.conſ. 214.numero 7.lib 2.& quòd ſi in ipſo contractu aliquid dictum ſit, etiam quòd ex interuallo,dicatur repetitum: ſi autem in præfationibus, ita demum , ſi contractus ſequatur incontinenti. Alexand. in conſ.122.numero 2.libro 2.& adde,quæ poſui in l. Titia §.idem reſpondit de verbo.obligat.& aduerte,quòd non eſt curandum,quòd per multum tempus poſt fuerit factum inſtrumentum de cõtractu, & nihil fuerit dictum , quia ſufficit dictum tempore contractus, Alexan. vbi ſupra,numero 8.*Mangrel.*

L.Legitima.

Ex quo no'] Iſtud dictum pro ſing. citat. Roma.ſing. 527.tu audiſti. & Bal.no.in repet.rubr.ff.de verb.oblig.in.19.ver.6.limita. & Cotta in ver.actio de conſtit.de quo vide Iaſ.in l.iuriſgentium.§ ſed cũ nulla,primo notab.14.fall.ff.de pact. & in l.lecta.7.notab.in primo caſu.ff.ſi cert. pet.*de Bottis.*

L.Iuriſgentium.

Pactum nudum.] Nota, quod promiſſio de donando etiam nudo pacto facta ualet,de qua Tiraquel.de retrac.conuentio.in fine,numero 31. & 47. *de Bottis.*

§.*Igitur.*

Vtrum iſta regula.] Limita non habere locum iſtam regulam in pacto nudo duplici,vt per Ioan. Lup.in repet.rubr. de donat.inter virum, & vxorem,folio 33.numero 11. *de Bottis.*

§.*Quinimmo.*

Pacta incontinenti appoſita.] De hac materia ad plenum Tiraquel. de retrac,folio 113.numero.54.*Mangrel.*

Feudum autem.] Adde Gul. Bened.in c. Raynutius.in ver.& vxorem, deciſ.3.numero 8.fol.104. *de Bottis.*

Item eo caſu. Tiraq. de leg.connubial.in glo. 3.nu. 42. *de Bottis.*

§.*Adeo autem.*

Quæro .] Vide Tiraquel.de retrac.conuentio.in fine,numero 164.cum ſequen. *de Bottis.*

L.maiorem.

Maior pars.] Adde Roma.conſ.424. ſeu 434 .per totum,vbi quod non tenetur admiſſus ad concurrentiam ſatiſdare, de quo pro, & contra poſui in l. fin C.qui bonis ced. poſ. Item dilatio aliter data non iuuat fideiuſſoribus debitoris, l. ſi præcedente. §. Lucius. ff.manda. Afflic.deciſ.258.tradit,tribus caſib. cogi creditores ad concurrendũ in remittendo cum maiori parte, videlicet ſi debitore defuncto hæres nolit adire,vel velit cedere bonis, de quo vltimo Roma.in dicto conſ.434.creditor,cuius debitum eſt iuratum, non tenetur concurrere. Bauer. de virt.iuramenti, quæſt. 31.niſi limites ſtante paupertate, per ea,quæ tradit Bal.ĩ cap.quãdã.de iureiurando. *Mang.*

L.Reſcriptum.

Pactum præſentium.] Vide Alexan. in d. §.hodie. Afflic.10.deciſione Neap.288.*Mangrel.*

L.Si cum emptore.

Si ceſſio.] Vide Marantam in repetit.l.ſi actor.numero 93.infra de procurator.vide Neguſant.in tracta.de pignor.3. membro ſecundæ partis,numero 27.*de Bottis.*

§.*Quadam.*

Vltimo quæro.] Vide per Couar.in l.2.lib. variarum reſolutio.cap. 10, numero 6.per totum. *de Bottis.*

§.*ſi pactum.*

Quæro qualiter.] Adde Alexand. in conſ. 31. numero 15.volumine6. *de Bottis.*

L.Si vnus.

Per pactum.] An , & quando pactum vnius ſocij præiudicet alijs, vide Ang hic,& Dec.in conſ 68.*de Bottis.*

§.*Pactus ne peteret.*

Vtrum ſit verum.] Vide quæ non minus doctè, quàm ſubtiliter circa hanc quæſtionem dixit Ozecius in Inſtitu. §.1. de obligatio.numero 15.*Mangrel.*

Ex hoc apparet.] Vide per Tiraquel.de leg.connub.in glo.3.per totã, folio 138 *de Bottis.*

Actor non ſuccumberet.] Vide Bart.in l.1.3. q.ff.de except.& ibi Soci. numero.12.*de Bottis*

Idem ſi conſtaret.] Vide Dec.in regula.non videtur cepiſſe, de regulis iuris.*Mangrel.*

Dominus ligatur.] Nota hoc,quia deſeruit quotidie in remiſſionibus ſub aliqua traditione.*de Bottis.*

Res de facili redit.] Adde,quòd quando receditur a ſtatuto, reditur ad ius commune,& fit lata interpretatio·Dec.conſ. 353.numero. 2. & per priuilegium, per quod reditur ad ius anterius ſi officit tertio, non poteſt de eo conqueri Loffre.conſ.14. numero 63 Item maior pars diſponit reducendo ad priſtinum,etiam vbi alias diſponere nõ poſſet, & inferior tollit ſtatutum ſuperioris redeundo ad ius commune, Loffre.conſ.51.numero 13.vſque ad 17.adducens cõſimilia. Item licet valeat pactum, quòd non fiat diuiſio, valet tamen,quòd ſi petatur diuiſio, communiter, intelligatur non facta, poſui in l.ſi conuenerit.ff pro ſocio. & Dec.conſ.265. Item quis vendens patrimonium,ſi poſtea illud remit,an ſit eadem natura, quando venditur cum pacto de retrouendendo , & poſtea remittitur, ſit eiuſdem qualitatis Tiraquel de retrac.folio 177.numero 2.& ſi ego habebam inſtrumentum debiti contra te,& illud inſtrumentum tibi reddidi, certe contingit liberatio.per notata in l. 2.§. ſed etiam tacito.ſupra eo.ſi poſtea illud idem inſtrumentum mihi reddis , iterum obligaris mihi,quia intentio tua eſt perſiſtere in primæua obligatione, & ſic de facili reuertitur ad primam naturam Bart.ibi nu 6. *Mangrel.*

§.*Illud nulla.*

Dolus autem futurus.] Vide Afflic. deciſ. 22.& Dec.in regula, contractus.de reg. iur. vbi ad plenum. vbi an tenuitatur in generali remiſſione dolus præteritus,an futurus.an pſumptus,vel verus.*Mangrel.*

§.*Ante omnia.*

Quomodo pactum.] Limita notabiliter per tex. in autent.ſed quamuis. C.de rei vxor.actione.vbi conuentio extenditur de vno caſu ad alium, de quo etiam meminit Dec. conſ. 33. column. 3. Item pactum factum inter plures reſpectu vnius, non operatur inter eos, adde in l.2 infra de donatio.Item venditio vnius rei ad aliam nõ porrigitur. Dec.conſ.551.numero 9.vbi adducit notab. conſ. Pauli. diſpoſitio alienandi in certas perſonas ad alias non extenditur. Soci. conſ. 19. libro 1.numero 21.& iunge regulam, quòd limitata regula, limitatum producit effectum.*Mangrel.*

Exceptio.] Tiraq. de retrac.ligna. §.1.in glo. 2. numero 51. Dec.conſ. 302.numero *de Bottis.*

L.Tres fratres.

Soror.] Limita non habere locum in officijs,vnde ſi fratres ſunt relicti executores, non veniunt ſorores . Tiraquel.in l. 1. in princ. numero 75.de leg.connub. & numero 76. *de Bottis.*

Soror appellatione fratres.] Alexand.in conſ.12. volum. 4. Imola in l.ſi ita ſcriptum.de lega.3.Iaſ.in l.veteribus.infra de pactis. & in l.ſi qs id quod, de iuriſdictione omnium iudicum,Roma.conſ.33. Alexan. conſ.9 volum.1.Dec.conſ. 230. numero 4. vbi,quòd propterea renunciatio ſucceſſionis fraternæ non comprehendit ſororinam. Item de fratre patrueli ad carnalem non valet argumentum,Dec.cõſ.517. numero 17. & quod renunciatio ſit ſtricti iuris,& quod de vna hæreditate ad aliam non porrigitur,Dec.cõſ.551.in principio ubi, quod talis renunciato plerumque ſine cauſæ cognitione fieri ſolet, & apponitur ex cõſuetudine notariorum, & ad primum dictum uide, que poſui in l. pactum.C. eodem. Item nota, quod frater decedens ſine liberis, tenetur relinquere partem fratribus, intelligitur etiam de ſororibus.Hippoly.in ſingulari.39.*Mangrel.*

L.Ius publicum.

Ius publicum.] Iuri publico pacto renunciari, nec tolli poteſt, tamen per ſtatutum tolli poteſt. Dec. in reg.nec ex prætorio. ff. de regulis iuris. *Mangrel.*

L.Veteribus.

Ambigua conuentio.] Vide Alexand.conſ. 9. libro 3. vbi quod pactum de retrouendendo infra annos quatuor, an reemere poſſit in principio quarti anni , ſic etiam iuramentum ſtricte interpretatur , vt minus obliget iurantem. Ioannes de Silua in tracta. de virtute iuramenti , folio 176. numero 5. & quomodo procedat iſte tex. an in contractibus,an in vltimis voluntatibus ? poſt Iaſ. hic uide Dec.in reg. ſemper in obſcuris. de regulis iuris. ubi, quòd quando aliquid eſt obſcurum, uel ambigum, attenditur illud, quod eſt uerſimilius, non ſic procedit in iudicio, quia illud interpretatur pro actore, l. ſi quis intentione ambigua. infra de iudic. Item quando uerba fuerunt prolata, non a principalibus litigantibus, ſed a teſtibus & ſunt ambigua , quis debet facere interpretationem ? reus, an actor, uel teſtis? Vide Barto. in lege.inter ſtipulantem. §. ſi rebum ſtipulatus , numero ſexto. de uerborum obligationibus.&

in contractu venditionis, quando verba sunt ambigua, interpretatio fit contra venditorem. Rom. cons. 5. *Mangrella.*

Interpretatio.] Adde Tiraquel. in l. si vnquàm. in libro. nu. 54. *de Bott.*

L. Tale pactum. §. *Pater.*

Vltimo loco.] Vide Doct. relatos per Cottam in ver. hæres suus, qui. Et Gul. Benedic. in repetit. cap. Raynutius. in ver. duas habens filias numero 211. *de Bottis.*

L. Si intra.

Pactum de liberando.] Adde Tiraq. de retrac. conuentio. in fine, numero 28. & 29. *de Bottis.*

L. Pactum.

Non valet Limita tribus modis per Claud. seisel. in l. vt vim. in 1. lectu. ff. de iustit. & iure, col. 1. *de Bottis.*

L. Emptor. §. *Lucius.*

Sibi præiudicat.] Vide Suarez in repetitio. fol. 563. nu. 6. & sequē. *de Bo.*

Clausula generalis.] Curt. iun. in cons. 101 *de Bottis.*

Verum sufficiat.] Vide Tiraquel. post leg. connub. nu. 6. fol. 127 *de Bottis.*

L. Epistola § *Si inter.*

Fructus debent imputari.] Vide Tiraq. de retrac. conuentio. in fine, numero 90. *de Bottis.*

L. Si conuenerit.

Ex causa potest vna pars contractus tolli.] Bal. hic dicit, quòd aut fit pactum per modum recedendi a contractu, aut ex alia causa, primo casu contractus resoluitur in totum. Item pœna stipulationis in contractu ad aliam partem non transfunditur. Dec. in regula, factum. de regul. iuris. numero 4. & cons. 414 numero. 7. sic etiam si in contractu, altero prose, & hæredibus interuenit ex altera, ad hæredes nō porrigitur, Capic. decis. 203. numero 1. Item assensus præstitur pro alio contrahentium, ad alterum non porrigitur, vt bona feudalia intelligantur obligata, Loffre. cons. 11. numero 5. & quæ posui in l. quicquid astringendæ. de verborum obligatio. & eodem titu. in l. Stichum §. stipulatio. Item pœna apposita ex altera parte in contractu emphyteutico ad alium non porrigitur Ias. in l. a. C. de iure emphyteutico. numero 141. & cogita si propter clausulam, pro quibus omnibus, & singulis obseruandis, partes ipsæ se obligauerunt, an ad alterum extendatur. Dec. cons. 512. numero 6. & quòd ad alterum non extendatur, Dec cons. 555. numero 4. *Mangrel.*

L. Ab emptione.

Venditor constituit.] Se emptoris nomine possidere. Aduerte, quòd est necesse probare vendentem tempore constituti possidere. Alexand. cons. 10. numero 2. libro. 4. & Dec. in cons. 247. numero 3. post Ias. in l. quoties. C. de rei vendicatio. Item communis opinio est contra Bart. quòd venditor per constitutum nō liberatur ab onere effectualis consignationis, seu rationis, Dec. cons. 281. præsertim si vltra constitutum promittit tradere vacuam possessionem, vt ibi subdit. Item si in instrumento antiquo sit constitutum, præsumitur constituentem possedisse, Dec. cons. 302. nu 9. & aduerte ad doctrinam Bart. hic. quæ dictat de constituto simplici, quia secus si cum precario, Capic. decis. 14. numero 15. vbi quòd constitutum libertat a corporali traditione, & ad consilium Ange. vide in l. quamuis de acquirenda possessione. §. si conductor. licet vxor constante matrimonio per constitutum non transferret possessionem rei dotalis, quia non possidet, Loffre. cons. 33. & per instrumentum non probatur aliquo modo traditio. posui in l. traditionibus. C. eod. ex Dec. in cons. 300. in fine. Item quando licebat ab emptione discedere, late Boer. decis. 48. & posui in l. 1. C. quando liceat ab emptione discedere. Item si consentiam dispositioni rei mihi donatæ, non dicitur donatio resoluta, nisi actus similis retro interueniat. Dec. cons. 254. numero 1. limita tamen vt ibi in fine. Item venditio perfecta non solum rescripto Principis non retractatur, sed nec etiam si reddatur pretium duplicatum. Dec cons. 358. tamen per retraditionem instrumenti inducitur distractus, posui in l. a. §. 1. supra eodem. *Mangrella.*

Quæro qualiter.] Vide per Tiraq. de leg. conub. in glosa 3. in princ. & numero 28. *de Bottis.*

Vltimo aduertas.] Vide Dec. consilio 302. numero 9. *de Bottis.*

L. Si tons.

Pactum principalis.] Vide ad materiam Tiraquel. de retrac. lign. §. 1. in glo. 18. numero 56. *de Bottis.*

Qui dederat fideiussorē.] Vide Hippol. I rubr. de fideiuss. nu. 212. *de Bot.* Vide singularem casum ab Hipol. de. Marsil. sing. 121. *Mangrel.*

De transactionibus *Rubr.*

L. Qui transigit.

Siue ergo res sit dubia.] Item etiam si partes in transactione asserant litem subesse, vel litis timorem, nisi re vera subsit, nō est transactio, Dec. late cons. 351. numero 2. & 3. Item deferens appellationē intelligitur transigere. Dec. cons 158. numero 6. Item clausula ad infrascriptam transationem cum pacto, quòd actus valeat omni meliori modo, quid operetur. Bart. in l. si causa cognita. in fine. C. de transactio. & ad primam dictum idem Dec. cons. 1. Item transactioni diu obseruatæ standum est, Dec. cons. 564. numero 15. Item similiter compromissum est transactio, Dec. cons. 630. in princ. & vide tractatum de compromissis. *Mangrella.*

L. Cum Aquiliana.

Obligationes tolluntur.] An autem si partes adinuicem promiserunt se ipsos quietare, intelligitur de omnibus. Afflic. decis. 319. & generalis quietatio quando trahatur ad incognita, Alexand cons. 42. vol. 1. & in generali quietatione non veniunt ea quæ possunt vendicari, Alexand cons. 46. numero 3. libro 1. & in simili si quis renūciauerit interesse. & vide Dec. in rub. C. de sententijs, quæ pro eo, numero 57. referent cōsilia Alexand contraria, ad quæ vide Soci. in reg. 150. numero 17. facit. quia nunquàm intelligitur quis contra se promittere. Soci. in l frater a fratre, notab. 12. vbi de eo, qui promittit accommodare turrim. Item in generali mandato non venit, vt quis soluat sibi ipsi. Bart. in l qui proprio. § duobus. infra, de procurator. Item in generali concessione non intelligitur contra concedentem, vel disponentem, Alexand. cons 149. numero 4. libro 2. & vide, quæ addidi in l. si seruus vetitus. de legat. 1. & in l. obligatione generali. infra, de pigno. Item creditor, qui non potest reddere instrumentum, admittitur liberando debitorem, Pau. in l. huiusmodi. § si ita, numero 2. de legat. 1. Item possum agere, vt me liberes, & instrumentum liberationis faciat. Bart. in l si quis fundum. §. si rem. infra locati. Item iuramentum facit trahi actum ad incognita de iure. Bauer. de virtute iuram. fol. 187. numero 29. *Mangrel.*

An possit.] Adde Salic. in l. sicut datam in fi. C. de liber. causa. Ias. in l. si decerta. C de transactio. & an quietatio generalis extendatur ad incognita. Vide Grammat. in decis. 103 numero 54. *de Bottis.*

Præmitto tamen.] Vide Corset. sing. 18. & omnino Curt. iun. in cons. 79. numero 2. & 3. *de Bottis.*

L. De his.

Transactio fit super dubio.] Et quòd transactio non visis verbis testamenti. non præiudicet Dec. cons. 203. in fine. Item soluens legatum, & adimplens voluntatem testatoris, & quilibet hæres post immistionem facti, præsumitur habere notitiam testamenti, Dec. cons. 387. numero 15. & 16. & addidi ad hunc in l. sed & si. infra de institutio. Item iuramentum validat transactionem propter formam huius l. Dec. cons 345. per totum Item nec compromissum extenditur ad litem ex testamento prouenientem, non visis verbis testamenti. posui in l. non distinguemus § de officio, infra de arbitris. & pro dicto cons. Dec 203 Soci late cons. 214. lib. . vbi late, quòd aliud est quærere, an possit renunciari beneficio istius legis, & aliud est quòd præsumatur error, & quòd deficiat consensus, & propterea inualidetur. Item clausula, inspectis, cognitisque uerbis testamenti, præiudicat etiam, quòd re uera non fuerit habita notitia, Cort. iun. in l. sub prætextu C. end. numero 10. Item si renuncietur omni legum auxilio, derogatur huic legi. Capic. decis. 159 numero 43. Item mulieri. in terminis huius leg. oportet uerba testamenti in uulgari declarari sermone, Loffe. cons. 26 numero 32 & uide, quæ notat Ripa in l. qui Romæ. §. duo fratres. numero 26. ubi in præcedentibus, quòd sufficiat intellexisse uerba testamenti, etiam non lecta, & quòd iuramentum excludat dispositionem huius l. Soci. cons. 214. numero 6 lib. 2. & numero 8 & quòd non excludat, quia hæc lex præsumit errorem, qui iuramento non excluditur, ad idem contra transactionem non obstantibus uerbis uniuersalibus, ex quibus uidetur habita notitia testamenti, Calcan. cons. 16. per totum. Item etiam compromissum, & laudum inde secutum ratificationem requirit, & scientiam uerborum testamenti, Dec. cons 630. numero 9. vbi quòd sufficiat scientia testamenti, licet non videantur tempore transactionis, & quòd iuramentum excludat beneficium huius legis, Bauer. de virt. fol. 188. numero 51. *Mangrella.*

Nunquid expresse.] Quid si interuenit iuramentum, vide Tiraquel. in l. si vnquàm in princip. numero 140. vbi etiam si interuenit renunciatio generalis omnium legum. auxilio. *Bottis.*

Quid si paciscentes.] Adde Guli. Bened. in c. Raynutius. i. ver. si absquè lib. fol. 82 nu. 120. cū seq. vbi quid i sententia, & i laudo. *de Bottis.*

L. Cum

L. Cum hi.

Renuntiari.] De veritate vide omnino Dec. in conf. 145 per totum, & Gul. Bened. in cap. Raynutius in ver. si absque lib. fol. 83. num. 134. *de Bottis.*

§. *Eam transactionem.*

Si ecclesia.] Tiraq. de leg. connub. in gl. 5. num. 56. cum seq. de *Bottis.*

§ *Vult igitur.*

Causa cognita.] Vide Bertachi. in trac. de Episcope. in 1. par. nu 9. & ibi qualiter sit probanda causæ cognitio. de *Bottis.*

§. *Si uni.*

Quod plures emphiteuta.] Vide Alex. in consil. 288. incip. viso. 1 vol. in 3. col. quem secutus est Hip. Marsil. in sing. suo 28. sed an possit inuito domino, vel inscio ipsam rem emphyteuticam dare filiæ suæ, vel filio suo in dotem illi, & in donatione propter nuptias isti, dic quod sic, vide eundem Mars. in sing. suis 443. incip. postquam. Vide eundẽ ie sing. 411. 495. Lud. Rom. sing 610. 469. Tiraq in tract. retrac. §. 1. gl. 7. num. 413. Affl. in decis. sua 153. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. vbi Maria. Soci. *Mangrel.*

§. *Transactionibus.*

Ad æternam rei memoriam.] Vide Cotta in verbo, iudex causæ. *de Bot.*

L. Qui cum tutoribus.

Transactio non porrigitur.] Remittens omne ius, an sub ista generali remissione veniat dolus præteritus, vel futurus, Dec. in reg. cõtractus. vbi ad plenum, nume. 40. Item si alicui est remissa liberatio omnium rerum, quod non reddat rationem, & onus alicuius administrationis, non videtur remissus dolus, nec assignatio reliquorum, Paris. de sind. in verbo, electio officialium. numero 121. Item officialium si sit remissus sindicatus, non videtur remissus dolus. Paris. in dicto loco, Boer. decis. 147. vide quæ posui in l. qui Romæ. §. duo fratres. *Mang.*

L. Nulli.

Licet prælati.] Vide Capic. in decis. 156. nu. 15. Tiraq. de retrac. lig. §. 1. in glo. 14. nu. 60. cum plurib. seq. *de Bottis.*

L. Controuersia.

Facta transactione.] Adde Dec. conf 343. colum. 3. in primo. *de Bottis.*
Legata, q. æ.] Adde Gul. Bened. in c. Raynutius. in ver. testamentum, il tertio, nu. 72. de testa. *de Bottis.*

L. Qui fidem.

Exceptio potest obijci.] Aduerte, quod si non esset dicta clausula, rato manente pacto, pœna succedit loco rei principaliter debitæ, Alex. in l. cum proponas, nume. 5. C. de pact. post Bar. in l. petens. C. eod. Itẽ talis clausula solum in fauorem obseruantis operatur. Abb. in c. cum pater, numer. 12. de electio. & posui in l. quamuis. infra de pigneratitia actione. Item de consimili clausula, quod pœna toties committatur, Bar. in l. si duo. §. fi. infra de arbitris. *Mangrel.*

De postulando. *Rubrica.*

L. Hunc titulum. §. *Postulare.*

D[ecer]e.] Adde Dec. in l. lecta, nume. 5. ff. de postulando. *de Bottis.*

§. *Remouet.*

Bestia.] [Vi]de Boer. in addit. ad Dynum in proœmio tit. de reg. iur. fol. 3. lite. a. & ibi quid in asino, an dicatur bestia. *de Bottis.*

§. *De quare.*

Populus li[bere]] Nota, quod ciuitas non recognoscent superiorem, videtur tene[re l]ocum Principis, adde Dec. in cons 403. numero 2. *de Bot.*

L. Qui eorum. §. *Affinitatis.*

Pronurus.] V[ide] Ias. in l. emancipata, in pe. col. C. qui admitti ad bon. possess. & in [...] t. nu. 56. Iosti. de actio. *de Bottis.*
Intelligi de affin[itat]e durante.] Idem obseruatur hodie in Regno, in prædicti magnæ C[uriæ] Neapolitanæ, vt testatur Maran. in suo Specul. in secunda parte, in tractatu compromissi, post Bal. & Cast. nume. 34. *Mangr.*

L. Imperator.

Prohibitum ad tempus.] Adde similiter, quod emphyteusis concessa ad tempus. post prohibita censetur, consilio Dec. 328. Item excommunicatus a Papa ad tempus non videtur absolutus, nisi petat absolui. Apostilla ad Abb. in capitulo. excommunicari, numero 19. in litera c. de rescript. Aduerte tamen, quod post tempus non censetur sublatum impedimẽtum aliud, quod postea subesse potest, posui ad Bart. in l. 1. colum. 2. supra de offi. eius. ad apostillam alleg. vide Fel. idem tenentem in cap. veniẽs. il secondo, nume. 27. de testibus. Itẽ bannitus ad tempus, eo elapso reuertitur sine licentia. Dec. cons 445 colum. 2. concord. l. 1. C. de his, qui in exil. libro 10. vbi, quod non recuperat officium, quod interim est amissum, nec lecturam publicam, ibi ita Lucas de Penna, & vide quæ dicit Aret. cons. 121. in fine. Item si testator prohibet filios vendere, nisi compleuerint viginti quinque annos non propterea postea alienabunt, si per aliud fideicommissum insurgit alia prohibitio. Dec. cons. 186. & cons. 238. num. 6 concessũ ad tempus, post prohibitũ censentur, Soci. cõs. 19. numero 1. libro 2. vbi etiam, quod concessum in vita nõ licebit etiã in morte, & de electione prioris in mense Ianuarij, Abbas cons. 93. lib. 1. *Mangrel.*

De ijs, qui notantur infamia.

Rubrica.

L. Prætoris.

F*Ama bona.*] Condemnatus ad pœnam furti, efficitur infamis, tamẽ iudex ex causa potest infamiam reseruare, Boer. decis. 64. posui in l. 1. C. de senten. passis. *Mangrella.*

L. Quod ait prætor. §. *Exercitum.*

Mitior.] Nota, quod vbi versatur publica vtilitas, fit extẽsio. Adde Capic. in decis. 155. nu. 23. 24. *de Bot.*

§. *Ait Prætor.*

Quærit glo. de istis loculatoribus] Contra mascaras, Luc. a Penna l. 1. C. de maiuma lib. 10. qui allegat Deuteronomium. *Mangrella.*

L. Athletas. §. *Item si quis.*

Pace.] An autem possit peti promissum pro habendo remissionem, Conar. in lib. 2. varia. resolut. cap. 10 nume. 6. versic. secundum, tenet quod sic. *de Bott.*

L. Quoniam.

Videtur fateri, qui paciscitur.] Nam data Pecunia videtur fateri delictũ. Affl. in constit. Regni, citatur pars, nu. 3. *Mangrella.*
Confessio extra iudicium facit indicium.] Nota, quod confessio extra iudicium, facit indicium ad torturam, sed fallit, quando idem reuocabit suam confessionem extraiudicialem & sic impeditur tormentum. notat h. nc Bal. cautelam in l. vnica. in penul colum. C. de cõfes. & post eum H. p. de Marsi. in sing. 310. & vide etiam in sing. 329. Lud. Rom. in sing. 508. ver. 4. *Mangrel.*

L. Furti. §. *Qui iussu.*

Glo. hic determinat, quod iudex non potest iubere transigere.] Adde Affli. decis. 149. *Mangrel.*
Iudex non potest cogere.] Limita secus esse in Principe, quia potest ad prædicta partes cogere, vt per Iacobi. in verbo, Princept. versi. sed an Princept, nu. 7. *de Bottis.*

L. Genero.

Ignorantiam] Ad materiam huius legis, & no. hic per Bar. vide Tiraq. de retrac lig §. 35. gl. 4. per totam *de Bottis.*
Adde Affl. in const. homines, in princ. *Mangrel.*
Allegatur ignorantia.] Adde Doct. relatos per Pet. Duenas in regula 78. *de Bottis.*
Teneo, quod tempus.] Adde idem in tempore apposito in conditione, sub qua quis fuit hæres institutus. vel sibi legatum relictum, vt est tex. in l. si quis in grau. § fin. ff. ad Sillanianum quem dicit ad hoc sing. Rom. cons. 409. & adde Bal. in l. 1. quæstio 9. C. de institutio. & substitut. *de Bottis.*

L. Quid ergo. §. *Ex compromisso.*

Sententia arbitri.] Adde Dec. cons. 11. nu. 2. *de Bottis.*

§. *Pœna grauior.*

Si pœna corporalis.] Infamia non notatur reus, sic & dominus rei furtatæ ducendo furem ad iudicem in periculum pœnæ inferendæ, licet pœna non inferatur, videtur tamen cum furi dispensasse, vt simplo contentus sit, l. interdum. §. qui furem. infra de furtis. Item si iudex habet electionem imponendi pœnam criminalem, & pecuniariam, pecuniam imponere debet. Item si per statutum habet iurisdictionem imponẽdi pœnã. debet tñ imponere pœnã a iure traditã de cõsuetudine apponi. Par. de sind. in ver. an si p statutũ. fol. 237. Itẽ in

Bart. super j. ff. Vet. *** 4 murijs

ininhjs offendenti illatis, mitigatur pœna. Pau. de Cast. cons.277. Item in quibus casibus potest iudex pœnam alleuiare. Par. in verbo, quot sunt fol.231. Item ad pœnam ordinariam tenetur impubes, tamen mitigatur pœna Boer. decis. 254. & posui in l. s. infra. de sicarijs. Item iudex potest minorare pęnam ordinariam, & si minorauerit, an alter iudex possit augere? Boer. decis. 289. Item index potest pœnam pecuniariam debitam remittere, non illam quę debetur parti, nec corporalem. Boer. decis. 349. *Mangr.*

Si pęna corporalis.] De causis ex quibus iudex potest minorare pœnam, vide Grammat. in decis. 33. *de Bottis.*

Potest imponi vtraque pęna] Vide Affl. in constit. si quis aliquem. *Man.*

Conclusio partis.] Vide Aret. in l. improbum. C. eod. & pulchrè per Cagnol. in l. si quis maior. C. de transactio. nume. 117. vbi tradit causas minuendi pœnam, & vide Par. de sindic. in verbo, pęnam versi licet dicatur, nume. 4. & in verbo, quot sunt. Et Innu. in cap. t. de constitutio. Item quando receditur a communi regula, oportet exprimi, & proban causa. Dec. consi. 349. nume. 2. Item quando proceditur ad accusationem, non potest pœna minorari, Hippol. in practica, in §. cōstante, numero 84. & quod possit ex causa augeri, vel minui pęna, Hip. sing. 182. Item confitenti minoratur pœna, Arnald. in cap. quoniam. fol. 143. nu. 9. de hæreti. in 6. Item in omnibus causis, in quibus receditur a principali pœna capitali, non imponitur minor pœna corporalis, sed pecuniaria, Hip. in § quoniam, in pract nu. 95. Itē si quis bene seruiuerit Regi, vel Principi, vel Reipub. est iusta causa remittendi pœnam, Glo. in §. sed quod Principi. Instit. de iure natur. vbi Ange. Item officialis monens pœnam sine causa, incurrit infamiam, Hip. sing. . . fol. 3. & ille, qui caecatos consanguineos veneno occauit, ne suspenderetur, & ignominiam paterentur, mitius punitur. Belusius in pract. fol 246. numero 137. Iustus dolor est causa imminuendi pęnam, posui in l. si adulterium. §. Imperatores, infra de adulter. vbi de puocatio. Rex Carolus primus fecit suspēdi iudicem, qui mutilauit suspendum Iern. in cap. 1. § & bona committentium crimen læsæ maiestatis, adde Aret consil. 103. & Bologni. in consil. 37. col. 6. & quando augetur, vel minuitur pœna, Affl. in proœm. const. nu. 12. *Mangrel.*

L. Lucius Titius.

Si fides attestationibus non est habita, non quia testes falsum dixerint, testes non infamantur.] Quando periurus efficiatur infamis, Ias in l. si duo patroni. §. si qs iurauerit infra de iureiu. Hip. singul. 108. *Mang*

Tu magis scire debes. Vide Gramat. in decis. 34. nume. 45. & decis 103 numero 20. & Didarum Couat. in libro primo variarum resolutio. fol. 12. nom. 7. vbi declarat, hoc procedere, quando ista præsumptio constat iudici, vt iudici. *de Bottis.*

Hoc tamen consulo.] Adde Doct. relatos per Hip in sing t 14. *de Bottis.*

26 a Cy.C.de sum.Trin.l.j.& C.eo.l.j.& Spec.in rit.de ꝯsti. Tu dic, ꝙ aut circa delicta, & tunc aut illud quod cõmissum est in hac ciuitate, erat alias delictũ de iure cõi, & punit ſm statuta & consuetudinẽ huiꝰ ciuitatis, vt C.vbi de crim.agi opor.auth.qua in prouincia.ℨ.de extraord.crimi.l.sacularij. Et hoc tenent Dy.ℨ.de accus.l.si cui.§.fi.Ia.de Are.& oẽs. Nec ob.l.j.C.vbi sena.vel clari.quia rñde vt ibi no.p Cy. Aut non erat delictum de iure cõi, & tũc aut ille forensis ibi tantã moram ꝯsit, quod verisimilr̃ deberet scire, & tunc idẽ. Pro hoc C.vbi de crim.agi opor.l.2.& idẽ ibi no.i vlt. gl. Aut non ꝯsit ibi tantã morã, & tunc aut illud erat cõiter p oẽs ciuitates, seu p totã prouinciã prohibitum, vt puta ne extrahatur † frumẽtum de territorio, † qđ est cõiter prohibitũ p totam Italiã, & isto casu nõ licet ignorantiam allegare ad totalẽ excusationẽ, vt ℨ.de pub.& vect.& cõm.l.fi.§.licet. Aut non est totaliter sic ꝓhibitum, & tenet, nisi fuerit sciens, vt l.fin.ℨ.de decre.ab ordi.fac.

27 Sed q̃ro, † quid in ꝯctib. dic latius q̃ Doct. Aut q̃ris de statuto vel ꝯsuetudine, quæ respiciunt ipsius ꝯctus ordinationẽ, aut de his q̃ ptinent ad ius, ex ipso ꝯctu oriẽs. Primo casu inspicit̃ locus ꝯctus, vt l.si fundus.ℨ.de euic.arg.C.quẽad.test.ape.l.2. Secũdo casu, aut quæris de his quæ ptinet ad litis ordinationẽ, & inspicit̃ locus iudicij, vt ℨ.de test.l.3.in fi. Aut de his q̃ ptinẽt ad decisionẽ, & tũc aut de his q̃ oriunt̃ ſm ipsius nãm, aut de his quæ oriunt̃ ex post facto pp negligentiam, seu morã. Primo casu inspicit̃ locus ꝯctꝰ, vbi est celebratus, nõ locus in quẽ collata est solo, ſm l.ꝯraxiste.ℨ.de act.& obl.in hoc ꝯsenuit gl.& Dy. fallit in dote, vt l.exigere.inf.de iud.p rõnẽ positã in tex. Secundo casu inspicit̃ cõsuetudo loci, in quem collata erat solo, vt inf.si cer.pet.l.vinũ.vt ℨ.de tritica.l.fin. Rõ patet, qa ibi vr̃ esse ꝯcta negligentia seu mora, & ista faciũt ad multa. Primo, si diuersa est ꝯsuetudo lucri dotalis in ciuitate viri, & diuersa in ciuitate vxoris, ꝙ inspiciat̃ ciuitas viri, per d.l.exigere, & rõnem ibi positã. Item in ciuitate ista est statutũ, ꝙ q nõ petit debitum per x. ann. cadat a iure suo. Modo Florẽtinus mutuauit mihi centum reddenda sibi in hac ciuitate, tacuit per x.ann. p̃scribet̃ ꝯctus, qa vr̃ hic ꝯcta negligentia: & iõ ꝯsuetudo huius ciuitatis inspiciat.

28 Itẽ q̃ro, † quid in testis. Pone, ꝯsuetudo est Venetijs, ꝙ valeat testm̃ coram trib.testib. mõ qdam mercator aduena ibi fecit testm̃ corã trib. an valeat? Primo vidẽdum est, an valeat cõsuetudo. Iac.de Are. disputauit hanc q̃õnem, & declarauit sic. Aut ista cõsuetudo est expresse reprobata, cũ ad minus debeãt esse quinq; testes in loco, vbi nõ est legũ peritia, vt C.đ test.l.fi. Præterea ista ꝯsuetudo vr̃ nulla & temeraria. Nã pp timorẽ falsitatis est inuentũ, vt septem sint testes, vt C.de testa.l.iubemus.C.de fideic.l.fi. Sed ex tali obseruantia talis consuetudinis falsitas facilr̃ poterit perpetrari, vt C.dẽ indic.vidui.l.2.in fi.ℨ.de eden.l.j.§.diẽ. & male inuentæ cõsuetudines, non sunt seruandę, vt in Auth. ut nulli iud.§.1. Aut talis ꝯsuetudo est de consensu Principis, & ualet, qa vr̃ hoc induxisse, eo ꝙ patitur, vt inf.de his qui sui.vel al.l. qđ ergo.§.j.ℨ.loc.l.cum in p̃es §.locator.ℨ.de exercit.l.j.§.magistrũ. & constat Principẽ indulgere ea spãli priuilegio potuisse, vt C.de test.l.si nõ spãli. Et ea tali ꝯsuetudine inducit̃ priuilegiũ, vt 9.q.3. c.cõquestus, & 63.dist.c.mos antiquus. Et ita credo ꝙ statutum, & ꝯsuetudo valeat ẽt Pr̃cipe ignorãte. Nã ad hoc, vt ualeat testm̃ factũ in scriptis, requirit̃ publicatio, vt C.de test.l.publicati.ℨ.quẽ ad.test ape.l.sed si quis ex signatorib.& ibi no. Sed ista solennitas publicationis p statuta, & cõsuetudines minuit̃, & mutat̃, eadem rõne solẽnitas testiũ.C.quemad.test.ape.l.3.& ibi vr̃ casus. Non ob l.vlt.C.de test quia ibi consuetudo limitatur, futura aũt nõ ꝓhibetur. Et istud vr̃ ibi sentire Cy.& in l.dudum.de ꝯh.empt. Nec ob.qđ dr̃, qđ est temeraria, & mala cõsuetudo, quia imo bona, ne pereant vltimæ voluntates, cum in ciuitate Venetiarũ, pp occupationes mercantiarum, fere non possint haberi testes. Idẽ i alijs ciuitatibus pp multas causas, quas ibi ipsi ciues cognoscunt, sicut dicimus in militib.& in patre inter liberos. Secundo est vidẽdũ,

29 † an talis consuetudo trahatur ad forenses. Ia.de Are. determinauit ꝙ non, p l.si non spãli.C.de test.& ℨ.de iu.fis.l.sed si accepto. Præterea licet cõcessum sit rusticis, vt possint facere testamentũ coram quinque testib. tñ ciuib. illuc euntibus, hoc non conceditur, ar.inf.de iu.cod.l.conficiuntur.§.1. Præterea statuta dicuntur ius proprium ciuitatis, vt s.de iust.& iu.l.omnes populi, ergo nõ porrigunt̃ ad extraneos. Mihi aũt sic vr̃. Aut statutum loqt̃ limitate inter ꝑsonas ciuium, & non porrigitur ad forenses. ita intelligo l.fi.C.de testa. coniuncta l.conficiuntur.§.j. ibi.n. concedit̃ spãlr̃ rusticanis, & sic limitate. Et rõnes quæ ponunt̃ in princ. legis, nõ hñt locum in ciue. Et posito, ꝙ esset eadẽ rõ in ciue ruri habitante, esset dubiũ, & cũ ex identitate rationis non inducat̃ correctio iuris, vt no.C.de sacrosf.eccl.auth.quas actiones. Aut loquitur statutum simplr̃ & idefinite, & porrigit̃ ad forenses ibi testantes, ar.d.l.2.C.quemad.test.aper. Præterea circa ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, statutũ ciuitatis ꝯprehẽdit forẽses, vt l.j.C.de emãn.li. Pro hoc optime facit de mil.test.l.fi. Pręterea ita est in ꝯctib.l.si fundus.if.de eui.& s.dictũ est. ergo, &c. cũ at de ꝯctib ad vltimas voluntates ꝓcedat.l.seruũ filij §.cũ q.if de leg.j. Nec ob.l.si ñ ipãli, qa eã intelligo ſm p̃dictã distinctionẽ. Nec ob.l.sed si accepto, in fin. qa ibi loqtur in obsidib. q non sunt ciues Romani, nec hñt testamẽti factionẽ, vt l.obsides.inf.de tes.& iõ oportet ꝙ accepto vsu rogę, habeant̃ vt ciues Romani, vt eorũ testm̃ valeat. Sed i q. ille q est ciuis Romanus, in oĩ solo Romano p̃t testari ſm ꝯsuetudinẽ locorũ, vt dictũ est: an valeat tale testm̃, & extendat̃ ad bona alibi posita inf.dicã. Vlterius q̃rit, qd i alijs, q̃ nõ sunt delicta, nec ꝯctus, nec vltimę voluntates? Pone, ꝙ forẽsis habeat domũ hic, & est q. an possit altius leuare? Br̃ cũ est q. de aliquo iure descendẽte ex re ipsa, seruat̃ ꝯsuetudo loci, vbi est res.l.an in totũ.C.de ędi.pri. Et sic intelligit̃ l.venditor.§.si constat.inf.cõm.p̃di. Quæro ẽt,

30 † vtrũ ista statuta & consuetudines sęculariũ ligẽt clericos, & debeant seruari in curia epi? Et vr̃ ꝙ non, ex l.de consit c. q̃ in ecclesiarũ.& c. Ecclesia S. Mariæ. qđ tenet Cy.C.q̃ sit lon.cõsue.l.2.circa fi. In hoc puncto libẽter audirẽ Doc. Mod. iuris Canonici. Mihi vr̃ tñ sic dicẽdum, ꝙ nos habemus auth.cassa.C.đ sacrosf.eccl. ex cuius intellectu ista mã declarabitur. Dicit.n. ꝙ non valeãt statuta laicorum ꝯ libertatẽ ecclesiarũ.& earũ personas. A ꝯrio sensu innuit, ꝙ ea q̃ non sunt ꝯ libertatẽ ecclesię.i.q̃ non sunt ꝯ priuilegia ecclesiæ, & clericis cõcessa a Papa vel Imperatore, valeant, vt plene no.p Inn.ext.de sent.excõ.c.nouerit.uer.sed si quis. Hoc pręmisso, sic dist. Aut statuta sunt facta directe super clericis, & rebus ecclesiasticis, & non ualent, qa non pertinent ad iurisdõnem condentis, ut ext.de consiit.c.cum ecclesia S.Marię. Aut statuta sunt facta simpliciter, & si redundant ꝯ ea q̃ cõcessa sunt ecclesię, & clericis in priuilegium, nõ ualent tanq̃ ꝯ libertatem, ut i auth. cassa, & c.nouerit. Aut ꝯ ea, quæ competunt ecclesiis, uel clericis, non in priuilegiũ, sed ut cuilibet, & tunc ligãt clericos, & sunt seruanda ẽt in foro epi, si tñ sint honesta, ut ext.de eo q mit.in poss.cã rei ser.c.cũ uenissent.& no.per gl.ℨ.de postu.l.ex ea, in fi. Subijcio exẽpla. Cauetur statuto huius ciuitatis, ꝙ nisi testã insinuentur coram iudice, non ualeãt: modo quidam clericus fecit testm̃ nõ insinuatum,

ADDITIONES.

a Tu dic quod. Vide Præpositum in c. quæ contra. S. dist.

Pro intellectu l.sed si accepto.ff.de iure fisci.

Claud. Frumentum de territorio. Sed si extante dicto statuto, vel de consuetudine daretur licentia extrahendi, quanto tpe durabit. vide Bart. in l.vni.de tract.& stati.lib.11.C.ver.no.ex hac lege.

insinuatũ, an valeat? Sic dico. Aut ĩ illo testõ ꝯtinẽt legata ad pias cãs, & q̃tũ ad ea, talis dispõ nõ infirmat, qa ꝯcessum est in priuilegiũ, vt valeat ẽt cũ duob. testib. vt ext. de test. c. relatũ. Quantũ vero ad alia nõ valet, qa clericis ex priuilegio non est ꝯcessum posse facere testm̃, sed ipsi pñt ipso iure, quo pñt alii hoẽs, & statutũ, seu ꝯsuetudo est honesta, vt obuiet fraudib. Mõ videam⁹, † quos liget ꝯsuetudo locorũ. Circa q̃ est sciendũ, q̃ q̃dã sunt prohibitiua rõne pęnę, q̃dã pmissiua, q̃dã punitiua. Circa primũ dic. Aut statuta sunt ꝓhibitiua respũ solẽnitatis, vt puta, nõ posset qs facere testm̃, vel instr̃m, nisi sunt duo notarij, & siĩa. & tũc subiectos nõ ligat extra territoriũ, qa in solẽnitate actus, sẽp dẽt inspici loc⁹ vbi agit, vt s. dictũ est. Aut est prohibitiuũ in rẽ. i. respũ rei, vt puta ꝓhibet rẽ alienare, & tũc si ꝯctus fiat extra territoriũ, talis alienatio nõ valet: qa talis prohibitio legis tũc afficit rẽ, q̃ est in eius territorio, vt no. in l. ea l. C. de ꝯd. ob cau. Aut prohibitio respicit psonã, seu actũ psonæ, vt qd minor 20. ann. nõ possit facere testm̃, vel vt nõ possit legare vxori, & siĩa: & tũc credo, q̃ homo illius ciuitatis, ẽt extra territoriũ, non possit facere testm̃, vel similẽ actum: quia video, q̃ in eo cui a iudice suo est bonis interdictũ gñaliter, illa interdictio extendit effectũ suũ vbique, vt ĩ. de verb. ob. l. is cui bonis. ĩ. de test. l. is cui. & de cura. furio. l. Iulianus. Eadem ratione illa interdictio specialis. Et ista ęquiparatio interdictionis specialis, & generalis probatur inf. de const. prin. l. 1.

L E X XXXII.

Diuturna. Lõga ꝯsuetudo hẽt vim legis, maxime si ĩ ꝯdictorio iudicio sit opposita: & sumit vigorẽ ex tacita populi ꝯuẽtione, & nõ est necesse, q̃ redigat ĩ scriptis, & l. interpretat, cũ de legis ĩtellectu dubitat, & oĩa ꝑdicta obtinẽt, nisi ꝯsuetudo sit erronea. h. d. vsq; ad l. ergo. Et vide glossel. q̃ inc. s. 10. vel 20 ann. qa est tps lõgũ, sm Pet. q̃ dixi ĩ l. de qb. & q̃ dicit l. sed ea. ibi, plurimos. nõ intelligas, q̃ sint pauciores 10. ann. Et no. tex. ĩ d. l. sed ea. ibi, tacita ciuiũ ꝯuentione, &c. & hoc, qd dicit in l. imo hoc ius. s. nõ scriptũ, vt dixi s. in l. de qb. Et quot modis sumat interptatio, vide gl. bo. in l. 2. §. deinde. s. de orig. iur. Itẽ no. tex. in l. si de interpreta. ibi q̃ est optima legũ interpres. & no ex hac l. q̃ dixi † in l. de qb. & ad esse ꝯsuetudinis, requiritur diuturnitas tpis, & ꝯsuetudo firmat ĩ ꝯdictorio iudicio obtẽto, nõ tñ ẽ necesse, qa ẽt sine iudicio ꝯsuetudo induciẽ, vt dixi in l. de qb. Et ponit exẽplũ ĩ gl. j. C. q̃ sit lõ. ꝯsue. Itẽ differt a statuto, qa statutũ induciẽ ab expsso ꝯsensu populi: hic ex tacito. Itẽ no. q̃ cũ dubitat de legis intellectu, recurrit ad ꝯsuetudine, q̃ si nõ appareat, recurret ad siĩa, vt l. nõ pñt. & ibi no. s. e. Itẽ no. q̃ q̃dã est interpretatio necessaria, & ꝓbabilis, vt in Principis interpretatione. Quædã necessaria tñ, q̃dã ꝓbabilis tñ. De quo p glo. & Doc. in d. l. si de interpretatione. Itẽ no. in tex. l. q̃ nõ rõne. q̃ erronea consuetudo, nõ trahitur ad ꝯsequentiã. b Hic ponit glo. exemplũ in eo, qui duxit plaustrum quæ consuetudo est Bononię per errorem introducta, vt hic.

ADDITIONES.

Paris. No. tex. in l. si de interpretatione. ibi. Itẽ vide, q̃ hẽs ad Bar. ĩ. eo. in l. neq;. Claud. Quod dixi. Intellige secundum quod declarat Are. consi. 115. in prin. Ad consequentiam. No. gl. in l. j. C. quę sit lon. consue. ubi plene per Sal. & p Cy. in l. 2. eo. tit. in ver. 4. quæritur circa hoc. & ibi Bal. post glo. per Ant. in c. fi. de cõsue. per Bal. post gl. in l. de quibus. sup. eo.

L E X XXXIX

Ergo. Hæc lex continuatur in gl. In tex. ibi, consensus, scilicet expressus.

L E X XL.

Totum autem. In tex ibi, alienet. De ista alienatione vide in l. a. C. de fun. dot.

De constitutionibus Principum.

L E X PRIMA.

Principis interlocutio redacta in corpore iuris, habet vim legis.
Priuilegiũ cõcessũ psonæ, quãdo egreditur personã, et ad hæredes trãseat.
Rescriptũ contra ius diuinum, vel naturale, quando valeat.
Rescriptum contra ius gentium, quando valeat.
Princeps contra ius ciuile, quando rescribat, remissiue.

QVod Principi. a Lex ista diuidiẽ ĩ quatuor ptes. In prima ponit dictũ. In 2. rõ dicti. In 3. ponit q̃dã illatio. In 4 ponit quoddã exẽplũ. Secũda ibi, vt pote. Tertia ibi, qdcũq;. Quarta ibi, plane. Et in summa hoc intẽdit. Principũ placita aĩo ius condendi facta, hñt vim legis gñalis: nisi sint facta ad certas personas qa tũc psonas nõ egrediunt. h. d. vsq; ad fi. In tex. ibi, placuit. i. aĩo legẽ ꝯdẽdi. Op. ad hãc l. Dr̃ hic, q̃ Princeps interloquit, q̃ est ꝯ l. 3. in fi. C. de legi. Sol. Dicit glo. interlocutio Principis nõ hr̃ pro l. gñali. vt in ꝯrio, nisi hoc expresse dicat, vt hic. Op. ad sol. istã, de l. metũ. §. sed q̃ prætor. in fi. q̃ met. cau. Sol. † Aut principis interlocutio est redacta in corpore iuris, aut nõ. Primo casu obseruatur pro l. gñali, vt in ꝯrio: scđo casu nõ, vt dixi. Et circa hoc dic, vt plene no. per Cy. in d. l. leges. Op. iterũ, dr̃ hic, † q̃ priuilegiũ psonale nõ egredit psonã, ꝯ l. j. & quasi p totũ. ĩ. q̃ quisq; iuris. Sol. Aut priuilegiũ est ꝯcessum ad postulationẽ alicuius, aut nõ. Primo casu personã egrediẽ, vt in ꝯrio. Secundo casu non, vt hic. Opp. ad hoc de l. fi. C. de fruc. & lit. expen. Sol. ibi cõtingit propter æqualitatẽ iudiciorũ seruandã, vt ibi notari solet. Opp. dr̃ hic, q̃ priuilegium personale personã non egreditur. ꝯ l. 1. in fi. de iu. immu. Solu. Ibi fuit concessum priuilegiũ sub noĩe posterorũ, vt ibi, posterisque datæ. Vnde nõ mirũ si personã egrediẽ, vt in ꝯrio. Op. ad hãc sol. de l. 3. de censi. & l. sordidorum. C. de excu. mu. li. 10. Sol. Aut priuilegiũ ꝯceditur psonę, & hẽt locũ id quod dixi. Aut ꝯcediẽ rei, & tunc ad quemcunque res transeat, transit priuilegium, vt in ꝯrio. Op. ad hãc solutionẽ, & vr̃ quod ẽt si priuilegium ꝯcedat personę q̃ personã egrediat, vt ĩ. de in integ. rest. l. nõ solũ. ĩ. de mino. l. minor. §. fi. Sol. sm Dy. qñq; psona est cã immediata priuilegium ꝯcedendi, & tunc personale priuilegium nõ egreditur personã, vt hic. qñq; persona non est cã immadiata, sed mediata, vt in minore: quia proxima cã restõnis est læsio, vt ĩ. de iureiu. l. nam & postea. §. si minor. & isto casu priuilegiũ transit in hæredem, b vt d. l. minor. & l. non solũ. Ista sol. Dy. reprehendiẽ per Doc. quosdã. nã qñcunq; hẽmus cãm remotã, & proximã, inspicimus remotam magis quam proximã, vt in vsucapione, cuius cã proxima, est dominiũ, & tñ magis inspicitur possessio, q̃ est remota: vtrũ sit iust⁹ tit. vel non, vel vtrũ possessio sit continuata, vel non, quia sine ea vsucapio non procedit, vt ĩ. de vsu. l. sine possessione, & c. 3. de reg. iur. li. 6. Vnde dñr ipsi, q̃ qñq; priuilegiũ ꝯcediẽ personæ qñq; rei, qñq; loco, vel ciuitati, qñque gñi, vel posteris. Primo casu, sm Vltramon. aut quæritur de priuilegio concesso à l. scripta, aut de priuilegio concesso a Principe viuo. Primo casu, aut priuilegiũ est concessum inspecta naturali, & sufficienti rõne, vt in restitutione minori ꝓp naturalem rõnem, & læsionem, & tunc priuilegium cõcessum personæ, egrediẽ psonã, & trãsfert in hr̃dem, c vt l. non.

ADDITIONES.

a Paris. Quod Principi. Adde circa istã materiã, q̃ constitutio Principis est fortior q̃ lex. Vide Barb. in consi. j. in j. par. vt hic, vide Bar. de nouo Cod. cõpo. in fi.

* Menoch. Duaren. lib. 2. disput. c. 19. Eman. Soar. lib. 1. obseru. c. 37. Coras. lib. 6. Miscella. ca. 8.

b In hæredem. Quid in priuilegio ciuitatis. Bar. relinquit cogitãdũ in l. assumptio §. filius. ad municip. Sed ipse decidit in l libertus. §. patria. ver. simile in hac. eo. tit. Et vide quod ibi dixi. Et vide Bar. tangentem in l. 1. C. de patr. qui fi. distr.

c Transfertur in hæredẽ. An priuilegiũ transeat in hæredẽ. p Cy. notat in l. fi. & ibi Ang. ĩ. eo. Vide late Bar. & q̃ no. ibi in l. qa tale. ĩ. sol. mat. Sed Bal. ibi in hac materia cõsiderat quatuor modos pricipales, quos vide ibi p eũ. Sed Io. And. aliu⁹ exordiẽdo dicit, q̃ tu potes sic cõcludere, q̃ aut priuilegiũ conceditur vniuersitati, vel loco, & tunc transit ad successorẽ, q̃ a eadem vr̃ vniuersitas, licet hoĩes remouẽantur, vt no. Bar. & gl. in l. sordidorum per illum tex. C. de excu. mu. li. 10. aut cõcessum ẽ rei, & tũc similiter transit ad quẽcunq; transit res, l. ætatem. inf. de censi & l. si aquæductus, inf. de contrahen. emp. Facit, q̃ no. in c. ex literis. de pig. aut fuit cõcessum psonæ, & tũc aut concedit beneficiũ, & similiter intelligitur cõcessio realis, vt transeat ad hæredẽ, arg. l. fi. inf. e. q̃ sp intelligas, nisi natura rei aliud inducat, arg. in l. stipulatio ista. §. si quis ita. de verb. ob. Aut conceditur priuilegiũ, q̃ est proprie contra ius cõe. 3. dis. c. priuilegia. & facit, qd no. p gl. in l. qd fauore. C. de legi. & Io. And. in c. olim. de ver. sig. tũc sm gl. in dubio sñr intelligitur cõcessio realis, vt no. gl. in l. forma. §. q̃ q̃. inf. de censi. & idẽ gl. 5. q. 2. in sum. Sed contrariũ voluit gl. in d. c. cũ venissent. & illud vr̃ verius per tex. in d. l. qa tale. & l. priuilegia. de reg. iu. Qd est clarũ, si priuilegium inducit exceptionẽ dilatoriã, vt voluit Bar. in l. qa tale Si aũt inducit exceptionem peremptoriam, tunc scđm Bar. in dubio transit ad hr̃dem. p l. nõ solũ. de resti. in integr. & in l. ẽt C. ad Velleia. Si aũt sit dubiũ, an voluerit inducere exceptionem perẽptoriã, vel dilatoriã; potes dicere, licet Bar. non tangat, q̃ si versat priuilegiũ circa vnũ debitũ particulare, tunc videat inducere dilatoriam. Sic pñt intelligi, qd no. gl. & Bar. in l. 3. §. q̃ aũt. inf. quod quisque iur. Nam si conceditur alicui priuilegiũ q̃ nõ teneat r̃n. creditorib vel q̃ nõ teneat r̃n. donec viuat, in dubio intelligitur inducere exceptionem dilatoriam. Et ita intelligitur d. §. q̃ aũt. scđm gl. & Bar. ibi, licet Bar. aliter intellexerit in d. l. qa tale, & male, quia ibi contrarium no. & hoc maxime, qa priuilegia, q̃ tendunt ad læsionem tertij, dñt restringi, vt lædant quanto minus pñt, ar. l. nec auus. C. de eman. lib. & l. 2. §. merito. & §. si qs a Principe. inf. ne, q̃d in lo. pub. c. cum dilectus. de consue. Si aũt priuilegium concernit ius vniuersale, sub quo pñt esse multa particularia: puta alicui conceditur priuilegium immunitatis, vt nõ teneatur ad collectas, vel ad munera, tunc satis vr̃ q̃ ad particularia, q̃ uiuo defuncto habuissent ortũ, & consequenter contra quẽ exceptio fuisset a defuncto q̃sita, & tunc transeat ad hr̃dem, sed nõ quo ad aliud l. fi. de iure immu. Et hoc vr̃ qñ fit mentio de hær. In alijs aũt, q̃ in priuilegijs, recurritur ad no. in l. si sic. la. 2. de ver. ob. Adde q̃ in materia dñr vltra Salle. in l. in oib. inf. de reg. iur. in l. 4. §. fi. inf. de censi. Et de materia, qñ priuilegium transeat ad alios, vide per Ant. post alios, in c. quia. de iud. Et vtrũ in dubio præsumatur priuilegium reale, vel personale, tangit Bal. in l. fi. inf. eod. per Io. And. in mercu. in regula, priuilegium, in Spe. de inst. edi. §. nunc aũt. in ver. itẽ q̃ fuit. cũ seq. Adde q̃ in personalissimis actibus, psonę inseparabiles includuntur. l. si stipulatus fuero, p te non fieri. de ver. ob. l. & hr̃di. de pac. In rescriptis aũt dic, in c. qñ Abbas. de ele. Prædictis adde Bal. post Cy. in l. 2. C. de epis. & cle. & tex. & Bal. in l. oia. eo. tit. & l. si non speciali. C. de testa. Et adde, q̃ ubi conceditur priuilegium mixta rõne loci, & psonæ, non in alio loco exercen. scđm Inn. in c. bonæ. de postu. præla. & Bal. in l. 2. in 17. q. C. de serui. Et qñ beneficiũ transeat ad hæredẽ, vide duo verba Ba in rub. C. de priui. do. Quid aũt in rescriptis, an trãseat ad successorem, & contra successorem, uide plene in c. significauit. de rescr. & Io. And in regula, in ius. de reg. iur. in 6. & in c. quia. de iud. & in c. dilecti. de fo. cõp. Cy. & Bald. in l. j. C. qñ libel. prin. da. &c. ¶ Adde qñ priuilegium transeat an hęredẽ & successorem, Bal. consi. 100. 1. li. & melius consi. 405. 2. lib. Old. consi. 30. Fel. consi. 66. Pet. de Ancha. cons. 338. Ale. consi. 27. 1 li. Cal. consi. 1. & inquantum Ias. tangit, an contractus Principis obliget Principem successorem, vide pro ciue opi. Bal. cons. 264. 3. li. Et inquantum ẽt ponitur clausula derogatoria, uide pulchre Rom. consi. 436. & 497.

Ruer. Adde Ang. de Are. in §. sed quod principi. Insti. de iu. nat. & Ale. in l. quia tale. post Bal. & Imo. inf. solu. matri.

l.non solum.& l.minor.præall. Aut nõ est ꝯcessum inspecta nãli, & sufficienti rõne,qa nõ est defectus magis in eo,cui conceditur q̃ in alijs hoĩb tunc rẽr ad hæredẽ nõ trãsit, vt inf.de re.iu di.l.& l. si fideiussor.in fi & l.si cum ꝓcuratore.eo.tit. Fallit in l.ẽt.inf.sol. mat.l.fi C.q.pot.in pig hab. Et rõ ponitur ibi per Cy Si vero q̃ritur de priuilegio cõcesso a Principe viuo,& tũc personã nõ egreditur,vt hic,nisi de hæredib.esset facta mentio,vt ↄ.de verb.sig.l. hærediciendum. Et intelliges per verbũ pluralis numeri, vt ibi, hæredibusq; suis. Secus si tibi hærediq; tuo,tũc nõ trãsit,nisi ad primum hrẽdẽ,vt l.antiquitas.C.de vsufru.q̃ ad hoc no.facit,& ibi est ratio in tex. Si vero priuilegiũ ꝯceditur rei,tunc ad quẽcunq; trãsit res & priuilegiũ,d.l.fordidorũ.C.de excu.mu.li.10. Et hoc ponit Dy. in c.priuilegium,ext.de reg.iur.in 6.& ↄ.de excu.tut.l.non tñ. Si vero conceditur ciuitati,vel loco,ꝓ trãsit successiue, cum semper sit eadem ciuitas,vt ↄ.de iudi.l.proponebatur. Si vero cõceditur generi,vel posteris,& tunc recurritur ad l.1.ↄ.de iu.immu. †Quęro,nunquid rescriptũ ꝯ ius diuinũ,[b] vel ꝯ ius naturale valeat? Dic vt in gl.& l.fi.C.si ꝯ ius. Vĩ tñ,ꝙ ꝯ ius diuinum non possit rescribi vt ↄ.de arb l.nam magistratus,& ↄ. de mino. l.minor. In ꝯtrium vr̃ ꝙ sic.qa sicut se hẽt Princeps quo ad Deum,ita iudex quo ad Principem: sed iudex põt proferre s̃niam ꝯ ius Principis, errore non expresso in s̃nia,& valet,vt l.2.C.qñ prouo. non est neces. Ita dẽt esse in rescripto Principis,ꝯ ius diuinum. Solu. Aut Princeps vult in parte derogare iuri diuino, interpretando, & derogando, vt in testis dicimus,& tũc põt.aut vult iuri diuino abrogare,tunc aut hoc facit nulla cã subsistente,ut puta,ꝙ frater ꝯhat cum germana,& non põt fieri,arg.legum pro pri.parte alleg. Aut rescribit aliqua cã subsistente,vt puta,ꝙ talis decapitetur.quia forte fecit maleficium,& hoc põt fieri,[c] licet de iure diuino dicatur: Nõ occides. Et pro eius s̃nia præsumitur,adeo ꝙ ab eius s̃nia non appellatur,vt ↄ.a quib.app.nõ licet,l.1.§.1. Idem habes ↄ.ad l. Cor. de sic.l.1.§.transfugas. An ꝯ ius naturale[d] possit? gl. tenet,ꝙ non. Contra eam facit:nam s̃nia iudicis tollit libertatem, quæ est de iure naturali,vt ↄ.de pę.l.ꝙ ad statutum.& l.qui vltimo. Et dic, ꝙ cã subsistente valet rescriptum,vt dixi. Sed an possit †rescribere ꝯ ius gentium. Gl. hic,& in l.rescripta.C.de preci.impe.offe.dicit,ꝙ non,qa dominium rei meę mihi auferri non potest,gl.no.ꝯtrium in l.causas.C.de transa.& Insti.de iure nat.gen.& ciui.§ pen.& licet ius gentium,vel naturale in totum mutari non possit, tamen in parte põt. Dic fm Pet.quod causa subsistente,valet tale rescriptum,vt inf.de rei vendi.l.item si verberatum.§.pen.dixi in proęmio. †Sed nunquid ꝯ ius ciuile possit Princeps rescribere? vide ꝑ Cy.in l.fi.C. si ꝯ ius,vel vtili.publi.& ibi plene per Doct.de hac q. dixi sup.in prima constitutione.

ADDITIONES.

a Poena. Et intellige. Vide Fel.in c.in præsentia.de probat. Menoch. Tiraq. de retrac.conuen.§.1.gl.6.nu.18.& trac. le mort a saisit de vin. in 2.par.declarat.5. nu 6. Aret.consi.130.nu.3.4.

b Diuinum. An rescriptum contra ius diuinum, vel naturale valeat,vide in l.de q.bus.cir.med.ↄ nu.1.

c Potest fieri. Ex causa ẽt potest tolli ius diuinum per Principem. Et ad no.hic per Bal vide Inno.in c.innotuit.de elect.& vide Bal.in auth.ad hæc.C.de vsur.

d Ius naturale. Vide Inn.in c.quia plerique.de immu.eccl.

LEX III.

1 *Interpretatio,quando fiat late,quando latius, & quando latissime,*
2 *Beneficium principis latissime interpretatur,si non respicit ius alterius.*
3 *Beneficium,priuilegium, & rescriptum,quomodo differant.*
4 *Beneficium impetranti quaritur ius a tempore scientia beneficij concessi.*
5 *Priuilegiatus non tenetur respondere corã Epõ si delinquit,an,& quãdo il lud priuilegium ei proderit,ne possit coram Episcopo conueniri.*
6 *Priuilegium Principis,vel rescriptum, vel aliud beneficium, quanto tempore tollatur.*

a **Beneficium.** Bona lex est,& gl.ponit casum in terminis duob.mod.primo p l.3.in fi. de penu leg.& l.ii fi.C. de bon.vac. Et ista lec.nõ vr̃ procedere,fm Gul. de Cu.& vr̃ ꝯ l.si q̃s.C.de ope.pu.l.a ↄ.vbi licet Imperator ꝯcedat alicui opus publicũ,nõ veniunt adiacentia. Pro hoc facit l.prędia, § pe.de fun.instr.& instru.leg.& in præal.l.si qñ. de ope.pub. Pet. cuius opi.puto verã,tenet opin.lo.per l.Seiæ.§.fi.ↄ.de fun.instr.& expresse dicit tex.in d.l.si q̃s. Et hac opin.vr̃ hic approbare ẽt Iac. But. Gl.ponit alio mõ casum,per l.1.ad muni. Hæc lec.nõ placet ea rõne qa illud ibi non contingit ea rõne,quia beneficium Principis latissime est interpretandũ,[b] imo si sic non interpretaretur, esset nullũ:& sic ad legitimum non extenderetur. De iure.n. cõi filius nãlis sequitur matrẽ,vt l.si qua.C.ad Orfi. Vnde tene primã Vel pone,vt l j.§.cum vrbem.inf.de of.præfe.vrbis. Op.dr̃ hic, ꝙ latissime interpretatur. Contra,imo ẽt ꝯctus dẽt latissime interpretari.l.fi.C.quę res pig.obli.poss. Sol. †Qñq; interpretatur aliqd late,vt in ꝯctu,& tunc loquitur ꝯriũ.Qñq; latius,vt in vltimis voluntatib.vt l.quæsitũ.§.idem respõdit.& l.Seiæ.§. fi. de fun.instr. Qñq; aliquid interpretatur latissime,vt hic. Op.ad hanc sol.de l.si qñ.C.de inof test. Sol.ibi loquitur de priuilegio,ꝙ erat ꝯ ius cõe, & ideo non est late interpretandum,imo fm ius cõe. Op.ad hoc de l.2.§.merito.& §.si quis a Principe,ↄ.ne quid in lo.pub. Solu. [c] Ibi tamen priuilegium late non interpretatur,quia tangit ius alte[d]rius. Vel dic,ꝙ aut beneficiũ respicit ius concedentis, aut ius alterius,pura tertiæ personæ. Primo casu,latissime dẽt interpretari, vt hic.in secundo casu nõ,ut in ꝯrio. Op.de §.qa vero sic.e.in Anthẽ.de non alie. Sol.dicit gl.[2] †beneficium Principis dẽt latissime interpretari,vt hic.non tñ,vt tollatur ius cõe,imo facilius tollitur ius speciale.[e] † Op.de l.sæpe.ↄ.de offi.præsid. Glo.nõ soluit. Adde ꝙ ibi no.& ibi soluitur:nã ibi si interpretatur late beneficiũ, posset esse inutile,& ideo tunc beneficia non sunt latissime interpretanda. Quęro,quæ differẽtia sit inter beneficium,& rescriptum? [3] †Doc.& Pet.hic,& Cy.post eum dicunt,ꝙ beneficium est genus comprehendens priuilegium. Rescriptum autem comprehẽdit bñficium stricte sumptum. Priuilegium est lex scripta cõtra ius cõe,vt in l.j.su.eo.& l.quod fauore.C.de legi.& ibi notatur,& in l.nullam.ↄ.tit prox.& in l.1.C.de thesauris. Nam rescriptum est ad obseruationem iuris cõis,vt l.falso.C.de diuer.rescrip. Beneficium vero,aut tangit ius concedentis,& tunc latissime interpretatur,vt hic:aut tãgit ius alterius,& tunc non,vt l.2.§.merito.inf. si qd in loco pub. Priuilegium vero nõ interpretatur late,quia cõtra ius commune,vt l.si quando. C. de inoffi.test.& idem in dispensatione, vt c.quod dilectio tua. & ibi no.ext.de consanguini. & affini. Tertium videlicet rescriptum,stricte interpretatur,vt in c.causam quæ.& ibi no.per Decretistas.ext.de rescrip.& ibi bona [f] glo. Quæro,quando fiat [f]interpretatio beneficij,& quando acqui[4]ratur [g] ius priuilegiato,an tempore scientiæ,an tempore concessionis? Et videtur quod a tempore scientiæ, vt inf.de acquiren. poss.l.qui absens. In cõtrarium videtur l.licet.C.de repud. Pet.videtur tenere,ꝙ acquiratur ius priuilegiato ẽt ignoranti a tempore

ADDITIONES.

a Beneficium. Vide per Pet.de Anch.in regu.beneficium de reg.iur.in 6.& ibi no.per Inn.in c.cum dilecti.de do.& gl in c.causam quæ.de rescri.& Dy.in c.quæ a iure.& dicta per Arch.11.dist.per Bar.l.si qñ.C.de bon.vac.li.10. habetur in c.olim ibi.de verb.sig.per Io.And.in c.quamuis.de præb.in 6. Et adde quod priuilegium Principis non est astute,nec absurde interpretandum.l.2.& ibi Bald. C.de legib.sed benigne,vt hic,& l.ex facto.de vulg.& pup.

Poena. Vide ad istam l.Bar.in l.1.C.de iu.& fac.igno.Ale.& Are.in l.qui duos.ff. de leg.j.Ale.consi.160.in 2.vol.Pan.consi.37.1.vol.& consi.87.eod.vol.Fed.consi.165.Pan.consi.36.2.vol.Barb.consi.33.in 1.vol.Aret,in cons.53.in fi.in 1.vol. Barb.consi.35.2.vol.& consi.56.eo.vol.& consi.seq.

Paris. Circa regula huius legis adde,ꝙ si Princeps cõcedat alicui simpliciter iurisdictionem in aliquo castro,censetur concessum merum,& mixtum imperium. Et si militer si cõceditur simpliciter,vide q̃ scripsi ad Bar.in l.1.inf.de iurisd.omn.iud. cir.fi.j.apost.magn. Licet l.quem ibi habes,dicat contrarium, ideo vide ibi. Et,vide de hac materia,& limita per Barb.in c.cum dilecti.ext.de do.

b Interpretaretur. Dicit Bal.in l.2.C.an seruus ex suo facto,ꝙ statutũ ciuitatis nũquam interpretatur contra rempub.in eo,ꝙ põt tangere alios,ligatur tñ respublica a statuto,secdm Bal.in l si mater.C.ne de sta.defun.& ad dicta per Bar.hic vide Bar.in d.l.si quando.in prin.de inof.test.ubi rescripta interpretantur secdm ius cõe,secdm Bal.ibi,& est tex.in c.cum dilecta de rescri.& intellige secundum ius municipale,non ciuile,secdm Bal.in l.si quando.ibi ẽt dicit,quod rescriptum Papæ interpretatur secdm ius canonicum,non secundum ius ciuile. Adde no.per Bal.in l 3.C.quomodo,& quando iudex.Bar.in l.sæpe.in fi.de offi.præsi.

c Priuilegium. Quid in dispensatione,vtrum interpretetur sicut beneficium, vide in c.1.de fil.presby Inno.in c.duduum.de elec.& in c.quod dilectio. de consan: & affi.per Doc in l.ex facto de vulg.& pup.aliquid per Bar.hic. Adde Bal. in l. nec auus.de emanc.lib.

d Paril. Aut beneficium. Vide,& pondera Ant.de But.in cons.10.vbi vult,ꝙ si primo præcedat dispositio circa ius alterius, postea sequatur concessio generalis Principis,ꝙ est latissime interpretanda,quia non dicitur concedere in præiudicium tertij,cui iam erat expresse derogatum. Dicit tamen postea in discursu, quod per quæcunque generalia verba intelligatur concessum illud, quod solet cum maxima difficultate concedi.

† Clau. Ius speciale. Et no.quod consuetudo regulatur per priuilegium,nõ econtra,vt no.Bal.in l.cum clerici.C.de episc.& cler.

e Differentia. Adde Bar.in l.si finita,§.ex hoc edicto.de dam.infe.& Ioan.And.in c.olim tibi.de verb.sig.per Pet.de Anch.in rub.de rescri.in 6. Et vide Bal.in l. q̃ ex relationib.C.de legi.vbi dicit,quod priuilegium est lex priuata,& æquiparatur statuto,ꝙ no. Bar.in l.si qñ.in prin.C.de inof.testa.& Bald.vide in l.1.C.de pet.hær.vbi quærit,pone quod aliquid conceditur fisco præter legem,an præsumatur concessum,vt priuilegium,vel ut ius commune. Dicit Bal.in l.gesta.C.de re iud.quod omne priuilegium est rescriptum,sed non econtra, Vide bonam gl. in ca.1.in ver.nascatur.de consti.in 6.per Arch.in ca. gratia. de rescr.in 6. Pau. de Cast.in l.maritus.inf.sol.mat. Cy.in l.rescripta.in prin.de preci. imp.off. Et qñ dicatur aliquid concessum in priuilegium,vide Bal.in l.1.sup.eod.& Bal.hic. Et no.quod priuilegium generaliter indultum,non includit casum publicæ vtilitati contrarium,& si includeret,non valeret,l.iubemus nullã,& ibi Bal.in pri. C.de sacros.eccl.

f Poena. Quæro,quando. Vide Fel.in c.2. in 4.limitatione,de consti. Barb.in consi. 34.volum.2.

g Quando acquiratur. An interpretatio beneficij fiat a tempore concessionis,an a tempore scientiæ:dic late per Ioã. And.in cap.1.de concess.præb.in nouis. Facit quod not.in ca.ex conquestione.de rest.spo. Vide Bar.in l.fi.de sen.pas. Cy. Bal. & Ang hic.adde,an ignoranti acquiratur beneficium. Pet.de Anch. consi. 389. & Bal.consi.289.3.lib. Et inquantum Ias.tangit, quid veniat concesso Castro cum pertinentijs,vide Bal.consi.436. Et an in donatione facta per Principem in ecclesiam de aliquo Castro,veniat merum,& mixtum imperium? vide Old.consi.252. Et an alienata ciuitate,veniat territorium,vide Bal.consi.481. Et an vendito fortilitio,& tradito,videatur venditum Castrum,& traditum, & an vendito Castro,videatur vendita iurisdictio,vide Roma.consi.454.& in quantum tangit,an restituto bannito,videatur restitutus ad bona medio tempore alienata,vide Bal.consi.213.3.lib.

re concessionis per leges vltimo allegatas. Item, quia voluntas Principis, & testatoris æquiparantur, vt in corpore, de nup. §. disponat. collat. 4. & ignorantı per testatorem quæritur ius, vt ℐ. de leg. 2. l. cum pater. §. surdo. Et hoc verum, si continet fauorẽ priuilegiati, secus si odium eius, sicut dicimus in socio, vt ℐ. pro socio, l. sed & socius. §. 4. & l. adeo. §. 1. & ista fuit opi. Pet. tamen mihi vr̃ ꝙ a tpe scientiæ a ei quæratur, vt est tex. & gl. C. de consulib. l. si li. 12. & no. per Dy. in l. 1. circa fi. ℐ. de bo. pos. ex test. mil. & no. in l. ex eo. de test. mil. Dixi tibi, † qualiter interpretatur circa tempus: q̃ro qualiter interpretatur circa locum,[b] vt † Abb. Sancti Petri hẽt vnã exceptionem ne teneatur respon. coram Episcopo, vel aliquo ordinario: modo Abbas delinquit: an ei hoc priuilegium proderit, vt non cogatur coram Episcopo, vel ordinario iudice respon. Et vi. ꝙ non, vt in authẽ. qua in prouincia, C. vbi de crimi. agi opor. In ↄ̃trium vr̃ l. magisteriæ. C. de iurisd. om. iud. Item si posset cõueniri coram ordinario, priuilegium non haberet effectum, ↄtra l. si quando. inf. de leg. 1. Quid dicendum est? Et dicit Pet. Aut quæritur de casu, quo specialiter est exemptus, aut non. Primo casu pp delictum, vel ↄ̃ctum non potest coram ordinario conueniri, vt l. 2. C. vbi quis decu. vel cohor. post prin. Secundo casu,[c] aut conuenitur ratione publicarum functionum, nec exceptio sibi non prodest, d. l. 2 in fi. & l. vnica med. C. in qbus cau. mil. fo. præscri. non tran. ad idem in Auth. vt iud. sine quoquo suffra. §. volumus. Si vero conueniantur alia ratione, & tunc, aut est data exẽptio loco, & personæ, aut personæ tãtum. Primo casu, aut exemptus deliquit in territorio ordinario, & exemptio sibi non prodest, vt in d. auth. qua in prouincia. Si vero deliquit in loco exempto, vel in alio loco, qui non sit de iurisdictione ordinarij, tunc coram ordinario non potest conueniri, vt in c. volentes. ext. de priui. lib. 6 Dic plene, vt ibi. Si vero exemptio est data personæ tm̃, tunc aut est data ratione dignitatis, aut præeminentiæ, & tunc recurre ad l. 2. C. vbi sena. vel cla. Circa hoc distingue, vt ibi: aut est data rõne publicæ vtilitatis, vt militibus, & tunc, aut loquitur in ciuili, aut in criminali. Primo casu, priuilegiatus non potest coram ordinario cõueniri, d. l. magisteriæ. C. de iuris. om. iud. Secundo casu delictum est cõe, & ext rme, & tunc coram ordinario põt conueniri, vt in auth. qua in prouincia. Aut delictũ est singulare, vt rẽdere arma, & tunc dic, vt no. in l. pen. C. de iuris. om. iu. Solet dici in l. 1. & 2. de re mil. & hæc sunt verba Pet. Quæro, † quanto tpe duret hoc beneficium?[d] respon. si loquimur in rescriptis ad obseruationem iuris cõis, tunc sunt perpetua, l. falso, C. de diuer. rescrip. Si vero de priuilegio: an tollatur tpe, dico, ꝙ sic, per l. quoties, C. de pr. ci. in pe. offer. Et si quæratur, quanto tpe tollatur: aut q̃tis pp nõ vsum, aut pp actum ↄ̃rium. Primo casu, aut cõceditur aliquod ius, vt actio, & tunc tantum durat, quantum durat illa actio, & perdit per tps quo actio, arg. l. 2. C. de const. pecu. coniuncta l. oẽs, C. de præscri. 30. ann. Aut conceditur facultas,[e] puta nundinatum, & tunc tollitur 10. ann. l. 1. inf. de nundi. Et quæ sit rõ, dic, vt ibi no. & in d. l. falso. Si vero quæratur qualiter tollatur per actum ↄ̃rium, tũc aut hẽt effectum momentaneum, aut successiuum. Primo casu priuilegium vnico actu emisso in ↄ̃rium perditur,[f] vt l. 2. C. de iure do. impe. Si vero habet effectum successiuum, tunc per vnicum actum non perditur, C. de execu. tuto l. voluntariæ, & ibi per Cyn. & de hoc vlt. no. Cano. in c. cum accessissent.[g] ext. de consti. & in eo habes optimam gl. licet ipsi alijs verbis vtantur, & ideo dic, vt dixi, aut momentaneum, aut successiuum.

ADDITIONES.

a Ruer. A tempore scientiæ. Adde Ias. hic col. 9. qui ponderat Bar. velle contrariũ in l. omnes po. in q. 5. p iu. cir. prin. & saluat eum duobus mod. ut hic per eum.

b Circa locum. Pet. Anch. in c. fi. de fo. cõpe. & vide in l. si ex parte, §. quanquam, & ꝙ dixi, inf. quod cum eo. vide multos casus speciales in cle. 1. de sup. negl. prælati.

c Secundo casu. Vide multos casus, in quibus exempti conueniuntur coram ordinario, in cle. 1. de sup. negl. præla. Vide quod no. Bar. in auth. item nulla, C. de epis. & cler. post gl. & quod dixi post Bar. in auth. habita. ne fil. pro patre. p Bald. in l. veteranus. inf. quando prouo. Et ad dicta in hoc ver. bene facit l. iubemus nullam, C. de sacros. eccl.

d Duret hoc beneficium. Quanto tpe duret beneficium, vel rescriptum, adde quod no. Bar. in l. licitatio. alias locatio. §. earum rerum, inf. de publica. vide Specu. de rescri. §. nunc autem. ver. item opponitur, ubi ponit omnes casus, in quibus priuilegium perdatur, & Inno. in ca. cæterum, de rescrip. Adde, an per non vsum perdatur priuilegium, de. Card. consi. 36.

e Puta facultas. Vide Ias. in l. 2. C. de diuers. rescrip. vbi limitat non procedere, quando non contigisset opportunitas faciendi, & illud late confirmat, ut ibi late per eum.

f Contrarium perditur. An priuilegium per actum contrarium tollatur, adde qđ no. Bar. per illum tex. l. 1. C. de his, q sponte mune. pub. sub. lib. 10. & in l. vsum aquæ. C. de aquæducto. lib. 11. per glo. & Arch. 25. q. 2. in summa, per Mod. in ca. fi. de consti. in 6. Io. And. in c. 2. de immu. eccle. & quod habetur in c. suggestum, de decimis. Adde, an contrauenîendo priuilegio, quis amittat priuilegium, do. Card. consi. 153.

g Poma. Cum accessissent. Vide ibi latius Fel.

De statu hominum. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Hominum gratia omnia sunt constituta.*

2 *Arguere ex ordine titulorum possumus, licet aliqui interserantur.*

3 *Donando se dicatur, dono tibi omnes res meas, nõ ueniunt iura, & actiones.*

OMnes ius.[a] No. quod est tripartitum. no. ex l. proxime sequenti, ꝙ † omnia sunt hominum gratia constituta, vt ℐ. de vsur. l. in pecudum. No. ex l. cum igitur. † quod licet arguere ex ordine titulorum, licet quandoq; quidam extranei tituli interserantur no. glo. in rubr. de eo, per quem factum erit. Contra de l. proxi. Solu. Hic loquitur quantum ad tractatum. lex sequens quantum ad vtilitatem hominum. Oppo.[b] dicitur hic, quod ad ista tria pertinet omne ius, imo sunt quædam iura, quæ sub isto non continentur, vt bon. poss. & similia. Sol. Prædicta possunt nomine rei contineri, quod est nomen generale, vt ℐ. de verb. signific. l. rei & l. 1. si cert. pet. Opp. in contrarium, & videtur, quod non sit necessarium poni de actione, quia appellatione rei, continetur actio, vt §. dixi, & no. in gl. huius l. 1. ubi videas, vbi hoc declaratur. † Quærit Gul.[c] nũquid si dono tibi res meas, contineantur iura, quæ habeo contra Titium, & actiones? Glo. videtur hic velle, quod sic. ipse tenet contrarium, quia gl. ista procedit, quando denotarẽtur res: sed in quæstione proposita sunt dictiones, res meas, & meas, denotant dominium, vt l. seruos, in princip. de lega. 3. & l. solum, § meum. ℐ. de rei vendi. quod non potest in actione contineri, quia actiones meæ non dicuntur, vt l. rei. in prin. de verbo. sign. & hoc tenet Gul.[d] no. in l. si legatus, §. si quis bona. ad Treb. & ibi dixi, & de bon. poss. l. 2. & dic, vt ibi no. in glo.

ADDITIONES.

a Paris. Omne ius. Circa istam materiam, an sit necessarium continuare Rubricas & eas semper ad proxima situare cõmode, vide Barb. quod non, sed sedm ꝙ reperiuntur, in rub. C. qui admit. Vide late de materia cõtinuationis Ias. in rub. Inst. de actio. & Barb. vbi sup. ponit etiam alia in materia continuationis. Et an Imperator sequatur ordinem Iurisconsultorum, in rubricis situandis? Et postea in discursu, an rubricæ generales præmittedæ sint, & postea speciales, vel contra, & an continuatio sit fienda de l. ad legem, & de §. ad §. & quo, & quædam alia ponit And. Sicu. in c. prudentiam, in §. sexta de off. deleg. & ibi Dec. ponit in t. no. rub. Menoch. Duaren. li. 1. dispu. c. 55. Vac. hic.

Ruer. Adde Ang. hic, qui post Cy. tenet contra Gul.

b Poma. Opp. Vide Alc. consi. 73. vol. 4. & in consi. 99. eod. vol. & de significa. huius verbi, res, vide remissiue per Fel. in c. peruenit 2. de testi. cogen.

c Quærit Gul. Vide Bar. in l. Quintus, §. argento. ff. de au. & arg. leg. Barb. consi. 36. in 2. volum.

d Et hoc tenet Gul. Vide quod no. Bar. in l. vxorem, §. locauerat, de le. 3. Adde quæ dixi in l. cum. inf. de reb. dub. Sed Bal. tenet contra Gul. in l. 3. in prin. C. de vsufr. Adde Bal. consi. 8. 1. lib. & consi. 218.

LEX III.

1 *Statuliberi sunt serui.*

2 *Ascriptitij sunt liberi.*

3 *Monachi, & Canonici regulares, sunt liberi.*

Summa. Primo ponitur diuisio personarum, secũdo diffinitio libertatis, tertio diffinitio seruitutis, quarto ponitur etymologia huius vocabuli. Secunda ibi, libertas. Tertia ibi, seruitus. Quarta ibi, serui. Vbi etymologia ponitur, & durat vsque ad finem legis. Quærit gl. † nunquid statuliberi sint serui, vel liberi? Respondetur, quod sunt serui, vt ℐ. de statulib. per totum. Nec obst. l. fin. ℐ. si ex noxa. cau. aga. vt ibi not. Quid † de ascriptitijs? Dico, quod sunt liberi, ut in §. ascriptitios. in corpore, de sanctiss. Episcop. Quid de † monachis, & canonicis regularibus? Dic, quod sunt liberi, & vide meliorem gl. Insti. de iure personarum.

LEX V.

Et seruorum. Diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur alia diuisio personarum. In secunda dicitur qualiter fiant serui. In tertia ponitur, qui sunt ingenui. In quarta ponitur, qui sunt libertini. Secunda ibi, serui autẽ. Tertia ibi, ingenui. Quarta ibi, libertini. In summa h. d. Seruorum vna est conditio, liberorum duplex. Hoc primo, & serui sunt dupliciter, aut de iure gentium, aut de iure ciuili. Hoc secundo. Et siue mater sit libera tempore conceptionis, siue tempore partus, siue medio tempore inter conceptionem, & partum, partus est liber. h. d. Opp. de l. fi. de ædil. edic. vbi sunt plures conditiones seruorum, quia quidam sunt serui ordinarij, quidam sunt serui vicarij. Sol. vna est conditio, sed officia, & ministeria possunt esse plura, vt in contrario: tamen eorum conditio vna est: vnus enim plusquam alter seruus esse non potest. Quæro, quæ[a] requirantur ad hoc, vt homo liber efficiatur seruus? Dic, vt in gl. vt Insti. de iure perso. §. pen.

ADDITIO.

a Quæro, quæ. Et no. illud mirabile hic, sm Aug. ꝙ licet minor 25. & major 20. nõ possit alienare sua bona, potest tamen alienare se. Et vide Cy. in auth. ingressi, C. de sacros. eccl. & vide Inno. in c. in præsentia, de proba.

LEL VII.

1 *Statutum, quod qui ceperit lupum, habeat decem, si aliquis capit lupam prægnantem, num debebit pro quolibet lupatino habere decem.*

Qui

a **Qui in vtero.** a Qui est in vtero, pro nato hr̄ quo ad sui ꝯmodū.h.d. Opp. ad hanc l. hic dr̄, ꝙ hr̄ pro nato, vt sibi prosit, non autem, vt alij prosit, ꝯ l. Imperator. J. eo. quia matri etiam prodest, quia interim nō pōt puniri si faciat maleficium. Sol. Illa dēt intelligi fm istam, quia fallit, & prodest sibi, quia etiam ipse pateretur, si ipsa occideretur. Opp. de l. 1. §. 1. de ven. in pos. mit. hic autem dicitur ꝯrium. Sol. dico etiam quod illo casu fall. 1. Op. de l. fi. de coll. bon. glo. nō soluit, dic quod ideo ibi non fit collatio, quia ille, qui est in ventre, non pōt dici, quod sit in potestate patris, vt ibi in tex. dic, vt ibi per Doc. Inducit hæc
1 lex in arg. ad q. per Gul. statim dicit, † quod si quis ceperit lupū habeat decem: modo quidam cepit lupam prægnantem, an pro quolibet lupatino debeat habere decem? Et videtur, quod sic, vt
b hic. Contrarium tenet Gul. b & facit l. sed addes. §. si quis mulierem. J. loc. Nec ob. hæc lex, quia loquitur quando tractatur de commodo ipsius partus: hic autem in quæstione nostra non esset commodum suum, vt patet in contrario.

ADDITIONES.

a Qui in utero. vide l. cum inter. & quod ibi no. Bal. C. de fideicom. lib. & in l. fi. C. de lib. cau. & in l. fi. C. de bo. proscri. & in l. quod dicitur inf. de lib. & postho. & casum no. in quo talis non habetur pro nato, uide per Ang. in l. Arethusa. inf. eo. & ad limitationem huius legis, qui in vtero, vide Ale. in l. in suis. inf. de lib. & posthum.
Paris. vide de materia ista tex. in l. 2. §. quæ autem, & ibi Bal. inf. de excu. tut. Itē no. quod posthumus non habetur pro nato, quo ad ætatem habilitandam. exemplum si mandat Papa prouideri Titio de beneficio si est maior pupillo, non computabitur tempus quo fuit in otero, etiam quod illud esset ei utile, quia 1 illius consequeretur beneficium. Vide Bal. singu. in cap. cum in cunctis. ext. de elec. & fa. Item vide in materia Fran. consi. 49. Item cit l. nō est pupillus, inf. de verb. sig. Item vide in materia Fran. consi. 49. Item quod appellatione hominis in statuto, non veniant existentes in vtero. vide Bar. in trac. de gabellis in 1. par. 8 partis principalis, & ibi quædam alia in materia partus. Item an posthumus antequam nascatur, dicatur homo? vide Bart. in l. cum acutissimi, C. de fideicom. Bal. in l. quod dicit, ff. de libe. & posth. in l. cum inter, C. de fideicom. liber. Item an contra existentem in utero currat præscriptio? vide Fel. in c. 1. ext. de præscrip. Item an antequam nascatur posthumus, sit suus hæres, uide Ias. in l. 2. C. de bon. poss. contratab. in leg. qui se patris, C. unde liberi.
• Pro intellectu huius legis, qui in vtero.
b Contrarium tenet Gul. Adde Bal. sing. l. fi. C. de lib. cau. Et quid si habet lupatinos ad vbera, uide Imo. in l. in lege Fal. placuit, inf. ad leg. Fal.
Ruer. Adde Ang. de Are. in §. cum autem. Insti. de tutelis.

LEX VIII.

1 *Grammatica mala non uitiat instrumentum.*
2 *Tabellio quando possit corrigere errorem suum, post publicationem instrumenti, & nu 4.*
3 *Notarius si ih confectione instrumenti omisit diem, & consulem, quando illud possit apponere.*
4 *Notarius, quando non possit corrigere errorem suum, tenetur parti læsæ.*

a **Imperator.** a No. quod error tabellionis parti non nocet. Et gl. exemplificat in mala grammatica: nū
1 quid propter † malam grammaticam vitietur instrumentum tabellionis? Et videtur, quod non, vt hic in glos. de hoc est bona gl.
2 de rescrip. cap audientiam. Quæro, nunquid tabellio † possit suum errorem corrigere post publicationem instrumenti? Et videtur quod sic, vt hic. Præterea melius esset suum errorem corrigere, quam &c. vt in Auth. vt fratrum filij in prin. In contrarium videtur ꝙ non, cum tabellio æquiparetur testi, vt inf. de test. l. Dominus, sed testis non potest suum errorem corrigere post publicationem attestationum, ergo &c. vt in corpore de testib. §. quia vero. Sol. Dicunt quidam, ꝙ si vult corrigere errorem in grammatica, potest, arg. inf. de re iud. l. actorum verba. Si vero aliquid vult addere, uel minuere, tunc non potest, quia nouum instrm̄ facere videretur, vt ꝯ. de iust. & iu. l. ius ciuile. nisi consentiat pars, vt in corpore, de tabel. §. 1. Declarase autem potest, arg. l. hæredes
b palam. §. sed & si notam. inf. de test. Tu dic secundum Gul. b de Cu. quod post instrumentum publicatum, & postquam esset facta copia parti de eo, tabellio suum errorem corrigere nō potest, arg. eius quod dicimus de teste, in d. §. quia vero, & ibi not. nec ēt potest ibi declarare, quia præsumeretur suspectus, sicut in teste. Non ob. §. sed si notam. quia sine consensu alterius condere poterat testm̄, sed tabellio non potest facere instrumentum sine consensu partium, ut d. §. 1. de tabel. Gul. in Spe de instr. edi. § postre-
3 mo. uer. sed nunquid † subijcit talem quæstionem. nunquid tabellio, qui fecit instrumentum sine die, & consule, hoc poterit refice-
c re: & ea apponere, si bene recordetur? c Dicit, quod sic, ext. de suppl. negli. præla. c. 1. & Insti. de uerb. obli. in princip. Creditur. n. ei de his, quæ gessit, in C. de fal. l. si quis decur. & J. ad leg. Iul. de adult. l. accusatorum. Distingue, aut incontinenti, seu ex interuallo mod. co, aut ex interuallo magno. primo casu poterit, & ualet, ut in Authen. de æqualitate dotis, § illud. & J. de uerbo. oblig. leg. 1. in princip. ext. de elect. cap. officij. & de test. cogen. cap. prætetea. ue sic, quorum testimonia. Alij, quod nullo modo potest, etiam incontinenti postquam est facta copia parti, cum functus sit officio suo, nec etiam sibi tabellioni creditur, in Authen. de hære. & fal. §. si uero absunt. Dicit tamen Specu. quod multi sapientes ab eo consulti cōcordauerunt, & bene, ꝙ si tabellio potest ostendere se per errorem, & non ex certa scientia hoc omisisse, bene potest ita facere, & prædicta apponere, & valet instrumentum, aliter non. Consulo tamen sibi, quod de licentia iudicis illud faciat. Per prædicta apparet, quod male faciūt notarij quidam, qui
d aliquid in instrumento omittunt, d & postea cum in margine adijciunt illud in fine dicūt. s. quod supra per errorem omisi, &c.
e non enim potest corrigi error ita inconsulte. Consulo tamen e ꝙ
f de authoritate iudicis f illam correctionem faciat. Quæro † nun-
4 quid tabellio tenetur g parti læsæ, si non potest corrigere suum er-
g rorem. Tex. est, quod sic, in l. fi. C. de mag. conue. & l. fi. si mensor fal. mod. dixe.

CONCORDIA.

Officium. a Cōsulatus officium circa manumissiones uersatur, & cōsules habēt administrationem insolidum, & causa coram uno ex consulibus cępta, non potest per alium explicari, nisi in casu necessitatis, & consules apud seipsos, possunt suos seruos manumittere, b nisi sit minor. h. d. No. hāc l. mirabilem & bonā. No. tex. ibi qui apud alterum nomina ediderit. &c. No. quod quādo aliquis tenetur aliquid facere causa mediante, examinatio causę sibi non per mittitur, vt in minore dr̄, q sine cā nō pōt manumittere. Op. dr̄ hic, quod singuli pn̄t authoritatem interponere, cɔ̄ l. duo ex tribus. j. de re iu. Sol. vt hic, & ibi no. gl. quod hic erant ordinarij, q hn̄t a l. administrationem: ibi delegati. Op. dr̄ d hic quod hn̄t administrationem insolidum, ɔ̄ l. plurib. j. de procur. Sol. q̄dam sunt officia publica authoritate, & vtilitate, q̄ a l. dant, & tunc qlibet habet administratonē insolidum, vt hic: q̄dam sunt authoritate publica, sed vtilitate priuata, vt tutelae, & tunc idem, vt j. de admi. tut. l. plures. & l. tut. §. cura. co. tit. q̄dam sunt officia priuata, vt procurato ris, & tunc si plures sunt dati procuratores, nō vr̄ qlibet datus insolidum, sed p parte, & uo. in d. l. plurib. de procu. & hoc verū sm Gul. de Cu. nisi esset pcurator generalis, & certę negociationis, vt l. 2. §. si plures. j. de exer. & ibi dicā plene. Opp. dr̄ hic, quod minor nō pōt apud seipsum manumittere. ɔ̄ l. si rogatus. §. fin. de manu. vind. Gl. dat plures sol. sed haec est vera, quod aut minor, q ē ɔsul, vult causam probare, & approbare corā se, & nō pōt, vt hic. Aut vult cām corā collega suo probare, & tunc corā se pōt manumittere, vt l. ɔ̄ria. qa cum manumissio nō pōt fieri, nisi ex cā, vt Inst. qb. ex ca. manu. non licet. §. pe. & iō dēt ɔmitti examinatio illius causae, ut hic. Opp. dr̄ hic, quod minor manumittere nō pōt apud collegam ɔ̄ l. apud eum. §. j. j. de manu. Dic ut punctuaui in tex. quod in fi. legis dr̄ cā probata, debet fieri pūctus i quod cā manumissionis debet coram collega fieri, m̄ coram se potest fieri manumissio, vt in ɔ̄rio. Opp ad hoc de uer. sed nō pōt s. ea. l. Solutio, hoc cōtingit hic rōne minoris aetatis. Op. de l. apud eū. § j. j. de manumissio. Solue, vt in praecedenti contrario dixi, ut in punctuatione. † Quaero nunquid consul habeat iurisdictionem contentiosam c † Et tenet gl. quod non. In cōtrarium ur̄ tex. in l. j. § pe. de ap. & l. a. de in ius uo. & hoc tenet Gul. Item est arg. hic, quod causa incępta corā uno iudice, non potest coram alio agitari. † Quaero, quid si ille coram quo causa incaepta est īfirmatur, an poterit coram alio agitari. Et ur̄ quod sic, ut hic dr̄. in ɔtrariū est l. si lōgius. j. de iud. qa loco impediti, debet alius subrogari. Quid dicēdum? Certe dicere potes, quod aut impedimentum est longum, uel speratur esse longū, & tunc loco impedimenti, alius est subrogādus. Aut est breue, & de facili cessans, & f sic potest collega cognoscere, ut hic. Item inducitur † ad quaestionē: scitis, quod tabellio rogatus de scriptura, nō potest alij committere scribendum, ut in Auth. de tabel. §. j. & ibi no. & §. si. eo. tit. Modo tabellio est impeditus, quod uult cām cōmittere alteri per alium, uel suam scripturā publicari, an possit? Dicit Fran. Accu. quod sic per hanc l † Item inducit ad q. quod si baiulus, seu nūcius unius fuit inceptor in cā, quod ipse idem debet esse in tota causa, g & non alius, ut hic. ad idem l. j. C. de spor. Et ex hoc † cōcludit aliud, quod si unus baiulus est ad unū banchū deputatus, non debet apud alium citari, ut in corpore de iudi. §. nullo. ubi de hoc dr̄. † Et hoc potest induci ad multas q. similes, & maxime ad q. quā uidi de facto: Episcopus Clusinus habebat duos uicarios, h cā cuiusdam erat incępta coram uno, uolebat postea pars ɔ̄ prosequi coram alio. Certe non potest, nisi ex cā, ut hic. † Inducitur ista l per Iac. de Are. ad q. quod confessio facta corā iudice unius ciuitatis, non potest mādari executioni p iudicem alterius ciuitatis. Quod probatur sic, quia hic dicitur quod si coram vno iudice fuit pbatum, alius nō potest manumittere. Sed cōfessio est species k probationis, ut probatur in l. sed & si possessori. §. pe. j. de iureiurā. ergo, &c. Quod intellige uerum, nisi forte fieret ad requisitionē primi iudicis, secundum ea, quae no. in l. cum. quaedam puella. j. de iurisd. omn. iud. De hoc no. per Cy. in l. j. C. de confe. in 10. q.

ADDITIONES.

a Menoc. Officium. Cuiac. li. 7. obseruat. c. 17. Cap. in reg. conclus. 87.

b Manumittere. De iuramento cōsulis, vide omnino in c. ueniens, de iureiur. & in Spec. de iureiur. sed quid si intrauerunt consulatum praetermisso iuramento? Dic quod quia malo ordine intrarunt sunt extra mittendi, & puniendi, nec dicuntur in canonica possessione consulatus, vt concludit Bal. de pa. Constan. in ver. vasal li. lo. j. vbi tamen dicit, quod in dubio ex quo sunt publice in poss. consulatus, praesumuntur canonice consules, arg. inf. de offi praef. l. Barbarius.

c Authoritatem interponere. No. quod ista lex, etiam extenditur ad contentiosam iurisd. est no. gl. in l. Pomponius. alias inci. si vni. §. de re iudic. & ibi etiam est tex. sing. secūdum Imo. quod illud quod hic dicitur, vnum ex collegis habere iurisd. insolidum, est verum, ubi ambo simul in eadem causa fuerunt aditi.

d Menoc. Dicitur hic. Sebast. Vant in tracta. nullit. tit. de nullita. ex defectu iurisd. ord. nu. 176.

e Iurisdictionem contentiosam. Et dicit quod sic. facit l. 2. §. exactis. de orig. iur. & quod habetur in l. 3. de arb. est tex. & ibi Imo. in l. si cui libertas. de cōd. & demon. Ang. in l. 2. de in ius uoc.

† Clau. Vnum no. quod causa, quae est voluntariae iurisdictionis per citationem partis efficitur contentiosa, ita dicit sing. Bal. in c. de causis. de offic. deleg.

f Committere scribēdum. Adde Bar. & ibi dixi in l. quaedam. §. nihil. de eden. vide Imo. in c. quoniam contra. de prob. & in c. cum super. de re iud. sed quid in notario actorum si sit absens, an possit alijs committere? Bald. in l. Imper. aor. sup. de sta. ho. dicit, quod non, licet iudex bene pōt, per id quod habetur hic, & in l. j. & 2. C. de spor. ibi vide Bal. & quod dixi in l. ait praetor. in fi. inf. quib. ex cau. maio.

g In tota causa. Et vide omnino no. per Bar. in l. j. §. si plures. inf. de exer. et Inst. de act. §. quadru. sed Ant. in c. cum dilecti. de dolo, et contra tenet quod sic, et ita dicit tenere Dom. de Rota, sua conclu. 290. et sic uidetur contra Bar. hic, quem ipse Ant. non alleg. Et uide Bal. hic, in 15. q.

h Paris. Habebat duos uicarios. Vide late Dec. in c. prudentiam. de offi. deleg.

i Poena. Inducitur ista l. Vide Bar. in l. diuus. inf. de cust. reo.

k Est species. Et Bal. in l. a diuo Pio. §. sententiam. j. de re iud. Ant. in c. fi. de confess.

De officio præfecti prætorio. *Rub.*

LEX VNICA.

Breuiter. Diuiditur i duas partes. Primo ponit, vnde sumpsit originem offic. præfecti prætorio. Secundo tractat de priuilegijs quibusdã eidem concessis. Secũda ibi, his cunabulis. & bẽ hoc intendit. A sententia præfecti prætorio non appellat̃ licet possit peti
† in inte. rest. † h.d. Scias, q quatuor sunt istæ dignitates, vt no. in l. j. §. j. j. d offi. eius, cui man. est iurisd. & ideo gl. in huiusmodi titulis semper venit exponenda, qui sunt isti qui habent has dignitates
a No. hic optimam gl. q isti præfecti æquiparantur a Cardinalibus,
b & Episcopis: b quod est no. propter multa, & ideo no. eam.

ADDITIONES.

† Clau. Restitutio. Pœna autem appellãtis est amissio causæ. tex. est, quem ad hoc dicit Abb. sing. in l. a proconsulib. C. de appel.

a Aequiparat. Adde gl. in l. speciale. C. de Episc. aud. Et facit q a snia Epi, vel Cardinalis, nõ possit appellari. crederem hoc verum in Cardinalib. legatis de latere, cum illis hoc præcipuum sit, vt credatur eorum simplici verbo, & viuæ vocis oraculo, vt no. gl. in c. sicut nobis. de sent. exc. Spec. in tit. de leg. §. superest. ver. q. si leg. iurisd. & c. Bar. in l. vnica. C. de superindi. lib. 10. Bal. in l. si qua p calũniã. C. de Episc. & cler. in l. 1. C. de man. Prin. & in l. exẽplo. C. de pba. Ant in c. q super his. de fi. instru. & de hoc oino no. Mod. io l. constitutiones. inf. de appe. & in l. ex consensu. in prin. eo. tit. & vide no. in l. j. a qui. ap. non li. Bal. in l. ad similitudinẽ. C. de Episc. & cler. quid autem in regib. vide Gul. & Bal. oic. & Bartol. in l. 1. in prin. inf. quod quisque iur. & adde q credatur legatis de eorum commissione. Adde, an credatur dicto, vel assertioni Cardinalis, plene per Fel. in capitu. q super his. col. 3. extra, de fide instr. & per d. Ias. in rep. l. admonendi. col. 76. versi. Adde etiam, q dicto Cardinalis. ff. de iureiur.

b Episcopis. Adde Ias. in l. stipulationum. in prin. col. vlt. inf. de verbo. obl. vbi no. Bar. sibi CONTRARIVM.

De Officio præfecti vrbis. *Rub.*

LEX PRIMA.

1 *Donatio facta a Costantino Papa Siluestro, an valuerit, remissiue.*
2 *Dictio. intra, comprehendit terminum cui apponitur.*

a Omnia. a Præfectus vrbi, habet cõmissionem, seu cognitionem de omnib. intra vrbẽ, & centesimum miliarium, & cõmissi delicti hẽt cognitionẽ, & põt cognoscere de q̃relis pro seruis, ɔ̃ suos dominos, & de q̃relis porrectis per patronos ɔ̃ libertos, & põt relegare, & i insulã deportare, & cognoscit, & punit tutores male administrãtes negocia pupillorũ, & hẽt cognitionem circa nũmularios, & libertos, & magistratus, & p modo culpę põt corrigere, & castigare. h.d. vsq; ad § cura carnis. Et no. quãtum vadit Italia.
b Et no. gl. quæ dicit, q Roma est sub Papa, b & sic cõcludit ista gl.
1 † q donatio facta a Cõstãtino valuit, licet ɔ̃ no. i Auth. quõ opor-
2 tet Epi. §. j. s dixi in procemio. † De natura huius dictionis, intra, an comprehendat vltimum diem, dic quod cõprehendit terminũ cui apponitur. Pro hoc est tex. q vltimus dies cõprehenditur. in l. j. §. si intra. j. de succes. edi. No. gl. q est turpitudo accipere pecuniã. Itẽ gñalr isti tutores puniũtur. Dic. l. extraordinarie, vt in l. eos. j. de tute. Itẽ põt poni in compedib. vt l. a §. pe. j. de susp. tut.

ADDITIONES.

a Men. Omnia. Brison. lib. 4. select. c. 8. Cuiac. lib. 8. obseruat. c. 9.

b Roma. est sub Papa. Hanc gl. alleg. Bal. in rub. constitutionum feudalium, q statuta specialia ab Imperatore facta in ciuitate Romæ, quo ad illam non valent, sed legem generalem facere possunt, vt ibi dicitur.

---

1 *Verba enunciatiua prolata per Principem, faciunt fidem.*
2 *Vrbis appellatione continetur comitatus, non districtus.*
3 *Comitatus probatur per terminos designatos.*
4 *Donatio facta per Constantinum Papa Siluestro, quod valuerit.*
Marchia, & Ferraria sunt in patrimonio Beati Petri.
5 *Castro concesso in feudum, intelligitur concessa omnis iurisdictio, & nu. 7.*
6 *Iudex non potest se intromittere de delicto, quod constat fuisse commissum extra territorium.*
8 *Statutum quod viget in ciuitate, intelligitur in villis, & castris, & nu. 9.*
10 *Vicarius Episcopi si non potest cognoscere de crimine, non cognoscit etiam si Episcopus dixit, committo tibi curam, & regimen Episcopatus.*
11 *Legato grano quod est Perusij, venit granum quod est in comitatu.*
12 *Concedo tibi quicquid habeo intra talem arborem, an ipsa arbor veniat. Dictio, intra, ponitur inclusiue, vbi sit latissima interpretatio.*

1 §. Cum vrbem. In tex. ibi, cõmisimus. Ista tsunt verba enunciatiua, tamen quia prolata sunt a Principe, plenam fidem faciunt, vt hic, & in c. 1. de pb. incle. Secundo no. q per ista verba, committo talem locũ tibi, libe-
2 ra, & plena dicitur potestas iurisdictionis. Tertio no. † q licet verba epistolę dicãt, vrbẽ nostram, & non comitatum, tñ comitatus vrbis appellatione continetur, vt j. ea. l. ver. si vltra. sed district⁹, q est vltra comitatum, nõ cõtinetur, quia vrbs Roma distringebat quasi totum mundum, & tamen nõ venit nisi comitatus eius, vt
3 j. ea. l. ver. si vltra. † Et quomodo a probet comitatus, dico quod
a probatur per terminos designatos infra ab eo, qui habuerat potestatem terminãdi inter comitatum, & comitatum, vt patet hic, & quia terminus ciuitatis vrbis Romæ terminatur ad centũ mi-
† liaria, vt hic, & j. e. l. si. ibi, cum terminos vrbis, † & c. Et de hac ma-
4 teria no. per Inn. in c. cum ad sedem. extra. de rest. spol. † In gl. quæ est super verbo, pertinere. hæc gl. præsupponit donationem factã per Constantinum tenuisse, quod verum est secundum Richar. Malumb. quia donatio Principis habet vim legis, quæ durat etiã mortuo Principe condente, vt l. pe. C. de don. inter vir. & vxor. Itẽ præsupponit gl. alibi io Auth. vt Eccl. Ro. cen. an. gaudeat præscri. vbi dicit, q in patrimonio Beati Petri est Marchia, & Ferraria. In
5 tex. ibi 100. lapidẽ. Ex hoc collige, † q si Papa, Imperator, vel Comes, concedunt castrum, vel villam in feudum, quod omnis iu-
b risdictio sit eis concessa, arg. s. de consti. Prin. l. fi. Item omnis villa, vel castrum, quod sit in comitatu alicuius ciuitatis, sub ea ciuitate esse videat̃, nisi habeat speciale priuilegium, arg. C. de Episc. & cler. l. nulli. ver. q si in vico. In tex. ibi. p̃fecti vrbi nono. Ex hoc no. q quando constat delictum esse commissum extra territoriũ
6 iudicis, † q iudex non potest de ipso cognoscere, nec se intromittere, & ex hoc colligitur forma excipiendi: excipiam enim con-
7 tra iudicem, q ad eum non pertinet. Sed quid † si dubitatur de loco delicti, an fuerit intra territorium, vel extra, vel quid si dubitatur de qualitate loci, quia bene constat delictũ esse commissum, temen dubitatur an ille locus sit sub vna iurisdictione, vel sub altera, quis potest cognoscere. itẽ qd si vnus incepit cognoscere de isto dubio, an alter põt se intromittere, siue excipiat, siue nõ? Dic, quod subtiliter no. p Inn. extra, de rescr. c. super literis. ver. itẽ non valet. In tex. ibi, notio non est. dic ratione territorij. Sed bene potest esse rõne domicilij, vel ratione originis, vt si sit oriũdus de his, vbi speciale domiciliũ habet, vel deliquisset, vt C. vbi d crim. agi
8 opor. l. j. & aut. h qua in prouincia. † & iste §. allegatur ad q. q si statutum viget in ciuitate, intelligatur vigere i villis, & castris. Facit ad idem s. de leg. j. l. t. & est gl. ordinaria. j. de post. l. ex ea. Facit C.
9 de restam. l. fi. † Item allegatur ein arg. q si cui concedatur castrũ,
c intelligitur etiam concessa iurisdictio castro adhærens, & est iurisdictio adhærens territorio omnis iurisdictio ordinaria, vt l. fin. C. vbi & apud quem. ita tenet Guli. hic. Dy. hoc no. in l. ergo. de
10 acq. ret. do. & hic per Cy. † Item allegatur ad q. Vicarius Episcopi non potest cogoscere de crimine sine speciali mandato. Pone, q Episcopus dicit, committo tibi curam, vel regimen Episcopatus, an videatur specialiter demãdare, vt possit cognoscere de crimine? Videtur q sic, arg. huius §. sed dic ɔ̃, vt hic, & arg. de peculio. l. quam Tuberonis §. alia. Ad hoc facit j. d offi. procõ. & leg. l. a. in fi. vbi si legatus proconsulis habet a proconsule administrationẽ, vel commissionem generalem in prouincia decreta pconsuli, tamen de causis meri Imperij nõ cognoscat sine speciali mãdato. j de offi procõ. l. solent. in prin. vbi videas. Licet enim indefinita æquipolleat vniuersali, tñ illud est verum si omniũ particularũ eadẽ est rõ: alias non † itẽ allegat iste §. ad qõnem, q si legat granũ, quod est Perusij, sub isto legato venit granũ, quod est i comitatu. qd dic. vt hic, p Gul. & alleg. j. de penu. leg. l. nã qd liquide, §. si cui. Itẽ allegat̃ p Cy. † ad q. cõcedo tibi qcqd habeo itra talem arborẽ, an contineat̃ arbor? Gul. vr̃ dicere q sic, per l. j. §. quod dicimus. j. de succe. edi. & de verb obli. l. qui ante kalendas. Et ad hoc facit iste §. io istis verbis, intra centesimũ miliare, & ipsum cẽtesimũ miliare ɔ̃tinetur. Breuiter ego dico, & pręmitto, q iste sermo est dubius, qa illa dictio, intra, põt poni inclusiue, & exclusiue: Si ponit̃ inclusiue, tũc cõtinet̃ arbor, vt d. iurib. all. p Gul. Si exclusiue, & tũc secus. Vel dic, quod aut loquitur in actu concessionis beneficij, quod est latissime interpretandũ, & tũc dictio, intra, ponit̃ inclusiue, & ɔ̃tinetur arbor, vt d. iurib. aut loquimur in his, in qb. fit stricta interpretatio ɔ̃ illũ, qui vult aliũ obligare, tunc ponitur exclusiue, & non continetur arbor, vt l. veteribus. j. de pact.

ADDITIONES.

a Meno. Et quomodo. Brun. consi. 54. nu. 4.

† Claud. Terminos vrbis. Et reformatores ciuitatis, vide Pau. de Cast. in l. j. §. hui⁹ studij. & ibi gl. sup. de iust. & iure. & vide quod ad propositum dicit Bal. in rubr. de offic. deleg in fi.

b Poma. Item omnis. Vide Oldr. consi. 121. in j. & vlt. q.

c Menoc. Item. Didac. prati, quæst. c. 1. nu. 10.

---

1 *Prælatus remotus a plătura ob eius delictũ, poterit vlterius i bonis puniri.*
2 *Tutor qui non posuit in inuentario omnia apponẽda, accusari potest, & vt suspectus remoueri, & criminaliter puniri.*
3 *Tutor qui non ponit omnes res in inuentario, an præsumatur esse in dolo.*
4 *Clausula in inuentario, q si aliqua apponenda non apposuerit, q voluit haberi pro appositis, quid operetur.*
5 *Cognitio suspecti tutoris, quando pertineat ad iudicem causarum criminalium, & quando ciuilium.*
6 *Inuentarium quod vitietur, si tutor quid modicum non apposuit in eo.*
7 *Tutor a tutela remouetur ratione doli commissi in inuentario.*
8 *Clausula, quod si qua apposuit non apponenda, vel econuerso, apposita in inuentario, quid operetur.*

1 §. Item solent. Iste tex. facit ad quæstionem de prælato, vt licet sit remot⁹ a prælatura sua ratione delicti, tñ poterit vlterius puniri in bonis, & in persona. no.
2 per Inn. in c. qualiter. extra, de accus. † In tex. ibi, quos pbare poterit, dicit duo. Primo quod tutores isti, q nõ ponũt i inuentario oĩa ponenda, sunt accusandi, & vt suspecti remouendi cum infamia.

Secundo

Secundo sunt criminaliter puniẽdi. Et cũ isto concordat ℑ. de tutore l.in cos. Sed primum non videtur verũ, quia si tutor non facit legitime inuentarium, nõ põt ei decerni administratio, & decretu non tenet, quia est obreptum prætori, vt C.de adm. tut.l.minor. l.si.C.arbi.tu. Quomodo potest ergo remoueri ab administratione, et quo iure non potest administrare? Dico, ꝙ remouetur a tutela, & non ab administratione, vt l.j.de suspe.tu.& effectus est remotionis, quia ante remotionem poterat inuentariũ conficiẽdo suscipere iterum administrationem rerum per decretũ iudicis, sed modo si potent, & sic nõ ob.ꝯrium. Potest ẽt intelligi, quod si ab initio tutor fecit inuẽtarium legitimum, & sibi legitime decernit administratio, tamẽ si postea augentur bona pupilli, q̃ ipse consulto nõ addidit in inuentario, certe ista erit iusta cã remouendi a tutela, vel ab administratione. † Iuxta hoc quæro, an tutor q̃ ñ posuit oẽs res in inuẽtario p̃sumatur esse ĩ dolo? Circa hoc rñdeo, ꝙ si tutor nullo modo fecit inuẽtariũ, & se ingerit administrationi, tunc præsumitur eẽ in dolo, vt l. tutor qui repertoriũ. ℑ. de adm.tut. Sed si aliquid omiserit, tũc oportet probari, quod ipse fuerit in dolo. Et ita est casus hic. Sed †, quid si in fine inuentarij est facta protestatio, quod si aliqua ponenda nõ posuerit, ꝙ voluit habere pro appositis, an hoc sufficiat? Respondeo nõ, si sciuerit aliquid esse in bonis, secus si ignorauerit. Vbi autem sciuerit, ista ꝓtestatio est facta mala fide, cum habeat ponere res sigillatim in inuentario, vt l.si.C.arbi.tu.& de administ.tut. l.chirographis de bon.vac.l.j.lib.x.& l.aut qui aliter.a.respon. quod vi aut clã. Sed † an cognitio suspecti tutoris pertineat ad iudicẽ causarum ciuilium, vel criminalium? Dic quod aut agitur cõtra tutorem, vt puniatur criminaliter ratione doli, & pertinet ad iudicem criminalium causarum: aut agitur, vt remoueatur a tutela, & põt dici, qđ pertineat ad iudicem ciuiliũ causarum. Et hoc videtur satis colligi hic, vbi remotio a tutela fit per vnũ iudicẽ, & remittitur puniendus ad alterum. potest ẽt dici, quod ista causa remotionis intelligitur sapere de criminali, & hac ratione posset etiam agitari coram iudice causarũ criminalium, & facit ℑ.ad Tur.l.j. §.suspecti. † Item pone, quod tutor in inuentario nõ ponit aliquid quod est valde modicum, an habeat vitiare? Ego non credo, quia defectus qui est in modica re, non habet vitiare, vt ℑ.de ędil.edic.l.cui dens, cum si. † Item vos videtis, ꝙ nulla sit differentia, an tutor sit de coniunctis, vel extraneis omnino, ideo quod dicitur in l.si tutor aliquot. ℑ.de suspe.tut. ꝙ ratione doli quis nõ remouetur a tutela, est verum, nisi dolus sit commissus in cõficiẽdo inuentariũ, vel sit dolus manifestus, vt ℑ. prox.respon. † Vlterius quæro, tutor in inuẽtario protestatur, quod si aliqua posuit non ponẽda, quod vult habere pro non appositis, & ecõtra. Modo tutor cõuenit, vt rõnẽ reddat, & posuerat in inuentario, ꝙ ipse recepit talmas lib. x. & c.iõ reddat illas. replicat tutor, ꝙ licet ipse tutor posuerit, non tamen fuit verum. Replicatur sibi, ꝙ ipse non põt hoc dicere, q̃a tenetur de his, quæ scripsit in inuẽtario, per l.si.C.arbit.tut. Iste replicat ꝙ d.l.si.habet locum, quando assertiue posuit, sed hic non posuit assertiue, quæritur modo an ꝓtestatio hoc operetur. Ego credo, quod non: quia in inuentario nitoris, lex respicit illud qđ specialiter est expressum. Vnde illa verba nihil operãtur. Ad hoc facit d.l.si.C.arb.tut.& C.de bo.proscri.l.si quis intra.

Vendere rem suam etiam minus iusto pretio, quando quis cogatur.

Nuncio iurato quomodo, & quando credatur.

§.Cura carnis.[a] Hic est bonus §.& brẽ h.d.vt victualia iusto p̃tio vẽdantur, spectat ad p̃fectum vrbi.h.d.No.quod dixi in summario. Opp.nemo cogitur rem suã vẽdere. C.de iud.l.nemo.[b] & l nõ n. ℑ.rerum amo. Sol. Pro reb.competentib.ad victum quis põt cogi vẽdere, vt hic, sed alias res nõ cogitur vẽdere, vt in ꝯrio. Opp.de l.j. ℑ.ad l. Iuliam de anno.glo dat plures sol.vltima ẽ melior. Vel dic ſm Mat. Silim. † Aut quæritur, an aliquis cogatur rem suam vendere, & dic ꝙ ñ cogitur, ut C.de iu.deli.l.nec emere.& de ꝯb.emp.l.inuitus. Fallit in casib.ibi no. Aut quæritur[c] nũquid aliquis minus iusto pretio cogatur rem suam uendere, & tũc dic, aut est tp̃s necessitatis, & caristiæ, & tunc cogitur vẽdere minus iusto pretio, ut l.a. §.in de agatum est. ℑ.ad l. Rhod.de iac.& ibi no. Aut nõ ẽ tp̃s necessitatis, & tunc aut quæritur de his reb. quæ sũt ad cõem vsum hominum, ut carnes, frumentum, & similia, & tũc cogitur uẽdere iusto pretio, ut hic, alias nõ, ut d.l.nec emere. Sed contra hoc ob. l.j.§.si. ℑ.sut aduer.nau. Vbi no. ꝙ hospes hospitem expellere non põt. Sol.vt ibi. † Et no.ibi, ad referendum sibi, quid ubiq; agatur, & sic ut tex.quod nũcio credatur.& no.per Cy.C.qui acc.nõ pos. l.ea quidem.& alle.gl.ĩ l.magis puto §.nc iñ. ℑ.de re.co & ibi no. Oppo.ad hoc l.diuus. ℑ.de cust.reo.& l.j. C.de decurio.lib.1a. sol † Dico, ꝙ si quæris de nuncio iurato,[d] an debeat ei credi de facto suo quod aliquem citauerit, & tũc debet ei credi, ut hic, & l.magis puto.§.ne tamen.de reb.eorum.dũmodo de cõmissione appareat, ſm Cy.alias ñ, ut l.si.C.de exhi.re. Ad idẽ l.a.quemadmodũ test.ape. Si uero quæris, an debeat credi de facto alieno. f. qđ talis cõmisit homicidium, tũc nõ dẽt credi nuncio, nisi alias offerat ꝓbõnes, ut d.l.j.C.de decurio.lib.12.& hoc quãtum ad maleficiu puniendũ. creditur tamen ei quãm ad hoc, ut ad illi relationem possit ĩquisitio formari, vt d.l.diuus. de cust.reo. & l.ea qdẽ, C.qui accus.non pos. Et hoc modo intelligas, ubi de hoc nuncio † habes, & eius relatione, uide inf.de iurisd.omn.iud.l.si. †

CONCORDIA.

¶ Pro concordia. Aduerte quod Bart. allegatur in hac l.j. §.cura carnis, sibi ꝯriari, eo ꝙ in l.diuus. ℑ.de re.co. uoluit, ꝙ iudex procedẽs ex offõ possit recipere denũciamẽ in testẽ, & sic prosit ad cõdemnandum, & tñ in hac l.j.§ cura carnis. uoluit ꝙ sit potẽs eius dictum ad inquirendum, non ad cõdemnandum: non tñ merẽt argui de ꝯrietate Bar.nã in hoc §.dicit, ꝙ nõ creditur nũcio extra suũ offm̃: nã si erat nũcius de citãdo, non credit̃ de homicidio, extra suũ offm̃, sentiẽs ꝙ si fuisset cõstitutus ad denũciandũ, ꝙ in leuib.nõ in grauib.crederet, & sic nõ ꝯdicit. p̃terea dũ dicit in hoc §.ꝙ non credetur ad condẽnandũ, dẽt intelligi. f.vt nõ faciat plenã ꝓbõnem, ut uoluit in d.l.diuus. aliter dici põt, q̃a dato qđ Bar. hoc diceret in hoc §.ut loquatur etiam in deputato ad denũciandũ, ut colligi põt in eius gñalitate, dico ꝙ dẽt intelligi ſm dist. q̃ ponit in d.l.diuus. f. in leuib non in grauibus, ut in deportato, &c.

ADDITIONES.

a Cura Carnis. In j.opp.vide quæ habes ad Bar.in l.nec emere. C.de iure delib.

b L.nemo. Adde Bal.in l.j C.de Epis.aud.vide Bar.& qđ ibi scripsi in l.annonã. ff. de extraor.cri.& Bal.in l.itẽ si verberatũ. §.j.inf.de rei ven. Bal.& Ang. in l.si pẽdentes.§.si quid cloacarij de vsuf.& ibi tex.& Bart.in l.venditor.§.si cõstat.inf. comu.prę́d. Doct.in c.j de emp.& vend.no. Bar.in l.j.C.de fru.vr.Const.lib.12.

c Paris. Aut quæritur. Vide an quis cogatur vendere etiam viliori pretio, Barba.in c.j.extra, de emp.& ven.& ibi ponit de pęna illorum, qui falsificant merces, quę venduntur, vt frumentum, & similia.

† Cl.a.Sol.vt ibi. Adde, ꝙ materia huius §.hr̃ p gl.Cy. & Bal.in l.j.C.de Epis.aud.

d Nuncio iurato. An credatur nũcio iurato, dicẽti se citasse aliquẽ, & qualiter, vide Cy.in l.j.C.de dil.& qđ dixit late Bart.in trac.de cit.& videq̃ dixi in l.j. de i * ius vo.oĩno vide Bar.& qđ post eũ dixi in l.si.C.de exhi.re.& in l.eum qui. §.si. inf.com.& ibi dixi. vide Inn.c.nouit.& Io.Andr.de offi.deleg. in rep. l.si vacantia.in prin.de bo.vac.lib.10.Bar.in extrauã.ad reprimẽ.in ver. ꝑ nũciũ. & ibi ẽt q̃rit qđ si nõ est iurãs. Et vide Bar.in l.præses.de offi.præsi.& qđ si sit infamis, & quando credatur nuncio citanti, & sine scriptura, vide no.Barto.in l.si palatinos.C.de col.fun.fis.li.11.& ad Bar.hic adde Bal.& Ang. in l.2.de anna.exce. & an nũcio credat̃ de cõmissione sibi facta a iudice, vide Bald.in l.si. C.de exhi.re.Bar.hic per Ange.in l.hęc aũt.§.j.q.b.ex cau.in pos.ea.adde an credat̃ nuncio iurato, Ro.cons.497.Pau.de Ca.cõs.a25. Et ad Bar.hic dũ dicit, ꝙ de cõmissione iudicis dẽt apparere in actis, adde Are.in c.j.extra de iud. *Meno.Mod.Paris. trac.de vsur.nu.304.circa med.late Tiraq.de retract.consan.in proę.nu.48.

Adde, ꝙ nuncio creditur dicenti se citasse, sed non dicenti iudicem cõmisisse, vt per Fel.in c.j.col.6.ver.quarta conclusio.& in c.ad petitionem.col.penul.ext. de accusatorib.vbi no.an credatur nuncio.ibi adducit quam plures remissiones.

Limita, nisi recipiatur in testem, quando non procedit iudex super denuncia, sed propter illam format inquisitionem, vt per Bar.in l.diuus.q.pe.inf.de cust.re.

e Poma. De commissione. Vide Fel.c.proposuit l.de probat.& c.post remissionẽ.e. cit.Cæp.cons.4.in j.dub.Pan.in c.j.4.no.de iud.& ibi Aret. Meno.Ripa in c.1. de iud.Alc trac.ꝓsump.reg.3.p̃sump.14.nu.8.Are.cons.33.nu.3.ver 4.ꝑmitto.

† Clau.l.si. Adde etiam multa bona, quæ ponunt Panor.Imo.& Præpos.in c.cum parati, post gl.de app.

LEX III.

Præfectus. Intelligas, quod nec citare, nec iudicare extra territorium potest, sed potest delegare extra territorium, & hæc est vera lect.

De officio quæstoris. Rub.

LEX VNICA.

ERigo. Primo ponit vnde sumpsit quæstor originẽ. Secundo dicit, quod sit eius officium, & vnde fuit. Secunda ibi, ex quæstoribus.

De officio prætoris. Rub.

LEX III.

1 *Dignitatem petere, quando quis possit, & pro ea pecuniam promittere, & in repe.nu.2.*
2 *Error cõis, quãdo faciat ius. & in rep.nu.7.& q̃uo hoc colligatur, nu.9.*
3 *Barbarius in casu huius l.fuit liber, & in rep.nu.6 quod non.*
4 *Barbarius in casu huius legis, quod fuerit prætor, & in repe.ẽt n.3.qđ non.*
5 *Acta facta coram iudice minus idoneo, an valeant, & nu.6.*
7 *Instrumenta confecta ab eo, qui diu se gessit pro tabellione, an valeant. & in repe.nu.8.*
8 *[illegible]esta per iudicẽ qui postea apparet excõicatus, an valeant, & in rep.nu.9.*

BArbarius.[a] Hæc ẽ bõa, subtilis, & solẽnis lex,[b] & legitur dupliciter. Vno mõ ſm gl.alio modo ſm Vltra & ſm gl.diuiditur in 4.p. Primo ponit thema. Scdo ponit vnã q. & rñsionẽ ad eã. Tertio ponit aliam q.& eius sol. Quarto ponit aliã q.& eius solutionẽ. Scda ibi, & tñ videamus. Tertia ibi, quid dicemus. Quarta ibi, sed & si sciuisset.[c] Et ſm gl.brẽ h.d. Agitata c̃p p̃torẽ minus idoneum, vt puta seruili macula aspersum, tenent, & valent ob publicã vtilitatẽ: immo plus, q̃a si seruus electus fuerit p̃tor, liber & p̃tor dr̃ fuisse.h.d.ſm gl.legitur.& alio modo ſm Vltramõ.vt dicã. Et no.ſm hanc lec.quod Barbarius olim seruus, & prætor creat[e] fuerit vere prætor, & quod error cõmunis[d] facit ius propter publicam vtilitatem, & agitata coram iudice incompetẽti valẽt, & hoc

hoc propter publicam vtilitatem, de æquitate iste liber fuit. Et sic no. quod ex iusta causa potest Imperator, vel ciuitas seruum alienum manumittere. Venio ad gl. & opp. ad lect. glo. dicitur hic, quod Barbarius petiit prætoriam dignitatem, & prætor fuit, immo incidit in l. Iuliã ambitus, vnde obstat totum ff. ad l. Iuliam ambitus, & C. ad l. Iuliam ambit. per l. j. per totum. Glo. soluit multis modis. Vna solu. est, quod licet non debuerit peti, tamen petita ualeat, & teneat, ar. l. j. §. j. quando appel. sit. Hæc solu. videtur contra l. si quenquã. C. de Episc. & cler. Vel dic, dicit gl. quod hic Barbarius petijt officium publice, & palam, non tacite vel simoniace, & ideo tenet, & non incidit in l. Iuliam ambitus, argu. l. primæ. §. j. de polli. Hæc videtur bona, licet gl. eam non teneat. Vnde dicit, quod officium fuit petitum in ciuitate Rom. in qua lex Iulia ambitus, non habet locum, vt l. j. ff. ad l. Iuliam de amb. Tu dic, quod hæc sol. obtinet, quãdo

1 Princeps esset in vrbe, & officium peteretur ab eo, quia in eo nulla cadit suspicio. Ita debet intelligi l. j. secũdum Iaco. But. Secus si peteretur a populo, vt ibi, quia tunc obtineret secunda sol. huius glo. quæ est Ioan. Opp. dicitur hic, quod nõ incidit in l. Iuliam ambitus, si a Principe petatur immo a quolibet petere non licet, vt l. si quenquam. C. de Episc. & cler. Sol. Ibi loquitur de dignitate spirituali, prædicta in tẽporali. Op. ad hoc de §. cogitatio igitur. & §. j. in cor

1 po vt iu. sine quoquo suffr. Et ideo dicas, quod † aut petitur publice, & bona fide, & sine pecunia, tunc est licitum, vt hac l. Aut petitur dignitas, & pecunia promittitur, & tunc aut quæris de dignitates spirituali, aut de dignitate temporali. Primo casu non est licitum, vt d. l. si quenquam. & in corpore, quomodo opor. Episc. §. j. Secundo casu, aut dignitas habet secum iurisdictionem annexam, aut non: Primo casu, non est licitum petere, neq; pecuniam promittere, vt d. §. j. & d. §. sed neque. Secũdo casu dignitas peti potest, & pro ea pecunia dari, vt ff. de pollic. l. j. §. j. & ideo inter hos casus videtur, quod quãdo dignitas habet iurisdictionem in se annexã, præsumitur quod propter pecuniam promissam grauaret subiectos suos, quod non est in alio casu, vt colligitur in d. §. j. secundũ Pet. Opp. dicitur hic, quod agitata coram eo valent. immo videtur quod nõ, & error communis non facit ius, vt s. de legi. l. quod nõ ratione. Solu.

2 hoc contingit propter pub. vtilitatem, vt colligitur hic. † Op. im-
e mo error[e] facit ius etiam si non sit communis error, vt ff. ad Maced. l. 3. in prin. Pro cuius sol. dic secundum Ia. But. quod aut publica vtilitas suadet, quod error communis habeatur pro veritate, & tunc facit ius, vt hic. Aut publica vtilitas suadet, quod error cõis non habeatur pro veritate, & tunc non facit ius, vt d. l. quod non ratione. Aut publica vtilitas non suadet pro, vel contra, tunc aut errans vult damnum euitare prætextu erroris, & tunc communis error facit ius, & pro veritate hr, vt d. l. 3. in princ. ad Maced. Ad idem l. Zenodo. C. ad Macedo. aut illius, qui errat, interest potius, quod error non hr pro veritate, & tunc pro veritate non hr, vt l. 1. §. fi. quãdo actio de peculio est annalis. & l. fi. de hær. insti. & hæc sunt no. verba. Opp. quod immo acta coram eo non valeant, vt l. qui aliena. § qq. ff. de ne. gest. Sol. hic fuit legitime factũ. secundum gl. & ideo facta coram eo valent: ibi nõ erat legitime factum, quia ibi non erat tutor. Opp. dr hic, quod non retractatur, licet postea seruus appareat, immo ex casu superueniẽ-

t tet retractari, cũ ad eũ casum peruenerint a quo incipere non
p potuissent, vt ff. de arbit. l. non distinguemus. §. sacerdotio. Solu. vt dixi s. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. l. patre furioso. Opponitur, dr hic in fi. multo magis. immo pariter, vt l. 2. in fin. C. de ado. Sol. dicit gl. iõ h. d. quia Princeps facilius hoc concedit, quam pop. Rom. nõ quod hẽat maiorem potestatem, licet alia sol. sit secundũ Doct. & hæc est bona. Opponit de l. si priuatus. ff. qui & a quib. vbi non pt alienum seruum manumittere populus. Sol. Ex iusta causa pt populus alieno seruo dare libertatem, vt hic, & in l. j. & 2. C. qb. ex cau. serui pro præmio liber. acc. sed ad pretium tenetur. Opponitur, dicitur hic, quod fuit liber, & sic prætor, secundum gl. tamen ob. l. Herẽnius. de decur. & l. moueor. C. de seruis expor. quia cũ Barbarius sit inuentus seruus, præsumitur tempore retro acto fuisse seruus. Timore huius cõtrarij Vltramõtani recesserũt a lect. glo. & intelligunt, quod ista lex ponat vnam q. tantum. s. an agitata coram Barbario teneant. Et secũdum hoc diuiditur hæc lex in quinq; partes. Nam prima ponit quoddam thema. In 2. quædam circũferentia ad q. mouendam. In 3. ponitur q. In 4. qõnis solutio. In 5. ponuntur duæ rationes. Secunda ibi, sed nihil. Tertia ibi, qd dicemus. Quarta ibi, & verũ puto. Quinta ibi, hoc enim. In summa h. d. secundum hanc lect. Agitata corã prætore minus idoneo pp publicã vtilitatẽ, & propter authoritatẽ creantium eũ in prætorem, tenent, & valent. h. d. Et sic differt a lec. gl. quia hic nõ dicit, quod fuit liber, vel prætor. Tñ pro huius declaratione, vt sciamus quæ sit verior

3 lec. † Quæro nunquid iste fuerit liber. Et tenet glo quod sic, maxime ne homines decipiãtur legis authoritate, vt l. j. C. de his, qui ve. ætã impetra. Vltram. vt Pet. & Iac. de Rauen. Cy. & Gul. de Cu. tenẽt contra gl. primo per l. j. & 2. C. si ser. aut liber ad decu. aspi. li. 11. Præterea dicunt, quod est casus de hoc in l. nõ mutant. C. de lib. cau. Itẽ & si seruus militat, non est liber. l. super seruis. C. qui mil. pos. lib. 12. Præterea si fuisset iste liber, fuisset verus prætor, & acta corã eo de rigore iuris valerẽt, & tñ tex. hic dicit, quod de æquitate valeant. Et ex hoc ipsi cõcludũt, quod nõ fuerit liber. & hoc est fortius contrariũ. Quid dicendũ? Dico quod gl. bene dicit, & Ia. But. tenet eam hic. Nõ ob. l. j. & 2. C. si ser. aut liber ad decu. aspi. Et est ratiõ quia hic fuit liber pp authoritatẽ pop. Roma. vel Principis, qui hoc ex cã potuit facere, vt dixi in contrario, sed in l. contraria seruus aspirauit ad dignitatẽ sine authoritate alicuius superioris, & in l. infra hoc operatur publica vtilitas, & superioris authoritas. Et eodẽ modo rñde ad l. nõ mutant, & d. l. super seruis. Nõ ob quod ipsi dicunt, quia si fuisset liber, de rigore iuris agitata valuissent, secundum Iac. quia de æquitate dicitur liber, & prætor fuisse, & eadem æquitate, agitata corã

4 eo valent, vt in gl. & tex. † Quæro, vtrum Barbarius fuerit prætor? Et determinat gl. quod sic. Vltram. contra per l. Herẽnius. ff. de decur. quia in eo statu quo te inuenero, te iudicabo, vt l. moueor C. de ser. ex por. Sed Barbarius fuit detectus seruus. ergo vr fuisse seru[9], & sic non prætor Præterea dicit tex. eũ functũ prætura, nõ dicit quod fuerit prætor Præterea, si fuisset prætor, nõ eẽt necesse qd de æquitate valerent acta, quia de rigore valerent. Et ex his concludunt contra glo. Dico tñ, quod gl. bene loquitur Non ob. contrariũ primũ l. Herennius quia solue, vt in gl. Ad l. moueor, rñde vt gl. Non ob. tex. dũ dicit, eum functum prætura, quia secundum Do. Iac. est quædam decisio, quia bene sciebamus, quod ipse erat functus prætura, vt in tex. Dicere. n. quod non iure fuit vsus prætura, esset stultitia, immo fuit creatus prætor, & iurisconsultus rñdet ad ius, non ad factum, & dicit quod fuit prætor. Non ob. quod ipsi dicunt, quod acta de rigore valerẽt, nedum de æquitate si fuisset prætor, quia rñdeo, vt in præcedẽti qõne. Quæro, nũquid acta corã eo valeant? Ista qõ non est dubia, quia acta valent,

5 vt hic vr pro tex. Et in hoc oẽs cõcordãt. † Quæro, quæ est rõ quod acta per iudicem minus idoneum, valẽt? Iac. de Rau. & Gul. dñr, quod hic est duplex rõ. Prima, authoritas Principis, vel populi creantis hunc prætorẽ, vt in ver. cum etiam. Secũda ratio fuit publica vtilitas, ne tot acta coram eo pereãt. Et hæc secunda rõ probatur ibi, an fore, &c. Pet. & Cy. post eum tenent, quod fuerit vna rõ. s. publica vtilitas, ne actorum multitudo periret. Et huic opinioni ap-

6 plaudit Dy. vt in c. j. in 7. q. extra, de reg. iur. lib. 6. † Et sumit arg. ad
f qõnẽ. Pone, aliqs gessit se diu pro tabellione, [f] & multa instrã, & acta confecit, postea apparet ipsum non fuisse tabellionem, quia
g non habebat priuilegium, an facta per eum valeant? [g] Dic secundum Iacob. de Rauen. & Gul. de Cu. hic, qui dicũt, quod hic fuit duplex rõ, quare instrumenta facta, & acta per eum nõ valent: quia licet fuerit vna ratio. s. publica vtilitas, tñ alia cessat, vt authoritas eius, qui potuit hunc creare tabellionem Pro hoc allegat Gul. l. actuarios. C. de numer. lib. 12. Tu dic. quod instrumenta valeant tenendo opi. Pet. quam in simili tenet Cyn. in c. j. Pro hoc videtur text. in Auth. de tabellio. §. pe. in fi. ibi, documẽtis propter vtilitatem contrahentium non infirmandis, vt in Authen. de tabel. collat. 4. Non ob. d. l. actuarios. quia loquitur in certis exactorib. pecuniæ publicæ, qui sine licentia Principis hoc non possent. Et ita eã intellexit Gul s. de adop. l. non aliter. & ibi dixi, & in l. nec ei. §. eorũ.

h Item prædicta [h] sunt in arg. ad q. † quod si corã iudice sunt multa agitata, licet postea appareat excommunicatus, acta valent. Et idem in prælato, qui multa administrat, vt valeant, quæ facit: licet appareat postea ipsum non fuisse idoneum. Vide quæ dixi in l. 2. C. de senten. & no. in c. sciscitatus. de rescr.

ADDITIONES.

a Pom. Barbarius. Vide de materia Fel. in c. cũ dilecta. de rescrip. Fed. in cons. 202. Pan. in c. dilectus. de præb. in c. sciscitatus. ibi Fel. eo. tit. & Ale. cons. 76. vol. 2. vbi inquit, quod non habet locũ in iudice delegato, & aliquid notandum per Alex. cons. 88. eo. vol. Men. Ant. Augusti. lib. 2. emen. c. 1. Cuisc. in prat. pag. 9. 10. Paris. Quod ista non sit lectu. Bar. tenet Ale. cons. 138. vide de materia quam habes ad Bar. ins. in seq. apost.

b Solennis lex. Hanc l. limitat Inn. in c. nihil. de ele. in gl. 1. in ver. administrẽt, &c. quia intelligit hanc l. qñ iste Barbarius Philippus fuit electus prætor, & confirmatus, dato quod inualide, quia per ipsum gesta valẽt, tñ secus si propria authoritate intrasset præturam. faciunt no. per Bar. in suo trac. represa. in 5. q. 2. q. principalis. Item ad hãc l. vide Inn. in c. cũ sup. de offi. dele. Io. And. in cap. mora. de reg. iu. li. 6 in nouel. & quod dixi post Bar. in l. Herennius. inf. de decu. Itẽ limita, vt per Doc. in c. ad probandũ. de re iud. & quod no. Bald. in auth. habita. C. ne fil. pro pa. uer. sequitur in tex. dignitate, &c. Itẽ singularissime limita hanc l. ut per Bal. in l. nihil. de manu. vin. & de hac l. not. Bal. in l. non mutant. C. de lib. cau. tñ ibi all. Imo. in c. nihil. de ele. & ẽt all. & limitat Bald. in l. 2. C. de sen. & de materia huius l. uide late per Iac. de Bel. in disp. quã ponit in l. 2. C. quõ, & qñ iudex. adde quod Inn. & Ant. in c. cũ dilecta. de rescri. facit differẽtiam, an vna cã cõmittat, an multæ: primo casu nõ hẽt locũ lex, Barbarius Philippus, sed Io. de Imo. ibi vr tenere contrarium, per l. 2. C. de sen. cum quo Bal in l. non dubium. de leg. & vide Bal. in d. l. 2. in princ. & Imo. & in l. quidam. de re iud. cum d. l. 2. concordat tex. 3. q. 7. §. tria. ver. uerum. Item ad materiã huius l. uide ẽt Bar. in trac. de tyrannide, in 11. q. per to. Cal. q. incip. ex cõi. vbi cõcordat cũ cõi opi. Io. And. in regula, beneficium. de reg. iur. in merc. & in regula, mora. in merc. Io. Andr. de instru. edi. §. restat. ver. & scias. Pet. de Anch. in regula, accessorium. 5. opp. Bal. in l. non dubium. de leg. Guido de Suza in l. decernimus, & ibi Cy. C. de sacrosã. eccle. & no. Bald. in l. 1. ad fi. C. qui & aduer. quos & limita, nisi semel Barbarius Philippus fuisset depositus, quia postea in possessione tolerari nõ dr qui est intrusus. Vide Bal. in l. pe. de pig. act. Imo. in c. qualiter, & quando. de accu. Bald. in l. nihil. de manu. vin. Et quid si Barbarius fuisset a superiore confirmatus, alii tñ non reputant ipsum pro tali, vide Bald. in l. 1. ver. nunc de quinto puncto. C. de ser. & aqua. vbi dicit, quod hic concurrunt tria, authoritas superioris, cõis error, vtilitas pub. l. 2. C. de ser. & aqua. Idẽ dicit si cõcurrat cõis error, & publica utilitas, vt patet in occulte ex authorato, iuxta no. in Auth. de tabel. § pe. Vide ibi late. vbi ẽt dicit, quod licet cõis opi. firmet gesta per Barbarium, non tñ firmat eius personã, quin detecta veritate sit amouendus, & ibi ipse allegat Inn. in c. nihil. de elect.

ς Barba-

c Barb. Agitata. Quid in delegato. Vide Inn. in c. cum dilecta. de rescrip. vbi dicit, quod non habet locum in delegato. contra tenenten̄ ibi, per l. 2. C. de sen. & i. tecto. om in. vide Car. ibi, qui allegauit Bar. in rep. huius l. vide ibi Doc. Bar. tenet contra Inno. vide ibi Ant. & pondera, quia hic erat error communis, & ita erat in d. l. 1. sed in d. c. cum dilecta. non erat error communis.

d Error communis. Vide per Bar. in l. 2. de sup. leg. & in l. 1. C. de testib.

e Opinio error. An, & qn̄ cōis error excuset, limita, vt per Bal. in l. nihil. C. de magistr. & qn̄ cōis error habeatur pro veritate, vide Bal. in l. j. in 4. q. C. de testa. omnino Bal. in l. 2. C. de sen. Iac. But. in l. 1. de test. & ibi per Fulg. qui transit cū Iac. Bar. & Cy. in d. l. decernimus. C. de sacros. eccl.

Pona. Et sumit argumentum. Vide Card. consi. 74. Alex. cons. 138. vol. 1. & in l. 1. C. de test. & ibi Pau. de Cast. Ale. consi. 1. vol. 2. vbi inquit, ꝙ bannitus, diu solutus in ciuitate, nō poterit offendi, stāte statuto, ꝙ bānitus possit impune offendi, q̄a talis tolerātia vr̄ ei securitatē p̄bere, & si q̄s gessit se pro locū tenente alicuius superioris, eo sciente, & patiente, ꝙ superior dr̄ tacite sibi hoc mandare, & q̄ requirantur ad hoc, vt qui gessit se pro tabellione, &c. vide ēt Ale. cons. 80. vol. 1. & 113. e. lib. vbi ponit, quæ requirantur ad hoc, vt ille, qui se gessit pro tali, habeatur talis in aliquo officio, & de ista q. Bar. hic vide Anch. consi. 203.

Ad q. de eo, qui reputatur tabellio, vide Bal. hic, & in l. 1. C. de eman. lib. & in l. C. de fideicom. & Ang. in Auth. de hæred. & fal. §. si vero expressim. Ant. & Abb. in c. 1. de fi. instr. vbi referunt doctrinam Inn. vide quæ dixi in com ment. de fi. instr. vide Bal. in d. l. actuarios.

Bar. Adde, an, & qn̄ error cōis facit ius, ꝙ plene no. Do. Ias. hic post alios, col. 5. in prin. reg. & fal. & vide Ale. in consi. 128. incip. opportune considerans. col. 4. in 1. vol. & no. p Car. in cle. j. in §. j. q. 13. de reg. & Soc. in consi. 59. inc. viso ele gantissimo. col. 2. ver. circa quartam, Ang. de Are. in §. sed c aliq̄s. Insti. de test.

f Tabellione. Vide Bal. in l. j. C. de test. & in l. 2. C. de sen. & hic, vide q̄ hr̄ i l. Herennius. de decur. & ibi dixi, vide in l. actuarios. C. de num. & act. li. 12. Bal. in l. 1. C. de fideic. Adde tu, & vide Ale. in consi. 138. versi. ex quib. apparet, in 1. vol. & ibi dicit communem opin. esse contra Bart. hic, & quod in ista parte, ista non est lec. Bar. Pro intellectu l. actuarios. C. de num. lib. 12.

g Pars. An facta per eum valeant. Vide in fini Cum. consi. 62. inc. In Christi nomine amē. Visa copia. vbi loquitur de quodam notario, qui fuit priuatus officio tabellionatus, & postea perseuerauit per multos annos, conficiendo instr̄a, & publice tenebatur pro notario legali, an instr̄a ab eo cōfecta post tale tp̄s valeant? vide eundē consi. 153. dū loquitur de eo, qui ut princeps reputabat, ꝙ oīa p eū gesta valerent, de quo vltimo vide eundem cons. 258. 1. dub. in ver. at si primū. & circa notarios, qui diu exercuerunt se pro notarijs, & Comites Palatinos, vide Ale. in consi. 138. quasi per totum. Itē, ꝙ r̄a huius l. ꝙ sn̄ia sustineatur pp cōem errorem, limita non procedere, qn̄ illi inter quos lata esset sn̄ia, significassent veritatem aliter esse. Ia Roma. sing. 70. incip. l. Barbarius. Pan. in c. dilectus. ext. de proba. Item ꝙ ista r̄a procedat solum fauore publicæ vtilitatis, non autē in actib. priuatis, Ro. consi. 56. Item, ꝙ sicut cōis error facit ius, idem fit in errore Principis, vide Bald. in c. 1. de feu. guar. An āt si cōis sit opinio, Titium esse mortuum, & filius eius facit testm̄, an valeat tale testm̄, vide Ale. consi. 227. & ibi ēt ponit, qd si aliquis cōi opi. reputetur sanæ mentis, & sit furiosus, ex cōi opin. ꝙ inducat iustam cām credendi, vide Bar. in l. fi. inf. de hær. inst. Ite circa ea, q̄ dixi sup. de notario, q̄ diu se exercuit, vide latissime Barb. in rep. rub. de fi. instr. vide etiā de materia huius l. Fel. in c. sciscitatus. ext. de rescr. & ibi in versi. valet potius, ponit an ista hēat locum in iudice delegato, & latius de materia vide eundem in c. cum dilecta. in ver. l. Barbarius. ext. de rescrip. an aūt procederet ista l. si iste Barbarius potuisset esse pretor, sed nulliter aut minus legitime fuisset electus. vide Bar. & ibi Ale. in apostil. in l. actuarios. C. de numerarijs. li. 12. Item materia huius l. vide omnino per Pau. de Eleaz. in consi. 498. inc. in qō. vbi ponit, si aliq̄s paganus, vel Iudæus reputabatur Christianus, & erat publicus vsurarius, an testamentum ab eo factum valeat? Vide ēt in materia Aegidium. 2. q. inc. Titius. vbi ponit de Archidiacono electo, & confirmato, qui positus fuit in possessionem, & administrauit, sed postea in cā appellationis fuit confirmatio reuocata, an per eum gesta anterius valere debeāt. vide de materia notarij, qui se exercuit diu, Ias. hic latissime, & Fel. in c. 1. de fide instrum.

h Item prædicta. Adde no. in c. sciscitatus. de rescr. Bar. in l. 2. C. de sen.

Adde an instr̄ facta ab eo, qui non est notarius, sed cōiter reputabatur, valeant, & teneant, per Fel. in c. j. col. 1. ver. item requiritur. ext. de fi. instr. vbi sequitur opi. Bar. & adducit plures concor. sed contrarium tenet dom. Ias. hic. vbi plenissi. examinat istam q. 9. col. ver. extra gl. vbi concludit, ꝙ cōis opi. est contra Bar. & seq. huius tamen istam communem opin. plurib. mod. vt hic per eum.

Hæc repetitio non est Bar. sed Bal. vt cuilibet intuenti Cōmētaria Bal. hic, apparere potest, & testatur Iason.

LEX XXIIII.

1 *Simonia non habet locum in curia Romana.*
4 *Acta per Barbarium, an valuerint, & quare.*
Quasi possessio in temporalibus, quando valeat.
5 *Iurisdictio delegata potest tripliciter considerari.*
10 *Contractus facti a prælato non legitimo, quando valeant.*
Gesta a tutore non legitimo, non præiudicant domino.
11 *Apostata facta promotio per Papam, non valet.*
12 *Papa promouens scienter apostatam, vel aliter inhabilem, videtur dispēsare, secus inferior.*
13 *A prælato putatiuo ordinata per modum legis, quando valeant. & nu. 15.*
14 *Sententia spiritualis episcoporum putatiuorum, quomodo liget.*
16 *Notarius remotus ab officio, potest vetera instrumenta ante remotionem per eum confecta, publicare, & perficere.*
17 *Notarius pendente iudicio de falso, poterit instrumenta conficere, licet honestius faciat si se abstineat.*
18 *Acta facta coram episcopo translato de vno episcopatu ad alium ignoran ter, quando valeant.*
20 *Opinio quando præferatur veritati.*
21 *Legitime factum ex superuenienti casu non retractatur.*
22 *Dignus ex fama quis præsumitur, item innocens.*

a Diem functo. a Hæc lex diuiditur in duas partes. Primo loquitur in præside mortuo, durante officio.Secundo loquitur in præside fm vnam lect. vel in assessore fm aliam,vel vtroq; remoto durante officio fm nos.Secunda ibi, diuersum. Et princ. legit trib.modis. Vno modo, b quod loquatur in salario præstādo assessori & soli. Alio modo,quod loquatur in salario pstādo assessori & hæredibus defuncti præsidis. Tertio modo,quod loquatur in salario præstito ipsi præsidi,& eo mortuo per hæredem præsidis, præstando ipsi assessori, Item alia pars habet duas lecturas , quia vno modo intelligitur in assessore remoto ab officio.Alio modo intelligitur in præside, prout in præside remoto,& intelligit duob. mo. Vno modo quod fuit remotus præses ob culpam assessoris. Alio modo pp suam culpam, & sic tractatur de salario assessoris. Et allegatur lex ista in at ad qōnem, quod licet Potestas in aliqua ciuitate decedat ante completum officium, hæredes eius nihilominus petere possunt totū salarium,qa per eum non stat,quo minus seruiat toto tpe fm Guli. c ibi,cum per eum.&c.Credo quod bene dicat,sed hæc lex nō facit. Nam loquitur qñ moritur ille,qui dēt dare:Qō autem nostra est,qñ moritur ille cui debetur. Vnde di co, quod hæc lex nihil facit.Sed est verum per aliam legem,f per l.j.§.diuus.ꝫ.d var.& extraord.cog.quæ hoc expresse dicit,ideo tene quod ibi dixi. Et no.d d tex.& quod hic dicit,debetur,&c. Intelligo p hæredem præsidis, qui assessores conduxit. Et quod dr in tex.fuerint. intellige, quod vacuum tps prodest assessoribus, & cōtinuatur cum tpe quo seruiuerunt,quia lex fingit eos seruiuisse,cū per eos non steterit.Sed vbi operas suas alteri locauerunt, per eos stetisse vr, cum se obligauerunt alteri, nec possunt simul esse assessores, & seruire duobus, ergo non fingit lex eos seruire duobus, quia est impossibile. Similis no.in l talis scriptura.in fi.ꝫ.d le.j. Et quod dicit ante tē pus accipit,dic ipso remoto pp culpā,vel dolū nam nec sibi debetur integrum salarium,nec assessoribus a se,quia in dubio pñi minus remot pp culpam assessorum,& sic per assessores stetisse vr. Alij hic aliter,& ista lectura pōt & sustineri,qa si pñes pp propriū dilictum sine culpa assessorum est remotus ab officio, quod totum 2 salariū assessorib. dēbeat,et si alijs locauerit operas suas.† Ego autē reuoco in dubium vnam lec.huius legis hoc mō,pñās offō durāte decessit, an hēdes eius petere pñt totum salariū? Et loquor vbi nō apparet cōuentio inter partes,vt l.j §.si conueniat. ꝫ. depositi. Quid ergo erit,an hæredes petant salarium tot⁹ tpis? Gul.dicit,q sic nam cū ptās,vel pses non elegat,nisi pro semestri, vel anno.ad instar aduocati,hēdib.eius debentur p anno illo , quo decessit. Allegat gl.l.post duos.C.de adu.diuer.iu. Ita intelligit hic fm vnā lectu.Alij Doc.reprobāt istā gl.& in hac opi.est d. Bertran.de mōte Faustino,quod nō debeat nisi pro rata tpis. Allegat rōnem,quia salarium,& tps diuidibilia sunt,vt l.Seio.§ i.ꝫ.de ann.leg. Scdo per istā rōnem, qa casus cōtingēs in psona vnius, nō nocet alteri,vt l. fi qs.i.C.de fund. &c d.l.fi qs fundū.§ Imperator.ꝫ.locati. Tertio p casum l.j.C.de re mil.lib. 12 vbi dr,quod hēdib. stipendiarij, qui decessit,nō dētur stipēdiū, nisi p rata tpis quo seruiuit ipse stipendiarius.Item p aliam rōnem, qa spāle est in domesticis,& defensorib.quod ist ud transmittat ad hēdes,vt l.fi.C.de dome.& protec.l.12.ergo in 3riū est ius cōe,vt l.pennonē.§.qñ autē.C.de adnoc.diuer.iu. Quid dicemus? Gl.hic.& l.j §.diuus.de va.& extra or.cog.tenet 3rium opi. prōnes pdictas.ego addico aliā rōnē,qa pnūquod petit,non debēt aū,sed post operā.qa opa futura nō est in terū nā,ergo pmissum pro ea, pdōne hēr,vt l.interdū, & l.si a colono.ꝫ.de verb.obl.& et quo ad acqsitionē,vt l. led & si qs.ass ladhuc.§.si opas.ꝫ.de vsufr.& l.si seru cōis.§.fi.de stip.ser. Sz gl.e pdōnale est,non transmittit ad hēdem,sed vnū facit me dubitate pro opi.gl.q vr magis eqna p illā legē,nam cum pleq teneat solne re ipsis assessorib. & famulib. integrū salarium, ergo ipsi psides debent integrum recipere. Esset.n.inconueniens, quod ipsi tenerent infolidū,& reciperent partem. Ad 3rium rñdeo, quod qfiq; debet salariū intuitu suæ psone,& aliorū,vt in salario quod debet Præsidi,& Potestati,quod debet sibi intuitu sui,& officialiū suorum,n quonr psona no superuenit impedimētum , & ita loqtur a ista glo. † Sed quæro de potestate qui no est ingressus officiū, sed se parauerat ad veniēdum. Videtur quod idem dici debeat,quod in ingresso,vt l.cū vero.in si primi mis.ibi,q n.&c.ꝫ.de fi.leicō,liber. Et dic,aut ille fuit ingressus offm p aliū,quē misit p necessitate astāte,fm no.in Auth.de coll.§.ad hoc id phibemus,& hr per inde ac si fuisset ingressus. Aut nō fuit ingressus p aliū, & tūc nullo mō debet ei salariū. Hoc pbo. Primo p l.si pecuniā.ꝫ.de cōdictione cā da. Scdo p rōnē,qa reqrit q aliquo tpe seruiat,vt l.q cōcubinā 3 § vxori.ꝫ.de leg.2.sed iste nullo tpe seruiuit.ergo &c.† Itē qro,qd in remoto ab offō rōne suę culpe,an dēat hēre salariū? Dic br,aut qris,an dēat hēre salariū totius tpis. Et dico,qd nō. Aut qris p eo tpe quo seruiuit. Et dico qd sic:qa, vt dixi,pecunia, & tps sūt diuisibilia,l.Seio amico,pall.† Itē pone,quod remotus est ptās ab of 4 e ficio,an assessor poterit petere salariū totius tpis? dic aut est remotus expsse cū tota familia, & assessore, & tūc assessor nō dēt hēre salarium, qa ista remotio expressa culpæ eorū annumerat, vt l.si merces.§.culpæ,locati.& l.pe.ꝫ sol.mat Aut solus Potestas est re f motus, & tunc distingue . Aut est remotus pp delictū suum proprium,vt pp furtum,& barattariam,& tunc debetur assessori salarium. Aut pp culpam assessoris,& tunc non debetur. Aut dubitatur,& præsumitur assessorem fuisse culpabilem,quia e us officiū consistit in asserendo,seu assidendo sibi Vnde omne factum,vel negocium itelligitur factum ab assessoribus, fm Cy. & est glo.fi. 5 hic.† Quid in aduocato? Dicit gl debetur salarium illius anni,vt l.post dnos.C.d aduocatis diuersorum iudi. Sed posito, quod esset verum in aduocato,cui debetur salarium annuum,quid si nō annuum,sed certæ litis tātum? Videtur quod admittatur ad totum, & quod eius hæredi competat petitio.& retentio. Et hoc sequendo opi gl sed sequendo opi.aliorum, nō debetur, nisi pro rata temporis. Et loquor d salario promisso a parte,nō a publico. De quo in d.l.post dnos. Et sic dicunt, quod salarium debetur pro rata tēporis,nisi pro labore debeatur salarium,ita quod pro rata laboris, 6 vbi labor debetur,cum labor recipiat diuisionē,vt d.l:Seio.† Sed an assessores durent mortuo præside vsq; ad aduentum successoris? Dic quod non;immo oportet quod alius subrogetur,vt C.de officio eius,q vicē alterius gerit.l.j. Et est rō,qa si durarent assessores,deberet eis salarium,nec procederet, quod hic dr de locatione operarū, qa non posset assidere in alio præsidatu , durante officio eodem,vt no.C.eo.d.tit.l.nemo.la.2. & ibi gl. No.ex hac lege, quod si moritur ille, qui salarium dare tenetur ante expletū officium eius,cui dare debet,nihilominus integrum debet,nisi post mortē talis ante expletū officium acceperit aliud officiū,& ia la- 7 tium.† Allegat hæc lex in argumētum ad qōnem,quod licet Potestas salariatus in aliqua ciuitate decedat ante expletum officiū, quod nihilominus hēdes pñt petere totū salarium, quia p defunctum non stetit quo minus seruiuerit toto tpe,fm Gul.hic,& be g ne dicit.§ Sed hæc lex loquitur qñ moritur ille cui debetur. Vnde dicas,quod hęc lex nihil facit,sed quod dixi tibi,est verū per l.j.que hoc expresse dicit,vt l.j.§.diuus,& ibi est optima gl.ꝫ.de var.& ex 8 traor.cog.& ideo tene quod dixi,& ibi no. dicit glo.† quod si ille, qui debet salarium officialib.suis.remouetur ante copletum officium,& alius vocatur loco eius,quod nō debet dare salarium officialibus suis. Ratio est secundum glo.quia pręsumitur remotus pp culpam officialium,n si forte probaret quod Potestas, vel Capitaneus pp suam euidentem culpam foret remotus: tunc.n.deberet officialibus suis de suo proprio totum salarium soluere. Idem dicit gl.q si assessor fuit remotus, Pñs non dēt ei dare salariū,&c

ADDITIONES.

a Roma. Diem functo.Vide Roma.consi.81.
Paris.Hanc legem, & eius materiam ad quæstiones multas pertinentes, repetit d.Bapt. de Caccialup. Item vide circa materiam illam Bar. in l.fi.C. de domest. & protec.lib.12.quod speciale est in domesticis,& protectoribus,vt vno mortuo, hæres suus habere debeat salarium,nedum illius anni,sed etiam anni sequentis. Item no. quod vbi hæres officialis mortui debet habere salarium, non est alius subrogandus,ne resp. duplici salario fatigetur, vide Bar. in l.matriculam. C. de agentib.in reb.lib.12.Item de materia salarij,et de quæ habes in Bertachino, in ver.salarium.vide quod dixit Alex.conf.349. in prin. vbi ponit, quod cum officialis conductus cum salario solito. Et ibi etiam quod si vicarius, vel ali⁹ officialis, nolit redire domum, sed alio proficisci, non tamen tenebitur longius potestas facere expensas itineris,quas tenebatur facere,si uoluisset ire domum, & de utroque uide etiam Gar.hic,circa medium.
Menoc.Forçat.dialo.62.scripsi de arbit.iudic.c.334.
b Vno modo. Adde Bar.i conf.136.incip.quidam capitaneus. si officialis moritur in officio, si debet ha ere salarium totius temporis, an debeatur salarium iudicis,si non ferat sententiam, si per eum non stat. & uide Lud. Roman.in consi.53, incip.euidenter.And.Barq.
c Ruer.Credo,quod bene dicat. Adde,quod opinio Barb. est communiter approbata,vt hic plene per Ias.qui etiam limitat duobus modis.
d Ruer.Et no. Aduerte,quod lec.Bar, extendit vsque ibi. ideo tene quod ibi dixi. Cætera fuerunt addita ab illo ver.& no.tex. vique ad §. quod patet ex antiquis lecturis,& exemplaribus contrarietatis,& incolcationib;quod nō est de stilo Bar. & ita dicebat hic insignis præceptor meus D. Io. de Campeg.
e Remotus est potestas.Vide quod dixi secundum hanc gl.à s.huius l. & adde Bar. in l.Mauitus.in prin.de annu.leg.& Bar.in l.1.§. diuus.de var.& extraor.cog Bal. in l.eadem.C.loc.
f Roma,Remotus propter delictum.Dic quod etiam potest remoueri propter eius delictum,ita Bal.in l.a.§ j de his,qui sunt sui,vel alie.iur.
Ruer.Et bene dicit.Adde,quod hæc est communis opinio,quam tenent hic Doctores,& alia,vt no Alex.& Ias hic,col.4.
Ba.i.super j ff.Ves.

L E X VII.

a In consilio. Alias. In cōsilium. a Ratio quare curator potest assidere, quia publicum salarium nō ha
bet. & est vna ratio: Alia ratio est, q̄a iste non est assessor inter con
ciues, sed inter fiscum, & priuatum, vnde cōciues ei inuidere nō
poterunt. Nam ratio quare quis non potest in sua prouincia assi-
dere, est propter suspicionē, ne quid gratiose faciat, &c. hīc nemo
Propheta acceptus in patria sua. ut not. ex quibus cau. ma. l. hi q.
Mat. 13. in fi. & no. sup. eo. l. si eadem. Alias debet puniri, ut l. in cō
siliariis. C. de asse. Vnde hæc suspicio, quam is habet de ipsis, facit
ne ipsi in sua ciuitate possint assidere, & eos punit si assident sine
Principis permissu, vt l. si cui, & l. hi qui. præall. Aliā ratio assigna
tur per alios. Et ideo hoc casu potest in prouincia assidere, quia
gratis seruit, & sine damno Reipublicę, & ideo admittatur, vt hīc
dicitur. Prima tamen opini est melior, quam glo hīc assignat.


A D D I T I O.

a In consilium. Adde Lud. Roma. in consi. 213. vbi disputat, qui potest reddere ius in propria patria, idem in consi. 225. And. Bar.
Et adde quod voluit no. gl. in Auth. de defen. ciui. §. iusiurandum. in ver. nulli.

Finis libri primi.

L I B E R S E C V N D V S.

Arbor Iurisdictionum.



Diuisiones, & declarationes Iurisdictionum.

a IVrisdictio. In genere sumpta diuiditur sm Pet. & Bar in duas species (reiectis opinionib. gl. in l. Imperiū. ff de iurisdic. om. iud. & Doct. aliorū.) s. in Imperiū, & iurisdictionē simplr sumptā. Ideo operę pretiū duxi, nō nullas hic subiicere declarationes, seu potius diffinitiones ad huius arboris, vel diuisionis iurisdictionum notitiā. Et primo quid sit iurisdictio? Est aūt iurisdictio in genere sumpta, potestas de publico introducta, cum necessitate iuris dicēdi, & æquitatis statuendę. gl. & ibi Bar. in l. 1. ī. eo. gl. in Auth. de defens. ciui. §. iusiurādum. ī gl. magna, circa medium. Idē Bar. in d. l. Imperiū. & ibi Ias. Dic quod si verba dictæ diffinitionis proprie intelligantur, non est opus ad dictam diffinitionem aliqua suppletione, prout facit Bar. immo verissima, & perfecta, vt ibidē Iaic per eundē. Et dicitur iurisdictio a iuris, & ditio, quod est potestas, vt Instit. in proœ. §. quorum. in ver. ditioni. & in l. 2. C. de liber. & eorū lib. sic dicitur iurisdictio, quasi iuris potestas. Circa ista quæro de quæstione vtili. Princeps concessit alicui iurisdictionē, nihil aliud addendo, vtrū per hoc videatur concessisse merū, & mixtum imperium, an tantummodo iurisdictionē in specie sumptam. Ang. & Iasin d. l. Imperium. dicunt (licet communiter Doct. teneāt contrarium) quod Princeps concedēdo iurisdictionē, concedit tantum simplicem iurisdictionē, & non merum, & mixtum imperium, nisi Princeps concessisset plenissimam iurisdictionē, quia in tali suplanuo censet concessisse merū, & mixtū imperiū. l. si in aliquā. §. cum plenissimam. ī. de offi. procons. & leg. Idē, & si p verbum, omnimodam. in gl in Cle. i. in verbo, omnimodā. de foro cōpet.

b Imperium, est iurisdictio, quæ officio iudicis nobili exercetur, & ponitur in diffinitione iurisdictionis pro genere. & verba officio iudicis nobili, ponuntur ad differētiam iurisdictionis simplicis, quæ exercetur officio iudicis mercenario. Et quia hæc diffinino constat ex genere, & differentia, ideo est bona. Barto. in l. 1. infra, de test. Et dicitur Imperium, quia ex imperio, & authoritate iudicis procedit, & non ex aliquo iure, quod resideat apud partem.

tem.Bart.in d l.Imperium, & diuiditur imperium in merum & mixtum.

c Merũ imperium,eſt iuriſdictio, quæ officio iudicis nobili, vel per accuſationem exercetur,publicam vtilitatem reſpiciẽs, & dicitur merum,quod eſt purum,& ſimplex & cum nullo alio mixtum.l.qui res.§.mihi Romę in parua gl.in ver.merum.ff.de ſolu.& Inſt.de diut.ſtipu.§.prætoriæ. Et diuidit ſm Bart.in ſex gradus, vt in hac figura patet intuenti, licet Iaſ.ponat tãtum quatuor gradus & melius, quia ſecundum eundem maius & magnum conſtituunt tantum vnum gradum, & paruum & minus conſtituũt tantum vnum.

d Maximum,eſt cõdere legem,ſecũdum Bar.& alios.in d.l.imperium. Aliud exemplum,congregare concilium generale ſecũdum Inn.in c.tranſmiſſam,de elec. Patet, quia ſolus Papa poteſt congregare gl.in c. tranſlationem, de offi.leg.& in c.ſicut vnire, de exceſ.prała.& deficiẽte Papa, poteſt collegium Cardinalium ſecundum Glo.in c.ſi duo.8 t.diſtin.Bal.in c.olim ex literis,de reſcrip.vbi ſubdit,quod nec Imperator, nec Rex Frãciæ poſſunt ſacere congregare concilium. Aliud exemplum,publicare bona delinquentis.auth. bona damnatorum,C.de bo.dam.quia eſt de reſeruatis principi,& ſic meri imperij maximi.Bal.in c.j in princ. de pa.tenen.in vſib.feud.

e Maius,eſt adimere vitã corporalẽ,& particulatem, habereq; gladij,ptãtem in animalib.ratione pollentibus gl.in d.l.imperiũ. & etiã in irrationalibus.tca.eſt in c.mulier.15 q.j.& etiã animaduertere in corpus inanimatum.gl.eſt magiſtralis Inſt.de hær.quę ab inteſt.defe §.per contrarium. Plenior gl in l.ex iudiciorum.ff. de accu.& in caſu,quem ponit gl.ſingularis in l 2.ff. arb.fur.cęſa.

f Magnum,eſt imponere pęnam, per quã amittatur ciuitas,vel deportatio conſtituatur,gl.& Bar.in d.l.imperium. Sed ſecũdum Iaſ.iſte gradus continetur ſub precedenti,& ambo non cõſtituunt niſi vnum gradum.

g Paruum,eſt relegare, gl.in l.nulli.C.de ſen. & inter.om.iu.& relegare,Inſt.quib mo.ius pat.pote.ſol.& flagellare, immo omnis pęna corporis afflictiua eſt iſtius gradus.l.ſi quid erit ff.de offic proconſulis.

h Minus,eſt modica coerctio,quę competit omnibus magiſtratibus,vt in l.magiſtratibus.ff.hoc tit.& cognoſcere de leuibus criminibus.l.leuia.inf. de accu.& illud membrum cum pręcedenti vnum tantum faciunt membrum,& ſic proprie non faciunt niſi quatuor ſpecies meri Imperij,ſecundum Iaſ.in d.l.Imperium.

i Minimum, eſt per quod mulcta pecuniaria imponitur. l fi.C. de modo mulcta.in l.j.cum ibi no.ff. ſi quis iuſdicenti non obtẽperauerit.l 2.C.de ſportu.

k Mixtum imperium eſt, quod officio iudicis notabili exercet, priuatam reſpiciens vtilitatem. Ita Bar.in d.l.imperium,& cõiter Moder.approbant. Et dicitur mixtum, quaſi ex diuerſis conſtitutum,ſ.ex imperio & iuriſdictione.glo. d.l.Imperium. Capit.n.ab Imperio partem, eo quod officio iudicis nobili expeditur. Capit autem a iuriſdictione partem,quia priuatam vtilitatem reſpicit. Et no.quod illud dicitur mixtum, quod participat de duobus vt plumb. Et quæ ſit differentia inter mixtum & confuſum, vide per gl.in l.idem Pomponius.§. ſed ſi plumbũ. in uer. vtraq;.ff.de rei ven.& diuiditur etiam ſm Bar.in ſex gradus, ut in figura arboris. Sed d.c melius ſm Iaſ.quod tãtum diuiditur in tres,vt ff. patebit.

l Maximum eſt,quod ſoli Principi competit,actus uoluntarios cõcernens,de quo in l.3.C.de his qui ve.ætat.impe.l.2 ff.de adop. l.2.de eman.lib Auth.quib.mod.nat.effi ſui.colla 7. Et iſtud cũ ſequenti gradu debet ſimul adiungi.

m Maius, eſt cognoſcere de ſupplicatione aduerſus ſententiam latam ab eo,a quo non poteſt appellari quod ſoli Principi,& pręfecto prætorio cõuenit.l.j.C.de ſen.præfe.pręrorio.auth.quæ ſupplicatio,C.de precibus Imperatori offerendis.

n Magnum, eſt cognitio cauſarum, quæ important plenam cognitionem,& coerctionem realem, uel perſonalem, ut mittere in poſſeſſionem ex ſecũdo decreto,reſtituere in integrũ, expellere aliquẽ de poſſeſſione re ipſa. Hæc probatur in l.ea quæ. §.magiſtratus ad municip.& iſtud membrum cum ſequenti, debet ſimul iungi,ſecundum Iaſ.in d.l.imperium.

o Paruum,eſt cognoſcere de cauſis, quæ habent plenam cognitionem, licet non habeãt coerctionem realem, uel perſonalem, vt dare bonorum poſſeſſionem quæ tribuit ius, pronunciare aliquem mittendum in poſſeſſionem ex ſecundo decreto,interponere authoritatem in alienationibus,& tranſactionibus alimentorum. Et iſta quatuor membra mixti imperij,non poſſunt delegari.l.3.§.duas.ff.de dato.infe.l.nec quicquam.§.ubi decretum.ſup. de offi.proconſ.

p Minus, eſt dare bonorũ poſſeſſionem ex edicto Carboniano, in poſſeſſionem mittere, ſummarie cognoſcendo, & ſic omnia requirentia cauſæ cognitionem tantum ſummariam, ſunt iſtius gradus,& poſſunt delegari.l.cognitio.§.vt poſſeſſio.ſu.de of.eius cui mand.eſt iuriſd. Et iſte gradus cum ſequẽti,ſub eodem comprehenduntur, & ſic proprie non ſunt niſi tres gradus mixti imperij,ſecundum Iaſ.in d.l.imperium.

q Minimũ eſt,quod expeditur abſq; cauſæ cognitione, vt interponere authoritatem manumiſſioni,& emancipationi, competuntq; iſta iure magiſtratus,& ſic ſunt delegabilia.l.j. in prin ſup. de offi.eius cui mand.eſt iuriſd.

r Iuriſdictio ſimplex eſt,q̃ officio iudicis mercenario expeditur, priuatam utilitatẽ reſpiciens.Bart.in d.l.Imperiũ. Et diuiditur ẽt in ſex gradus. Sed melius ſm Iaſ.in tres,vt patet per ea q̃ ff.dicenĩ.

ſ Maxima,in qua vertitur res magni pręiudicij, ut cauſę ſtatus, ingenuitatis,& libertinitatis.l.placet.C.de ped.iu. Vide Bal.in c, cdoceri.de reſcri.quod negotium arduum dicitur, in quo agitur de ſtatu,& idem in c ex ratione,de app.quod omnis cauſa famoſa eſt, quando agitur de fama hominis,& tunc dicitur ardua.

t Maior,eſt quando ex cauſa deſcendente ex delicto,quis fuit condemnatus ciuiliter,& quia non habet in bonis,luat in corpore.l quicunque.C.de ſeru.fug. Et cum quædam executio,non poteſt delegari,ſecundum Bar in l.placet.C.de ped.iud.ubi dicit hos duos primos gradus proprie facere unum,quamuis in l.imperium, dicat duos eſſe gradus diſtinctos.

u Magna, vt ultra trecẽtos aureos,& non poteſt delegari.§.& iudicare.in Auth.de defenſor.ciui.niſi propter occupationes, vel lõgam abſentiam,in l placet.& ibi Bar.C.de peda.iud. & Ange. in lege,imperium.

x Parua,a trecentis aureis.ff.& illa põt delegari indiſtincte, tex.in l. imperiũ.in fi.& ille gradus cum pręcedenti,poſſunt ſimul iungi.

y Minor,& minima,quæ dicantur,remittendum eſt arbitrio iudicis, cum nõ ſit a iure determinatum,per regulam.l.j.§.fi.de iu. delib ff. Et hęc duo computari debent pro vno, & ſic proprie nõ ſunt niſi tres gradus iuriſdictionis ſimplicis,ſecundum Bar. & in d.l.placet,& Iaſ.in d.l.imperium,quamuis Barto.hos ſex gradus hic proſequatur.

z Quædam ſunt,quæ poſſunt eſſe meri imperij,& iuriſdictionis ſimplicis,diuerſis tamen reſpectibus. Primo tortura, quando aliquis torquetur ad pęnam,eſt meri imperij, & ſi in criminalibus imponatur ad ueritatem eruendam,eſt etiam meri imperij,ſecũdum Bar.in l.interdum.§.qui fur. em.ff.de fur.ſi imponatur in ciuilibus,quia teſtes uacillãt,eſt iuriſdictionis,in Auth de teſtibus. §.ſi uero ignoti colla 7. Secundo,quando legis coerctio imponitur pro leui delicto,eſt meri imperij. Si in ciuilibus,contra contumacem eſt ſimplicis iuriſdictionis,& ſecundum Ange.& Iaſ.in l. imperium. Tertio incarceratio, quę fit de iure canonico,ad puniẽdum delictum eſt meri imperij, alias eſt ſimplicis iuriſdictionis,ſecundũ Gul. Abb.Bal.Sal.Alex.& Iaſ.in d.l imperium. licet aliter Bar.in ſecunda ſpecie meri imperij. Quarto excommunicatio,quę ex publica cauſa imponitur contra rebelles,vel contumaces,ea meri imperij,ſed ad inſtantiam partis conceſſa,eſt ſimplicis iuriſdictionis ſecundum Pan.in c.cum contingat.de foro compe. Quinto appellatio in cauſa criminali,eſt meri imperij,in ciuili eſt iuriſdictionis, uel mixti imperij. Hæc ſufficiant ad materiam pręcedentis figurę.

De Iuriſdictione omnium bonorum. *Rub.*

Glo continuat hanc Rubricam,quia ff.poſuit de cuiuſlibet iudicis officio, ſingulariter & ſpecialiter:hic ſimul tractat communiter ſiue in genere,de iuriſd.om.iu. Simile C.communia utriuſque iudicij,& communia de legatis, & communia prædiorum, & communia de ſucceſſionibus. Ex hac continuatione habes q̃d idem eſt dicere,de iuriſd.om.iu & de officio iudicum. Quod an ſit verum,dicam ſtatim.ff.in l.j. Quærit gl. quę eſt differentia inter hunc titulum,& tit.ff.de officio eius cui mand. eſt iuriſdictio. Solue vt in gl.& quęlibet eſt bona,& clara, & ideo nõ curo eam aliter declarare.

LEX PRIMA.

1 *Iuriſconſultus dixit,ius dicentis officium,& non,iudicis dicentis quia ſibi ſic placuit,*
2 *Officium iudicis non habet corporalem longitudinem, ideo iuriſconſultus hic dixit latiſſimum.*
Cynus erat multum longus.
3 *Iuriſdictio eſt poteſtas de iure publico introducta, cum neceſſitate iuris dicendi,& æquitatis ſtatuendæ,tanquam a perſona publica.*
Pater in filium,dominus in ſeruum,& tutor in pupillum,quam iuriſdictionem habeant.
4 *Bonorum poſſeſſionem dare,hodie eſt mixti imperij,ſicut olim.*
5 *Miſſio in poſſeſſionem,non poteſt demandari.*
6 *Tutoris datio ſemper eſt mixti imperij.*
7 *Mixti imperij cauſa etiam in fauore pupillorum non delegantur.*
8 *Delegare iudicem eſt iuriſdictionis.*
9 *Iuriſdictio,& officium iudicis quando ſint idem.*
10 *Officium iudicis,& actio,an ſint idem,& quomodo differant.*
11 *Officium iudicis,miſericorditer imploratur.*
12 *Officium eſt triplex,nobile,mercenarium,& aduerſorium.*
13 *Iudex quando eius officium exercet parte non preſente,reus ſiue.*
14 *Libellus in officio iudicis,& litis conteſtatio,an requiratur,remiſſiue.*

Iuriſdictio

15 *Iurisdictio an cohaerat territorio, & potest esse sine territorio, & territorium sine iurisdictione.*

16 *Princeps concedendo territorium vniuersaliter, dicitur cōcedere iurisdictionē.*

1 IVs dicentis. aPrimo ponit dictum in generе. Secundo illud declarat per species. hoc est cōis diuisio. Vel aliter potes dicere, qđ primo ponitur dictum, secundo eius probatio. Secūda ibi, nam & bonorum & breuiter h.d. summa. Officium iudicis est genus generalissimum continens oīa quę pñt expediri per iudicem. h.d. vsq; ad fi. Ibi, latissimum est. i. quoddam genus generalissimum. Ibi, nam & bonorum. Ad euidētiā huius partis scias, quod genus generalissimum est, quod oīa continet, & nullum genus habet supra se, probatur in l. cum post. § gener, J. de iure do tiū & l. legato generaliter, & ibi no J. de leg. 1. hoc pmisso, casus est clarus. Dicit tex. nā & expone, &, pro, ēt, q.d. nō solum ista quę hic enumerantur, sed ēt oīa alia potest facere iudex: merito cōcluditur, quod est latissimum, hoc est genus generalissimum. Notabilia sunt clara. Et no. pro iuuenibus, primo quod ex officio iudicis datur tutor, mittitur in possessionem bonorum, delegatur iudex & similia, quae hic ponuntur. Venio ad primum dictū, & op. nam illud, quod est latissimum, oīa ptinet: quia vltra illud nil teperitur, vt J. de ver. ob. l. ubi aūt non apparet. in fi. prin. ibi, at cum optimū Sed hic enumerātur solū ea quae sunt mixti imperij, & iurisdictionis, non ea quae sunt meri, ergo non est latissimum. Solu. Illa dictio, &, quae praemittitur, ponitur implicatiue, vt oīa illa cōprehendat quae possent per iudicē expediri, vt dixi. Item oppo. dr̄ hic quod potest dare bonorum possessionem. ꝯ, imò h habet necesse, vt l. munerū. §. iudicandi. ff. de muneri. & hon. Sol. Dicit glo. b pōt. i. dēt. Fateor tamen quod sunt quaedam, quae in libera iudicis potestate ponuntur, & necessitati non subiacent, vt l. 1. C. qūo & qñ iudex. & l. non quicquid. J. de iudi. Venio ad qōnes, & primo 1 ad ea, quae tāguntur in gl. hac. Et quaero † quare dicit ius dicētis, & non iudicis. Rñd. glo. hoc ideo, qa non de omni iudice, sed tm̄ de eo, q hēt merum & mixtum imperiū, ita hic iurisconsultus intelligit, quod tenet Gul. per l. 3. §. 1. J. ne quis eum qui in ius voc. est, vi exi. & no. J. ri. 2. super titbt. dum dicit, si quis ius dicenti non obtemperauerit. Nam loquitur de maiori iudice, vt ibi dicā p hoc: quia dr̄ia est inter notionē, & iurisdōnem, vt J. de ver. sig. l. notionem. in pein. & J. de re iud. l. ait praetor. in ptin. Idem dicit Iac. Bu. hoc declarās latius sic. Iudicare proprie est dirimere litē, q̄ est inter partes, vt l. 1. J. de re iudi. Ius dicere potest fieri ēt ubi nullū est litigiū, vt qñ interponitur decretū super alienatione rerum minorū, vel super transactione alimentorū, q̄ sunt mixti imperij. Quibusdā alijs, videlicet Iac. de Are. & Cy. & Rayn. hic hoc displicet Nō idē est dicere, iudex, qđ, ius dicēs, vt ext. de ver. sig. c. forus. qđ placet, quia hic syncopatur: qa detrahitur litera, de medio. Item quia appellatio iudicis refertur ad maiores, vt in corpore de iud. & vt oēs obe. iu. prouin. Et dicit, iusdicēns, & non iudicis, qa sic placuit sibi. Et si instares, ergo vr̄ quod hic loquatur de quolibet iudice, quod vr̄ falsum per exēpla quae hic ponūtur, quae sunt mixti imperij, & non pertinent ad magistratus. l. j. J. ut 1. & l. ea quae, munici. Sol. hic loquitur de officio iudicis in genere, nō illius vel illius, & hoc mō sumendo cōtinet oīa q̄ pñt expediri per quemcunq; iudicē de mundo, non qp possit vnusquisq; omnia, sed haec apposo, officium iudicis, continet oīa, quae pñt pertinere ad unumquemq; iudicem, cū sit genus generalissimum. Quaero extra gl. 2 † quare dixit latissimum, & non, longissimum? Rñ. Pet. quia sapiētia consistit in latitudine, & non in longitudine. Nam raro lōgus inuenitur sapiens. sed haec sol. displicebat Cy. quia ipse multū longus erat, & ideo dicit Cy. quod ideo sic dixit, quia sibi placuit. Tu dic quod ideo, dicit latissimum: quia officium iudicis non habet longitudinem corporalem: quia est incorporale, & quantā longitudinē habeat in tpe, vel in uita, hic iurisconsultus nō intendit tractare, sed tm̄ intendit tractare de latitudine, quod comprehēdit. s. quid & quantum contineat. cum sit genus generalissimum, vt dic xi. Itē quaero, equid sit iurisdictio? Gl. hic diffinit, quod iurisdō † est 3 potestas de iure publico introducta, cum necessitate iuris dicendi, & aequitatis statuendae. Similē glo. habemus in §. iusiurādum, in corpore, d. .. ciui. circa med. ū gl. magna. Gl. primo dicit, quod est potestas. hoc probatur in l. potestatis verbo. J. de ver. sig. Sequitur, de iure publico introducta. hoc probatur in l. 1. §. huius studij. ff. de iust. & iu. & de orig. iu. l. 2. §. post originem, & quasi p totum. Sequitur, cum necessitate iuris dicēdi. hoc probatur in l. munerū. §. iudicādi, inf. de mune. & ho. & l. de qua re. inf. de iudi. Sequitur, & aequitatis statuēdae hoc probatur. C. de iudi. l. placuit, & inf. quod certo loco. l. quod si Ephesi. in fi. Sed hoc opponitur, quia s'm hoc pater in filios, dñs in seruos, tutor in pupillos habēt iurisdōnem. Est. n. eorum potestas introducta de publico. Nā potestas patris est introducta a iure ciuili, vt l. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & Inst. de patria potestate, itē simile in tutela, vt l. 1 inf. de tutelis. Est. n. munus publicum authoritate, licet vtilitate priuatum, vt l. J. de mune. & hon. l. athletae, vel l. tutela. J. de excusa. tut. & Insti. de excu. tut. iuxta principium. Potestas dñi est de iure gētiū, vt l. manumissiones. ff. de iust. & iu. Item habet necesse reducere ius, hoc est dare, & tacere eis illud quod ius praecipit, vt inf. de lib. agn. per totū, & C. de lib. alen. p totum. In tutore est planum. Itē debet statuere aequū in eos, non iniquum. l. 2. ff. de his q sunt sui, vel alie. iu. horū occasione addas in diffinitione vnum verbū, & dicas. Iurisdō est, potestas de iure publico introducta cū necessitate iuris dicendi, & aequitatis statuēdae tanq̄ a persona publica. Hoc, quod dico, quod tanq̄ a persona publica, perficit diffinitionem, quia in ꝯtris facit tanquam priuatus, hoc prout iurisdō sumitur, & diffinitur in genere, quę subdiuiditur in tres alias species, dicam, & not. in l. imperium. inf. eo. Et si dicas, quid ad ppositū, cum hic tractetur de officio iudicis, & non de iurisdōne? Respō. vt dicam statim. Item quęro, vtrum dare bonorum possessionē sit mixti imperij? Gl. dicit quod sic, vt in ea & declarabo, inf. eo. l. iubere cauere. ad finem, vbi pprie est ista materia. Quęro, an hod die d† dare bonorum possessionem sit mixti imperij? gl. dicit, qđ 3 non. C. qui ad bonorum possessionem admit. l. fi. & Insti. de bon. pos. in fi. Tu dicas, quod hoc s. bonorum possessionē agnosci coram iudice cōpetente iure magistratus, nihil est. nihil. n. facit iudex, nisi quod exhibet praesentiam sui. Sed si quis vellet quod iudex decerneret bonorum possessionem, tūc esset mixti imperij hodie, sicut olim, nec reperimus aliquid immutatū. Itē quęro in tertia glo. vtrum mittere in possessionem sit mixti imperij. Gl. distingu. Dic vt in ex. Et hoc qualiter debeat intelligi, declarabo in 6 l. iubere cauere, inf. eo. Sed vr̄ † quod missio in possessionem possit demandari, quia uidemus quotidie quod iudex mandat nuncijs, vt mittant quem in possessionem, vt l. is cui. §. missus, inf. vt in posse. le. Sol. Non committit vt transeat iurisdō, q.d. quod nuncia faciat

ADDITIONES.

a Paris. Ius dicentis. Circa materiam istam iurisdictionum adde multa primo, an domini castrorum siue ciuitatis, de iure communi habeant merum & mixtū imperium. Item quot modis possit habere iurisdictionem in suis castris, & quo modo probetur in dubio, an iurisdictio censeatur personalis, vel realis, Item si sunt multi filij vnius Comitis mortui, an omnes habeant iurisdictionem insolidum, & de quibusdam alijs vide Bar. late consil. 181. an autem tollatur iurisdictio alicui generaliter concessa sibi propter hoc, quod in certis causis detur alicui iurisdictio specialis, vide Rom. consi. 413. incip. presens consultatio. Bal. in c. pastoralis, de off. ord. ponentem octo limitationes ad communem conclusionem, qp non tollitur iurisdictio generalis. vide ibi omnino per eum, vide etiā quae habes omnino ad Bar. in l. 1. C. de offi. praefe. vrb. Item an in dubio appellatione iurisdictionis intelligatur de ordinaria, an de delegata. vide Ale. Iaso. in rub. istius titu. ubi Ias. tenet contra Alex. ideo considera. Ite quod iurisdictio probetur per correctionem filiorum, vide Bertach. in trac. de gabel. in prima parte. Item quod per alia exercita probetur iurisdictio, vide Bal. in titu. de pace Constan. in ver. amplius. nunquid autem iurisdictio uni concessa, possit alteri vendi, vide Bertachi. in praeallegato loco. nunquid autem in iurisdictione ordinaria, siue delegata vel inter arbitros, habeat locum ius accrescendi, vide eundē, & ibi p unit de diuisione iurisdictionis, & quod iurisdictio teneatur insolidum c qualibet parte territorij diuisi. Item no. quod quando causa aliqua est fundamentum iurisdictionis, debet esse uera, & decisa iurisdictio, alias iudicium esset nullum ipso iure, secundum Bal. in tit. de pace Constan. in versi. in nomine Christi. Item no. quod iurisdictio, est quid vniuersale, secundum Bal. in proemio feudo. Item quā reparauit castrum, uel de nouo aedificat locum, ubi se congregant homines, & populus, an habeat iurisdictionem super illo populo? vide Bal. in c. 1. §. Marchio q feu. dare pos. nunquid autem acquiritur quasi possessio p processum factum cōtra contumacem? vide Bal. in c. sacramentum, de consue. recti feu. Item nota qđ de iure communi iurisdictio vendi non possit, licet secus sit de consuetudine approbata secundum Bal. in c. 1. §. ex eadem. de lege Conradi. Item an & quando iurisdictio sit indiuidua, vide Bal. in c. 1. in princ. de alie. feu. Quid autem si q. vendat omnes possessiones suas quas habet in castro, an videatur uendere iurisdictionem, uide Bal. in c. 1. de Capita. q cur. uendi. & vide multa de materia per Bal. in c. 1. §. ad haec, de pace iura. fir. Item qp quasi possessio iurisdictionis acquiratur per unum actum, qui non solet de gratia concedi. vide Panor. in consil. 61. Item an consuetudo tribuat iurisdictio. uide Fely. in cap. ex parte Decani circa prin. de rescrip. Item si in ciuitate sunt duo iudices, unus superior, alius inferior, an iurisdictio inferioris dicatur stare cumulatiue, an priuatiue, uide in c. pastoralis. ext. de offi. ordi. de quo uide. sup. in princ. huius apostillae. Item quod ille, cui est concessa iurisdictio de condemnando, intelligatur etiam cōcessa iurisdictio absoluendi? vide Fel. in c. cum inferior. ext. de maio. & obed. Item an creditor in castro sibi assignato, possit exercere iurisdictionem, uide Rom. sing. 178. incip. q ritur. Item quod concessio iurisdictionis simpliciter facta, comprehendit sub se merum, & mixtum imperium, uide Ale. cōs. 524. Item an concesso castro. intelligatur concessa iurisdictio, vide Roma. consi. 464. Ias. post alios in l. fi. sup. de constit. Princ. Item de eo quod dictum est sup. quod concessa iurisdictione, intelligatur concessum merum & mixtum imperium, in contrarium uide Ias. in l. imperium. inf. eo. ubi etiam fecit mentionem de decisione praecedenti, quod concesso castro, uideatur concessum merum, & mixtum imperium.

a Meno. Durat. lib. 1. disputat c. 53. Vacon. li. 6. declarat. 78.

b Barb. Contra, imo. Et hic no. istam necessitatem imponi sibi per legem, nam potest cogi per superiorem, cui iurisdictio subalternatur. in Auth. de quęst. §. super haec l. multi opinatores. de exacto tributo.

c Barb. Item. quaero. No. per illud uerbum, aequitatis statuendae, dicūt Doctores, q facere iustitiam est iurisdictionis, uide Bal. & Barto. in l. omnes populi. de iusti. & iu. & Ang. ibi, qui concordat opiniones, quod no.

Ruer. Adde quid sit iurisdictio per Azo. in summa. C. eo. titu. in prin. & Spec. eo. tit. in princ. Pau. de Cast. in consi. 131. incip. notandum est, quod ista imperialis concessio.

d Pom. Quaero, an hodie idem tenet. Ang. in l. 1. inf. de bono. posses. & per Bart in l. 1. ad fi. C. de momen. possel.

e Bar. Sed si quis. Quod non credo verum, quod illud decretum esset nullum, nec conferret aliquod ius etiam in bono. posses. cōtrarium no. in l. li. §. fi. de cura. in fu. & l. 1 uit gl. fin.

faciat tanq̃ nudus minister, hoc est, ꝙ ꝑ nunciũ faciat iudex.l.qui aũt.§.fi.& l.seq.ff.de cõst.pecu. † Item q̃ro, vtrum dare tutorem sit mixti imperij? Gl.distinguit hic, & alibi melius.ff.d' tu.& cura da. ab his.l.ius dandi. Aut substantia pupilli est vltra quingentos solidos, & tunc est mixti Imperij, nec põt demãdari nisi habẽti iurisdõnẽ, vt ff.de tutelis.l.muto.§.tutoris, & ff.d' tu.& cur.datis ab his.l.nec mãdãte. Aut est ĩ.quingẽtos solidos, & est iurisdõnis. Inst.d' Atti.tu.circa fi. Tu dicas, ꝙ est species mixti imperij, tñ qñq; est mixti imperij maioris, qñq; minoris, vt dicã.ff.eo.l.imperiũ. † Itẽ q̃ro, an aliæ cãæ q̃ sunt mixti imperij, possint delegari habenti iurisdõnẽ, sicut tutoris datio? R̃ñdet gl. ꝙ nõ, vt hic not & in tutore est speciale pupillorũ fauore. Sed an aliæ causæ mixti imperij possint delegari fauore pupillorũ? R̃ñdet gl. ꝙ nõ, qa in eis non vertitur periculũ. Qđ ẽt no. fallit forte si ꝑ hoc pupillus cogeret̃ litigare extra ꝓuinciã, vt l.j.C.qñ impe.inter pup.& uid. † Vltimo q̃rit gl.vtrũ iudicẽ delegare sit iurisdõnis? Et dr̃ gl. ꝙ sic, & bene, vt l. imperiũ.ff.e.ª Expeditis gl.venio ad mãm. Et † q̃ro vtrum offm̃ iudicis, & iurisdõ sint idẽ. Et vr̃ ꝙ sic Nã in rub.dr̃ de iurisd.om.iu. & in nigro dr̃, ius dicentis offm̃. Nã si aliud esset, ista lex non cõgrue poneret̃ hic. Et hoc vr̃ sentire gl.rubricæ, vt dixi sup ea. In cõtrũ vr̃. Nã ex eo, qđ dr̃, offm̃ iudicis, p̃supponit, ꝙ ante sit iudex, q̃ hẽat offm̃, & iudex non est nisi q hẽt iurisdõnẽ, vt l.j. de iud.ergo iurisdõ est aliud. Pet.dicebat aliter.f. ꝙ iurisdõ est ius, offm̃ ẽ exercitiũ ipsius iuris. Gul.dicebat aliter, qđ referre tibi non curo. Tu clarius[b] sic dicas, ꝙ qa offm̃ iudicis põt ꝯsiderari. Primo simplr̃ & absolute put ñ cohæret ꝑsonę, vt offm̃ Potestatię, offm̃ Capitaneat' offm̃ Regis, vl' Principis.illud. n.offm̃ potest esse, & ẽ ẽt, si ñ sit ꝑsona, q̃ subeat illud: & isto modo offm̃ iudicis, & iurisdõ quasi idẽ significãt, sed diuersimode. Nã cũ dico offm̃ iudicis, denoto principalr̃ ipsam personã cui inest administratio, seu honor iurisdõnis, secũdario ipsam iurisdictionẽ, vt ff.de mun.& ho.l.honor. & C.vbi & apud quem.l.fi. Cum dico iurisdõ, denoto principalr̃ iurisdõnem, & per ꝯñs offm̃, cui inhæret iurisdõ, vt dictis legi. Et hoc mõ sumendo tale officium, oĩ tpe est vnũ, licet personæ mutentur, vt ff.de iu.l.proponebatur, & ext de rescr.c.si gratiose.li.6. Scd'o modo põt ꝯsiderari offm̃ prout cohæret personæ, & tunc si quidẽ acciperet̃ offm̃ pro tali administratione, differt offm̃ a iurisdõne, quia iurisdõ est ius & potestas, &c. vt s̃.dixi. Officiũ est exercitium illius iurisdõnis, vt de administratione rerum ad ciuitatẽ pertinen.l.4.§.in eum. Et hoc modo sumendo in persona cuiuslibet iudicis est vnum offm̃, vt l cum apud.ff.iud.solu.in d.c.gratiose. Tertio modo p̃t considerari offm̃ iudicis prout particulariter exhibetur in quibuslibet causis non pro administratione totali, & tunc loquitur hęc lex, qa officium iud.est quoddã genus generalissimum continens oẽs species officij.s.nobile, mercenariũ, vl' aduersariũ, per quas põt aliquid facere, vt hic. Et quid sit & i quo differat a iurisdõne, statim dicam. † Quæro tñ vtrũ iudicis[c] offm̃[d] & actio sint idem. hoc tangunt hic Doc.& Dy. Inst. de act.ĩ prin. vbi glos. tangit. bñ prout officiũ iudicis cohæret personæ iudicis, de quo hic loquitur, stultum est quærere, an sit idẽ, qđ actio. Nã actio cõpetit parti, qđ est ius peẽdi ĩ iudicio, & sibi a parte debetur, vt Inst.de ac.in prin. sed offm̃ iudicis est ius cõpetens ipsi iudici, & est ius faciẽdi ea q̃ sibi, vt iudici, facienda incumbũt. Qđ sit ius, ꝓprobat, ff.de tut & cur.da.ab his.l.ius dãdi.s̃.de offi.ꝓsi.l.illicitas.§.q vniuersas, & l.fi.in prin.s̃.de offi.procu. Cæsaris, & differt a iurisdõne, sicut actio ab oblõne. Nã sicut ꝑ actionẽ ꝯsequit̃ qs qđ in oblõne deuenit, ita per offm̃ iudicis ad effectũ ꝑducit̃ qđ venit in iurisdõne, vt hic probat̃, & in olb legib.p̃cedentiũ titulorũ, q̃ d' officijs tractant. Sicut.n.aliud est humanitas nr̃a, seu locutio nr̃a, aliud est potentia loquendi, q̃ locutionẽ deducit in actũ: sic aliud est iurisdõ, & aliud est iudicis officium, qđ iurisdõnem deducit ĩ actũ. Et licet qñq; leges dicãt ꝙ iudicis offm̃ est ipsum facere, vt l.j.s̃ de offi. procons. impropria tñ locutio est, hoc est ius faciendi illud, vt s̃.dixi. Itẽ quæro, vtrũ officium iudicis prout cõpetit parti, sit idẽ qđ actio, & ad hoc tẽdit disputatio Doctorũ, & Dy. Inst. de ac.in prin. Sed aduertendũ: nam cum dicimus, ꝙ offm̃ iudicis cõpetit parti, impropria, & impropriissima locutio ẽ. Cõtinet.n. repugnantiam in seipsa, s. ꝙ sit offm̃ iudicis, & sic partis, vel ĩ partẽ. Et iõ sciendũ est, ꝙ offm̃ iudicis prout parti ꝯpetit, alr̃ deberet nominari de iure. qñq;.n.nominat proprio noie, vt de in inte.restit.l. ꝙ si minor, in l.fi.de min.& ꝑ totum tit.de in integ.rest. vt est excusatio, vt ff.de excu.tut, l.scire.§.oportet.& ibi no. Est.n.ius impetrandi offm̃ iudicis super excusatione, & tñ appellat̃ excusatio, vt l.ꝑfecti, de min. Dixi plene, ff.de app.l.j.in prin. vbi aũt nõ reperitur proprium nomen, appellat̃ persecutio, vt ff.de ver.sig.l.pecuniæ.§.persecutionis. Ista aũt p̃secutio, hoc est ius impetrãdi offm̃ iudicis, vtrũ sit idẽ qđ actio, determinat glo.& Dyn. Inst. de ac.in prin. qđ non, sed hẽt similitudinẽ cum actione, vt ff.de act.& obl. l.actionis verbo. Et est dr̃ia in hoc, quia actio oritur ex obligatione rr̃, vt l.licet.§.ca obligatio.ff.de procura. Officium iudicis non præsupponit obligationẽ, vt de act.empt.l.qui per collusionẽ.§.i. & de ann.lega.l.Quintus. Ex[f] hinc sequitur[g] quod qñ libellus formatur super actione, dẽt quis narrare ea, per quæ ꝯcludit̃, ꝙ pars tenetur ad aliqd dandũ, vel faciendũ, vt videbitis plene.ff.de edẽ. l.j.in prin. sed qñ formatur sup ꝑ offi.iudicis, debet qs narrare ea ꝑ q̃ ꝯcludat̃, ꝙ iudex dẽat facere, vt possit id qđ petit, ñ qđ pars teneat. Exẽplũ est ĩ ti.de min.& de i integ.re.& q pe.tutores.& ĩ multis simlib. Itẽ ex p̃dictis[h] apparet alia dr̃ia, vt dñi Doc.& bñ, ꝙ per interpellationẽ factã parti, qñ solũ p̃t cogi officio iudicis, nõ cõstituitur in mora, vt ff.de dã inf.l.cũ postulassent. in prin. & no.ff.de eden.l vbi.ĩ fi. Et est rõ, qa iudex cogit partẽ hoc facere, ñ ãt pars ẽ obligata ad hoc faciendum, qa pars nihil dẽt. Est ergo a iudice postulãdum, seu impetrãdũ, ñ a parte. Secus in eo, qđ venit iure actionis, vt ff.de vsur.l.mora. † Itẽ ex hoc ꝯcludit̃, ꝙ off iu.dr̃ misericorditer implorari, vt no.ff.de inter.ac.sup rub. Quia illđ qđ ps petit, sibi nõ debet̃, sed iudex ex officio suo p̃t facere, vt sibi det, licet qñq; eẽt iniuria† si denegaret.l.j.§ pc.ff.de aq.quo.& ę st.& iõ est introducta appellatio a sñia lata sup officio iudicis, si deneget. l.j.C.an sęp.ĩ integ.resp.postu. Itẽ q̃ro, quotuplex sit † offm̃ iudicis? gl.Inst.de act.§ p̃terea.& gl.C.depo.l 4.dicit, qđ est triplex, quoddã mercenariũ, qđ deseruit actioni ex natura ipsius actionis, vt in bonæfidei iudicijs, quoddã qđ deseruit actioni ꝯ naturã ipsius vt ĩ arbitrarijs. Pet.& Gul.& alij faciunt al's diuisiones, dicẽtes ꝙ quoddam est officiũ qđ residet ĩ parte. quoddã qđ residet ĩ iudice. Sed certe nullũ offm̃ residet in parte, iõ istã partẽ omitto, & omissis eorum verbis, alr̃ q̃ ipsi, & gl. sic dicas, ꝙ ẽ triplex spẽs. Offm̃ iudicis quoddã est nobile, quoddã mercenariũ, quoddã aduersariũ. Offm̃ nobile est, qđ ꝑ se stat, siue hoc iudex suo motu exerceat, siue ad postulationẽ alterius, vt in grendo, ꝯcedẽdo restitutionẽ in integrũ, dãdo tutores, interponẽdo decreta, ꝯstituendo salaria aduocatis, & medicis, & similia. Quoddã ẽ offm̃ mercenariũ, qđ ꝑ se nõ stat, licet deseruiat actioni, & hoc p̃t esse multiplex, qa qñq; deseruit actioni ꝓponẽdæ, vt in citationib.& interrogationib. & in oĩb. q̃ fiunt ante lit.cont. Qñq; deseruit actioni ꝓpositę exercẽdæ, vt in dandis dilationib. recipiendis testib.& probationib.& in oĩb.alijs post lit.cont occurrentibus, vsq; ad diffinitiuam sñiam. Qñq; deseruit actioni propositæ terminãdæ, & hoc triplr̃, aut ex natura actionis, vt cũ ꝯdemnat in vsuris, fructib.& interesse ĩ bonæfidei iudicijs. Aut ꝯ naturã actionis ꝑp aliqđ extrinsecum accidens, vt in arbitrarijs, vel ꝑp naturã iudicij, vel instantię, nõ attento quæ sit actio, vt in condemnatione expensarum, vt C.de fruc. & liti.expen.per totum. Qñq; deseruit actioni propositę & determinatæ exequẽdæ, vt officium iudicis, ꝙ est in executione exercenda, ut infra de re iu.l.a diuo Pio, per totum. Tñ vtrum sit illud officium nobile, vel mercenarium, dicam infra eo.l.iubere in fi. Quoddam est offm̃ iudicis aduersarium, quod nõ deseruit actioni, sed imo sibi aduersatur, & ꝯdicit inquantum põt, & hoc dupliciter. Primo qñ officium iudicis loco exceptionis directę proponitur, vt infra de pet.hær.l.plane, & l.fi.& l.item si verberauit.§.1. infra de rei ven.vel qñ deseruit exceptioni ꝓpositæ, vt in toto tit. de excep. Ista diuisione oẽ offm̃ iudicis cõprehenditur. Alia pulchra exẽpla possent dari, de quib.vide Spe.de off.iud. vbi ponunt plura

ADDITIONES.

a Pom. Infra eo. Vide Fel.in c.post cessionem.de prob.

b Pom. Sic dicas. Vide Rom.consi.260.Bal.consi.32.Ale.consi.6.

c Paul. Quæro tñ vtrum iudicis officium. Adde ꝙ ea quæ debẽtur iudicis officio, non transeunt contra hæredes obligati. Bal.in l.si socer.inf.sol.mat.& ibi sequitur Ale. sed Pau.de Cast.tenet cõtrariũ. Et istud puto verius, pro quo facit tex. in l.si quis ex argentarijs.§.j.iuncto §.ex hoc edicto.inf.de eden. Itẽ facit, quia maior restituitur officio iudicis.l.quod si minor.§.fin.inf.de mino.tñ certum est, quod nedum contra principalẽ sic contrahentem, sed ẽt cõtra hæredẽ restitueretur.l.si intra.C.de in integ.resti.facit l.si quis a liberis.§.item rescriptum.inf. de lib.agn.tñ aduerte, ꝙ in primo dicto faceres pro opin.Bald.& Ale. an aũt in officio iud.nobili requiratur libellus, & iudiciarius ordo regulariter sic. fallit, de quo per Bar.in l.iubere cauere.inf.eo. Item fallit in casu l.pen.§.qđ si sit. quem ibi ponderat Pau.de Cast.pro sing.inf.de pręt.stip. Itẽ an requirat libellus, vide remissiue Ias.in l.nec quicquã.§.vbi decretum.sup.de off.proconsu. An aũt si iudex non faciat id pro quo competit off.iudi.possit appellari. vide Fel.in c.exceptionem.extra de excep.aliquas differẽtias, quę fiunt, an alicui competat actio, an off.iud.vide per Ias.in d.§.vbi decretum. Item pulchram doct. ad cognoscendum an aliquid expediatur off.iud.mercenario, vide per Ias. in l.iubere cauere. inf.eo collectum ex doct.Bar.ibi.item an vbi imploratur officium iudicis, requiratur libellus. Vide Are.Inst.de act.in prin.Bart.Paul.de Ca.& alios in l.requirendi.C.de fer.fug. *Menoc.Vacon.lib.1 declar.iuris.c.37.

d Ruer. Officium. Adde, an officium iudicis, & actio sint idem. Ang.de Are.Inst. de act.in prin.col.4.vbi late examinat.& Fel.in c.1.extra de off.iud.

e Men. Quod sit ius Gomes.Inst.de act.in prin.num.43.

f Barb. Ex hoc sequitur. Adde tex.in l.defendente.de auth.tu.

g Ruer. Ex hoc. Adde circa istas differentias inter officium iudicis & actionem, no.per Imo. Abb.& Fel.in d.c.2.de off.iud.& D.Ias.hic col 4.

h Baro. Itẽ ex p̃dictis. Qđ intellige offõ nobili, nõ aũt mercenario, ꝑ no.per Cy.in l.j.C.de alt.iu.circa med. Et tu põdera, qa Inn.ĩ c.j d' off.iud.tenet ꝙ si iudex nõ vult ex offõ suo ꝓcedere, nõ tenet, & ita trãsit Ant.& Io.And.sed Bar. hic dicit ꝙ fit iniuria, & ꝑ cõsequens põt appellari. Io.de Imo.ibi dicit, ꝙ si cõmittatur p̃rati iudicis, p̃tt decretũ interponere: secus si committatur suo officio mero.vide ibi.& no. ꝙ officiũ iudicis est nobile. vide Card.in c.2.de off.iud. vbi dicit, ꝙ est potestas.& Bern.in procem.loquitur aliter in c.j.de off.ord.vide ibi.

Ruer. Adde quotuplex sit off.iud.Spe.in tit de off.iud.Abb.in d.c.2.de off.iud.& quot modis sumit̃ offm̃, no.Fel.ĩ c post cessionẽ.in prin.extra de ꝓb. & de multiplici off.iud.plene Spe.in ti.de act.seu pet.& D.Pet.Phil.Corn.in consi.183.3.p.

† Cla. Esset iniuria. Vide in simili Pan.in c.at si clerici.§.de adul.de iud. Et an possit appellari, si denegetur, Fel.in c.exceptionem.de excep.

h Populo. Adde q licet dicatur, quod vniuersitas tota non punitur, nisi cõuocato consilio maleficium commiserit, q illud pcedit in his, quę habẽt tractũ momentaneum, secus si successiuum, ut bellum, quia tunc uniuersitas punitur, licet non non fecerit conuocato consilio, ut voluit Anch. consi. 154.

i Barb. Quæro, an imputetur. Tñ illa non sequitur Inn. in c. pastoralis. de off. deleg.

k Ruer. Sed dẽt imponi illa. Adde q idẽ tenent Ang. Pau. de Ca. Ale. & Ias. hic.

1 *Edicto hoc quæ personæ comprehendantur.*

2 *Ius iniquum potest obtineri, vel per sententiam, vel impetrando rescriptũ, vel priu. legium, vel statuendo.*

§. Si quis apud.

Sum⁹ expediti đ primo capite edicti venio ad s̃m. Hic hẽs, q illi q impetrauit ius iniquum, ɔ̃ ipsum quis utiẽ eo iure. Quæro, vtrũ distinguatur si petierit dolo, uel non, dic vt in glo. Quęro dr̃ hic aduersario postulãte, &c qd si alius hoc petat? gl. sup uerbo, aduersario, ponit opi. dicã ĩ. e. l. 3. §. hæc pęna ibi gl. de hoc tãgit, & dic ut ibi. Quæ- 1 ro, istud edictum loquiẽ de eo q facit cõstitui nouum ius, † quo q psonæ cõprehendunt? Dicit gl. litigator, assessor, ut inf. l. px. Adde pcurator, & tutor, s̃m distinctionem positã ĩ. e. l. 3. §. si pcurator. Et eandem distinctionẽ puto adhibẽdã in aduocato, s̃m Gul. de 2 Cu. Quæro, dr̃ hic de eo q obtinuerit aliquod ius iniquũ † qualr hoc ɔtingat? Rñ trib. mo. uel obtinendo sñiam, qđ no. qa si quis obtinuerit vnam sñiam pro se s̃m vnam opi. in una cã, qđ in alia de necessitate ɔ̃ eundem dẽt sic iudicari, p hunc titulum. Pone ẽt scđo q obtinuit iniquum ius impetrando rescriptũ, uel priuilegium, certe idem eodẽ iure uti dẽt, ut ĩ. eo. l. 3. in prin. Põt ẽt tertio obtinere iniquum ius, si est facta lex, & tũc eodẽ iure uti dẽt, siue fuerit pponens, siue allegans. Facit quod s̃. pxi. dixi. Alia circa expositionem huius edicti dicemus ĩ., prosequendo titulum.

1 *Verba cum effectu sunt intelligenda.*

2 *Affectus non punitur, nisi sequatur effectus, & quando, nu. 4.*

3 *Futurũ subiũctiui formatur a præterito Indicatiui, ideo requirit rẽ pfectã.*

§. Hæc autem.

a Verbũ, statuerit, ẽt futurũ subiũctiui, quod formaẽ a pterito pfecto indicatiui, & sic rẽ cũ effectu pfectã b significat. Signa tex. in fi. legis. † No. 1 q uerba cum effectu sunt accipiẽda, & ad hoc allegaẽ. † No. quod 2 non puniẽ affectus, si non sequaẽ effectus. Opp. quod male arguat c iuri. Dicit. n. nã statuit c Sed uerbum, statuit, qđ † est pteritum in- 3 dicatiui, non reperiẽ in edicto, sed bene reperiẽ uerbum, statuerit, quod est futurum subiunctiui. Rñ futurũ subiũctiui formaẽ a pterito indicatiui, vt no. ĩt. de ɔ̃h. emp. l. hac uẽditio. & ĩs. de ver. obl. l. cæteri. in is. §. fi. ideo requirit rẽ perfectam, sicut pteritum idicatiui, & sic bene arguit. Intro gl. op. de rescin. uend. l. ratas. Solu. vt in gl. Opp. ĩt. de extraor. cri. l. 1. & C. de epi. & cler. l. si quis nõ dicã d rapere. ubi puniẽ affectus, licet non sequaẽ effectus. d Sol. dicit † gl. 4 ibi in criminib. grauiorib. Vel aliter, hic nullum crimẽ est, impetrare ius iniquum, vt no. Doc. in d. l. si quis non dicam rapere. & gl. in l. 3. §. 2. inf. eo. Opp. C. de fur. l. si quis. Sol. vt in gl. Op. inf. de calum. l. & generaliter. Sol. vt in gl. quantum ad hoc edictum.

ADDITIONES.

a Hæc autem. Et hic alle. ille §. quod capiens bannitum, si eum non põt tenere. qa ab eo fugit, non debet habere pręmium ex forma statuti. uide eundem in l. fin. inf. de pet. hær. facit C. de fideiu. l. si Barbarorum. & limita per l. fi. C. de pe. bõ. subl. li. 10. & l. quisquis. C. ad l. Iul. maie.

b Perfectam. Adde post Ia. de inuento in uia, stante statuto, q extrahẽs bladũ puniaẽ. Io. And. in add. ad Spe. in tit. de const. ubi pulchre. Quod uero dr̃ q verba deberit intelligi cum effectu, vide quę potui in l. 4. §. condenatum. inf. de re iu.

c Statuit. Codices nostri habent, statuerit, & sic oppositio superflua redditur, utilis tamẽ est, & notandi ex his quæ tradit Ias. hic.

d Effectus. Adde pulchre Bal. cons. 306. 3. lib. & 106. 4. lib.

LEX II.

Hoc edicto.

Impritia assessoris excusat magistratũ, nõ pluri assessorem. h. d. Op. ĩf. circa fi. gl. In sti. de obl. q ex quasi delic. ĩ pri. & s̃. de var. & extraor. co. l. vlt. Sol. q ĩt ad illud edictũ, impritia assessoris excusat magistratũ, non q̃tũ a ad actionẽ in factum ex quasi maleficio. Tene menti, a qa plures vidi dari sindicationes ɔ̃ magistratus de impritia assessoris tpe sindicatus. Quærit gl. quare ĩ ptare requiẽ dolus, & nõ ĩ assessore. Dic vt in gl. nã assessor aliceat se iurispitũ, qd nõ cõtingit ĩ magistratu.

ADDITIO.

a Meno. l. ne meuti. Ruy. consi. 161. nu. 31. li. 4.

LEX III.

a b **Si quis iniquum.** a Hic incipit exponere verba edicti, secundi capitis. b Quæro quid si non apparet veniri ad postulationem, vel non? Respon. in dubio præsumitur ad postulationem, vt ext de præb. c. si motu proprio. li. 6. dixi C. de pe. bo. sub la. l. j. lib. 10. †

ADDITIONES.

a Parif. Si quis iniquum. Circa distinctionē, quæ hic ponitur, an motu proprio, an ad petitionem alicuius concedatur, vide q in alio proposito singulariter decidit Bar. in l. tutor si petitus. de tu. & cura. dat. ab his refert. & sequitur Ale. in l. iuste possidet. de acqui. poss. Item istud de motu proprio, limita, vt procedat circa decisoria, secus circa præparatoria, & ordinatoria, iudicij, secundum Ro. sing. 274. incip. reg. Alle. Bar. in l. fi. C. de fruc. & li. expen. Fel. in c. 2. de mu. pe. vbi ponit et alias limitationes. an autem in dubio concessio præsumatur facta motu proprio, vide Bar. in l. 1. C. de pe. bo. sub. li. 10. vide in materia Ale. & Mod. hic. Item limita, nisi esset concessio geminata, q a tunc præsumitur motu proprio concessa. Vide Mod. in l. nec damnosa. C. de prec. imp. e. offe. & q̄ hēs ad Bar. in l. Balista. inf. ad Treb. vide Pan. cons. 82. inci. q̄q̄ ijs dubijs. dicentem, q geminatio denotat omnimodam deliberationem, ita faciendi, volendi. Item q clausula motu proprio, & ex certa scientia, æquiparātur. vide in d. l. nec damnosa. per Mod. vide etiam Io. de Dama. in c. j. de exces. præl. Ant. de But. in c. j. ext. de resc. Bal. in c. studuisti. de of. deleg. Ang. in §. ex his vero iubemus. in Auth. vt nulli iudi. vide Bal. no. loquentem in c. eum ordinem. de rescr. in c. eam re. eo. ti. in c. si qñ. per Sal. in l. fi. inf. si contra ius, vel vtil. pub. per Bar. in l. idem Vlpianus. de excu. tut. Crem. sing. 535. vide Felin. c. nonnulli. in prin. versi. fall 6. de rescri. vbi etiam dicit, quod operatur idem quod clausula, non ob. & de plenaria potestate, & de certa scientia, iuncto versi. præcedenti.

b Poma. Secundi capitis. Vide Ale. cons. 25. in 2. dub. 3. vol.

† Lib. 10. Adde ad hoc limitationem, quam idem Bar. ponit in auth. quas actiones in 2. q. C. de sacros. eccl. & quod ibi ponunt Doc. circa hanc materiam.

§. Sed & si impetrauerit. Opp. q verbū impetrauerit, debeat intelligi cum effectu, vt s. eo. l. 1. in fi. Sol. intellige cum effectu. s. iuris, vt hic, vel facti, vt dixi s. eod. l. 1. in prin. Et dic, vel facti, & iuris, vt hic, prout dixit, vsus fuerit. Oppo. de l. qui falsam. inf. de fal. Sol. ibi delictum non erat consummatum: hic sola impetratione, sequuta concessione, ita quod obtinuerit, delictum est consummatum. Et ita habes glo. expeditam.

1 *Mandans quando non videtur proprie facere.*
2 *Statutē puniens excipientē, & non probantē, vel declinantē iurisdōnem iudicis, nō comprehēdit producentem, vel declinantem per procuratorem.*
3 *Mādato gñali nō venit, vt procurator possit facere dominū incidere in penā.*
4 *Mandato generali non venit etiam id, quod potest esse penale.*
5 *Impetrans pro alio ius iniquum, si non habuit mandatum, vel ratihabitio non sit secuta, tenetur hoc edicto.*
6 *Procurator impetrans iniquum ius pro domino, potest contra dominum eodem iure vti.*

a **§. Si procurator.** a Iste est bonus §. & hoc ītēdit. Ex impetratione procuratoris habentis spāle mandatū, vel ratihabitione sequuta, coercetur dñs: secus si hēat gñale, vel si sit in rē suā, tūc coercetur procurator: tutor vero sp. h. d. vsq; ad fi. & hic exponit verbū, si qs. Op. ext. gl. cū verba edicti sint scripta in persona. l. sed & si qui impetrauerit: ergo non coercet illū qui impetrari fecerit, vt l. aut qui aliter. in fi. j. quod vi, aut clam. Sol. Qñ mandatur id, quod est delictū, tunc procedit
1 ɔ̄rium. Rō, † q a tunc mandatarius coacte non facit virtute mandati, cum mandatum rei turpis sit nullū, vt Insti. mand. §. illud quoque, cū concor. sed facit virtute sui arbitrij. Merito ille, qui[b] mandat, non vī proprie facere. Et sic verbis edicti nō cōprehenderet, sed hic mandat illud, quod non est delictū, vt gl. dicit, & statim dicam. Ergo procurator coactus hoc facit virtute mandati, q suscepit, non ex suo arbitrio. Et sic ille, qui mādat, proprie facit, merito verbis edicti cōprehēditur. Sicut qui proiecerit vnū lapidē, cū lapis nō percutiat ex sui virtute, sed virtute proijcientis, proijciens proprie percutit, vt l. itē Mela. in prin. inf. ad l. Aqui. Dixi inf. de in iur. l. sed & si vnius. §. seruus meus. & ibi plene dixi. Et p hoc dico
2 † q statutū, q punit reū, q producit exceptiones, & nō pbat, vel punit eū, qui iurisdōnē iudicis declinauit, hēbit locū in eo, q produxit exceptiones, vel declinat p procuratorem, licet in personam loquat. s. si quis produxerit, vel si quis declinauerit, & sic cū act[o] pro
3 ducendi, vel declinandi, nō sit delictū. Ex hoc ēt sume aliud, † q licet q̄dā sint de se licita, si tñ ex eo sit possibile inferri pęnā, nō ve-
c nit ex virtute gñalis mādati, sed requirit spāle mandatū, c vt hic, &
d ideo qñ per[d] pcuratorē pponuntur aliquæ exceptiones, ex quib. pęna infertur, si nō pbentur, nisi hēat spāle mandatū ad hoc, pōt petere, q dñs approbet, vel reprobet illā productionē, aliter non audiat procurator super eis. Casus est hic, & tene menti. Venio ad gl. dr̄ hic, q tenetur dñs solum, ɔ̄ imo, & procurator, vt l. 1. de vi, & vi ar. Sol. ibi mandatum fuit delictū, & sic procurator parere nō debuit: hic vero non fuit mandatū delictū. Ita dicit gl. tene menti ad id, qd̄ modo dixi s. Quærit gl. quid si pcurator habuit gñale mandatū cū libera? Rñ, l dē, q a hoc nō venit in gñali mādato. Ita dicit
e gl. Ex quo eno. vt modo dicebā, in 1. q. † q sicut illud, q est omni-
4 no prohibitū, non venit in gñali mandato, ita illud qd nō est omnino prohibitum, vel delictū, si potest esse pęnale. Vide gl. Quęro
5 an tunc † cum non habuit mandatum, nec ratihabitio est sequuta, teneatur procurator impetrans? Gl. dicit, quod sic: licet. n. ipse eodē priuilegio vti non posset, quia alij impetrauit: sufficit tñ, q obtinuerit, & q alius vti possit. Item, quia edictū s. eo. l. j. §. si quis apud, dicit, q si quis obtinuerit, sed ipse obtinuit hic. non dñs sed
* qñ hēt mandatū, obtinuit ipse dñs, non alius. Ita dicit glo. * Vide gl. & Bar. in l. si pater filio. inf. quæ in frau. cre. Quærit gl. quare nō
6 procurator, sicut tutor? Dic, vt in gl. quærit glo † verū procurator impetrans posset vti eodem priuilegio ɔ̄ dñm? gl. nō determinat. Rñ quidā q nō: quia fuit particeps criminis, vt l. qm̄ liberi. C. de testib. ɔ̄ l. ait ptor. §. si quis particeps. inf. q̄ in frau. cre. Alij ɔ̄ vt tenebat Rich. Mal. q a offm̄ procuratoris nō dēt sibi esse damnosū, vt l. sed si quis ex signatorib. inf. quemad. test. apet. Item q ñ pcurator facit, dñs facere vī f̄m eum. Tu dic, imo dñs proprie facit, vt dicit s. Idē tenet Iac. But. Nā dñs nō pōt sibi obijcere illā culpam seu hāc exceptionē, ar l. cū in fundo. §. qd si mulier. inf. de iu. do. q
f satis placet. f Forte hoc nō esset verū. Nā f̄m opi. gl. 1. s. eo. vt hēat locū illud edictū, oportet, q teneat de iure istud, q impetratur, licet sit iniquū. Sed si dñs nō hēt ratū non tenet de iure. Nam in psona procuratoris nō: q a sibi non est impetratū in psona dñi ēt nō valet, q a nō habuit ratum. Nec ob. q dñs possit vti, quia reprobauit nō habendo ratū, & sic interim nō valet de iure. Nec obst. qd dicit gl. de tutore, q a forte ipse tutor posset vti absq; consensu pupilli q non esset in procuratore. Quęro, qd si in impetratione tutoris, peruenit commodum ad pupillum? Rñ. Eatenus tenebitur pupillus, quatenus ad eū peruenit de commo. vt in gl. & bene.

ADDITIONES.

a Parif. Si procurator. Ad istam reg quod in generali mandato non venit, vt aliqd faciat indebite, quamobrem possit dominus petere pęnam, vide omnino l. l. 3. §. si procurator. inf. tit. j. de quo ibi scripsi ad Bar.

b Ruer. Ille qui mandat. Adde, quod cū doc. Bar. transeunt Bal. & Pau. de Cast. hic. Sed contra eū tenent Ang. in l. sed si vnius. §. si seruus inf. de iniur. & Sal. in l. nō minus. C. de accu. Ale. & Ias. hic. * Menoch. Barb. consi. 41. col. 2. lib. 4.

c Speciale mandatum. Adde post Ale. & Ias. Bal. pulchre, consi. 94. 3. & consi. 83. 4. lib. Io. de Ana. consi. 12. Ro. consi. 140. & inquantum subdunt præfati Doc. q Pau. de Cast. dicit, q procu. vsurarij teneatur ad vsuras restituendas: adde quod Bal. consi. 205. 3. lib. dicit, q non valet testamentum eius, qui exercuit vsuras nomine alieno, nisi præstita cautione. * Menoch. Alciat. consi. 577 nu. 2.

d Et ideo qñ per. dicas f̄m Bal. in syndico vniuersitatis. facit gl. optime. in l. non potest dolo. & l. aliud. §. refertur. j. de reg. iur. Bar. in l. si procurator. inf. de cond. indeb. Ang. in consi. incip. consultationes mihi. Aug. de Peru.

e Ex quo. Et sic facit f̄m Bal. q habentes generale arbitrium condendi statuta, nō poterunt condere statuta contra libertatem ecclesię, cum illa sint pęnalia. in auth cassa. C. de sacros. eccl. quod est no.

* Dicit gl. Hæc verba addita fuere, nec in antiquis vol. habentur.

f Ruer. Quod satis placet. Adde, quod ista opi. est communiter approbata vt hic p Ale. & Ias.

1 *Impetrans ius iniquum, non tenetur hoc edicto, vltra quam interpretatio se extendit.*

§. Hæc pœna. Hic gñalr dictū ponit, & sic eget summario. Op. dr̄ hic, q alij vtuntur eodē iure aduersus impetrantē. Cōtra C. res inter. ali. acta. p totū. Sol. gl. intelligit qñ fuit impetratū ius iniquū, vel ɔ̄ oēs, vt hic. Secus si ɔ̄ vnū tñ, vt in ɔ̄rio. Quidā tñ fuerūt ī ɔ̄ria opi. vt gl. tāgit hic, & s. eo. l. 1. circa prin. li. p ver. aduersario. Pro istis facit. C. de rescī. vē. l. ratas. Sed opi. gl. ē verior p tex. huius l. in prin. ibi, cęterū si ipso nō postulante, &c. nō. n. extēdit se pœna huius edicti, nisi quatenus extēdit postulatio impetrata, & p hoc s. eo. l. j. ibi, aduersario ei[o] postulāte, &
1 hoc tenēt Iac. de Are. & oēs. Ad l. ratas. tñ. vt ibi no. p Cy. † Quæro qd si aliquis impetrauit ius iniquū, vsq; ad quantitatē 100. lib. an aliqs vtat eodē iure ɔ̄ eū ī maiori quātitate: Vī, q sic, p hāc l. q a ēt ille, ɔ̄ quē nihil impetrauit, pt vti eo iure ɔ̄ impetrantē. Ergo multo magis ille ɔ̄ quē īpetrauit, licet ī minori quātitate. Et hoc pcedit qñ impetratio esset facta simplr̄ nō expressa quātitate. licet impetrās nō teneret forte, nisi ad cētum. Sed si in impetratione esset expssa certa q̄titas, tūc nō tenet vltra q̄ impetratio se extendat, vt hac l. in pri. Vide glo. sup ver. qñq; experit. Innuit. n. q ex hoc edicto oriatur actio, & exceptio, q dicam statim inf. ea. l. §. qd̄ autem.

1 *Fideiussori quando noceat delictum rei.*
2 *Principalis prius conuenitur quam fideiussor, si conueniri potest.*

a **§. Si is pro quo.** a Impetratio pricipalis nocet fideiussori, nō eɔ̄. h. d. & ē subtilis §. Op. C. de precib. imp. o. l. quoties. Huius timore legūt quidā, q hic fuit impetratū, ne aliquis vtat exceptione dilatoria. Hanc reprobat gl. p tex q dicit, mandati actionē non hēbis, postea inf. in gl. paria, sup ver. nō habebis, substinet, vt dicamus nō hēbis mandati actionē. l. interim, q satis pōt pcedere. Vide istā gl. Scd̄o mō[b] pōt intelligi,
b quod impetrauit exceptionē peremptoriā, si fuit dictum p principem, nō ob. l. qualibet. pt esse bona, & vera. Scd̄o op. j. de pac. l. fi. vbi

ADDITIONES.

a Poma. Si is pro quo. Vide Ale. limitantem in l. nis. §. fi. quam legit cum l. & hæredem. de pac. Mod. aliquid in l. fi. inf. si cer. pet.

b Secundo modo. Et sic insurgit ex hoc, q princeps potest auferre ius meum. tex. est in l. item si verberatum. §. 1. ibi, militibus. inf. de rei vend. facit casus fin. in l. vēditor. §. si constat. inf. cōm. pręd. Bal. & Ang. hic, q intellige cū causa, secus sine cā. l. toties. inf. de pollic. l. si priuatos. inf. q. & a quib. l. Antiochensiū. & ibi Bar. inf. de priui. cred. l. non ambigitur. & ibi dicam s. de leg. l. bene a Zenone. C. de. quad. præsc. Ang. in d. l. item si verberatum. §. an autem sufficiat dicere, non obstante l. vide sing. limitationes Sal. in l. fi. C. si contra ius, vel vti. pub.
Pro intell. l. si quis domum. §. 1. inf. loc.

vbi pactũ principalis, fideiussoris exceptionem nõ põt tollere. Hu ius timore dicit gl. intellige, ꝙ quo tpe fideiussit, impetrauerat ius iniquũ, vel impetrauit postea de voluntate fideiussoris. Vide gl. Istã distinctionẽ vr̃ reprobare gl. inf. prox §. sed iustine. eã, vt ibi dicã in j. op. Tertio op. de. l. 1. ꝗ. de alie. iud. mu. cau. fac. Sol. fateor, ꝙ hic factũ vnius noceat alteri, quia hoc debuit, & potuit ab initio prouideri. Dicit gl. sic, mora rei nocet fideiussori, vt l. mora. ꝗ. de verb. ob. Istud aliquantulum vr̃ ꝯdicere superiorib. Nam supe rius dictum est, ꝙ factum rei non nocet fideiussori, si non consen nit. Et iõ circa hoc dicas, si quæris an pactum rei noceat fideiusso ri, dic vt l. si. inf. de pac. Si quæris de delicto rei. Aut † quæris vtrũ 1 noceat, ad inducendam obligationem ꝯ fideiussorẽ, & dic, ꝙ nõ nocet. vt inf. de fideiuss. l. si in pignore. Aut ad actionem iam natã augendã, vt aliquid addat, & dic, vt l. j. de eo per quẽ fac. erit. & l. centum Capuæ. inf. de eo, ꝙ cer. lo. Aut quantũ ad actionẽ cõseruandã, & tunc si quidẽ actio erat iam elisa exceptione, non nocet fideiussori, si nõ consentiat, vt hic, cũ sua gl. si vero actio non erat exceptione elisa, tunc sine dubio nocet, vt l. mora rei. inf. de verb. ob. & l. si seruũ. § nunc videamus, eo. ti. Non ob. ꝙ potuit cogitare, ꝙ potuit, quia sic in l. fi. inf. ꝺ pac. potuit cogitare, ꝙ potuit fieri pactum de petendo, & tñ non nocet fideiussori, vt ibi. Nõ ob. l. si quis domũ. §. j. inf. lo. quia ibi põt euenire rõnabiliter, & ſm naturam præcedentis ꝯtus, hic nõ põt euenire rõnabiliter, ꝙ quis impetret ius iniquum. Facit quod no. Iac. de Bel. in l. si idẽ §. j. sup. tit. j. in gl. super ver. adiudicari põt, &c. Vel dic ad ꝯtrã de l. j. inf. de alie. iud mu. cau. fac. ꝙ hic fideiussor nunq̃ habuit exceptionem efficacem, vt no. s. in gl. prox. & sic factũ rei nõ nocet fideiussori. Extra gl. op. ꝙ nõ possit conueniri fideiussor, nisi prius agatur ꝯ principalẽ, vt l. j. iure nr̃o. C. ꝺ fideiu. cum auth. ibi posita. Sol. illud verũ ſm iura hodierna, licet olim secus, vt d. l. iure nr̃o. Præterea hodie † dẽt intelligi, ꝙ prius cõueniatur principalis, si põt conue- 2 niri, secus si cõueniri nõ posset, vt l. Marcellus. j. de fideiu. & ibi p Dyn. & ibi dixi. Et hoc probatur in hoc tex. in 2. par. vbi reus hẽt exceptionẽ, & nõ fideiussor. peruenit. n. ad fideiussorẽ, qa certum est reũ ꝯueniri nõ posse, facit inf. si cer. pet. l. si. de ver. ob l. decem.

§. Si filius.

Impetratio filij nõ coercet patrẽ. h. d. No. ꝙ per filiũ nõ põt fieri deterior ꝯdõ patris, ĩpetrauit n. vt vsq; ad decẽniũ ꝯueniri nõ possit. Sed op. & vr̃, ꝙ factum filij in ipso ꝯctu, noceat patri, vt l. ꝗ iuris. §. fi. cum l. seq. de pac. Huius timore quidã distinguunt hic, sicut fuit distinctũ s. proxi. Aut filius impetrauit patre sciẽte, aut nõ, vel aut filius impetrauit antẽq̃ esset ius q̃sitũ prĩ, aut postea. Sed gl. reprobat istã dist. simplr̃, & nihil all. Vide eã Quid dicemus? Dico, ꝙ præcedẽs §. loquit in reo, & fideiussore, hic aũt in prẽ, & filio. Rõ diuersitatis est, qa primo acquirit per filiũ directo ex legis dispositione, non ex dispositione filij. ar. l. Paulus. §. Paulus. inf. de bo. li. vel præcedens. §. loquitur in exceptione, quæ facilius transit, quam actio, vt l. ẽj ſtm tẽ. inf. de iureiu. & iõ transit cum suo vitio: hic vero loquitur in actione q̃ non ita trãsit de facili, nisi ex spãli legis dispositione. Ad l. ꝗ iuris. §. fi. cũ l. seq. rñ. ꝙ ibi loquitur in his, q̃ per filiũ fiunt in ipso ꝯctu, sed hæc impetratio iuris iniqui, est totaliter separata ab ipso ꝯctu. Contra prædicta op. itam sicut se habent reus, & fideiussor, ita se habent pr̃, & filius, vt l. cum filius. inf. de ver. ob gl. sol. no. ꝙ ibi loquitur quando patet ex persona filij conuenitur, hic quãdo agit. Et hæc gl. vr̃ tenere illam sol. quam s. dedi in superiori proximo contrario ad glo. præcedentem. s. quod ibi in exceptione, hic in actione Vide eam, & tene menti istã determinationem. Et ita intelligo istum §. & dixi in d. l. cum filius.

1 *Pœna ipsa iure imposita a lege transit ad hæredem.*
2 *Actio, & exceptio, & replicatio ex hoc edicto, oritur.*
3 *Impetraos, vt quilibet de ciuitate det mihi vnum grossum, non potero cogi ego vt alii soluam grossum.*

§. Quod autem.

Pœna huius edicti trãsit ad hæredẽ. a h. d. Op. priuilegiũ nõ trãsit ad hæredem. ... vib inf. de reg. iu. ergo nec pœna. Sol. Intellige hic fuisse actum, ꝙ trãseat ad hæredem, vel priuilegium fuisse cõcessum in rẽ, ita quod ad hr̃dẽ transeat, ſm gl & bñ. Op. pœna non transit 1 ad hr̃dẽ, vt C. ex delic. defun. l. j. ꝗ de priua. del. l. j. Sol. † & hęc ẽ vera, ibi loquitur in pœna imponenda. Sed hæc pœna est a lege ipso iure imposita, vnde sicut si lata esset sñia, teneret hr̃s, ita hic qñ ipso iure infligit, nec expectata sñia trãsit ad hr̃des. Facit inf. de pub. vec. & com. l. cõmissa. & hoc est verũ, prout opponit hr̃di ex persona defuncti, sed prout opponit ex persona sua, tũc non ob. ꝯtriũ, qa hr̃s punitur. ex delicto suo, quia priuilegiũ transit ad eum, vt in præcedentib. dictũ est, & vbicunq; hanc impetrationem appello delicti. improprie loquor, vt dixi s. e. l. si procurator. & ꝙ ibi no. per gl. Vltimo gl. dicit vnũ verbũ hic. s. ꝙ non transit ꝯ hæredẽ, vt det actio, sed vt repellatur exceptione. Vide gl. sic minuit ista glo. ꝙ ex hoc edicto non oriat actio, sed exceptio & hoc vr̃ ẽt de mẽte lo. q in arbore non facit mentionẽ de actione ex hoc edicto, nec Rof. in libel. suis, de actione ista posuit In ꝯtrium facit gl. s. ea. 2 l. §. hæc pœna. super ver. qñq; experit. Dico, † & hoc tenent Doc ꝙ ex hoc edicto orit actio, & exceptio, & ẽt replicatio. Et in actione pono ut exẽplũ, impetraui, quod ex pacto nudo possum agere, certe alius ex pacto nudo poterit agere ꝯ me ex hoc edicto. Vel impetraui, ꝙ vẽditio, q̃ erat inualida, valuerit, certe ita valebit pro aduersa parte, sicut pro me, ar. inf. de act. emp. l. bona fides. & si ex no. cau. ag. l. 2. & C. si aduer. transl. j. & inf. ꝺ iurein. l. si duo patroni. §. si qs iurauerit. & § seq. Tñ isto casu, quo oritur actio ex hoc edicto, nõ dat ꝯ heredẽ, quia executio non est nunc facta ipso iure ꝯ hæredẽ. Et hoc vr̃ velle gl. hic posita, quod no. In exceptione, & replica- 3 tione sunt manifesta. † Quæso pone, ꝙ ego impetraui, ꝙ quilibet de ciuitate ista teneatur mihi dare vnum grossum, an quilibet potent petere a me ex vigore huius edicti, sicut ego ab eis ex vigore huius priuilegij? Doc. dicunt, ꝙ non. Et istud edictũ dẽt intelligi, qñ priuilegiũ ẽt stante hoc edicto aliquod operatur, alias sec⁹, ar. l. j. ad muni. & l. si qñ. inf. de leg. 1. & l. si fundum. ad l. Fal. Sol. hoc nihil operatur, si quis vtatur eodem iure, ergo &c.

ADDITIO.

a Hęredem. Adde post Ias. inquantum ponit, quod pęna iuris requirit sñiam declaratoriam, licet a pœna iuris non possit appellari, quod tñ a sñia pœnæ declaratoria põt appellari, & in alia ferenda non requiritur citatio partis, vt no. explanat Lud. Ro. sing. a 15. facit tex. in c. Romana. §. finaliter. de app. lib. 6.

§. Illud quoq.

Pœna huius edicti porrigitur ad actionem, quæ post impetrationem quæritur. h. d. Gl. intelligit, qñ impetratur generaliter, ita quod impetratio porrigebatur ad futuros creditores. Sed quid si impetrauerit simpliciter: Doc. tenent, ꝙ tantum ad præsentia videtur porrigi, vt l. si ita scripsit inf. de leg. 2. & l. si ita. inf. de au. & arg. lega. Dic, vt ibi. Pro hoc facit gl. in l. omnium. inf. de procu.

1 *Obligationem naturalem actus iuris ciuilis non tollit.*
Præscriptio an tollat naturalem obligationem.

§ Ex hac causa.

Hoc edictũ nãlem obligationẽ nõ tollit, ergo soluti repetitionẽ non inducit. h. d. Et legitur duob. mod. Primo in impetrante, ne creditorib. teneatur. Nam per hoc ipse impetrans nõ liberat. Vel intellige, ꝙ licet alii creditores possent vti eodẽ iure ꝯ impetrantem, tñ non liberatur ab ea naturali obligatione, & ideo in vtroq; casu impediatur soluti repetitio. Nã impetrator põt tollere ius ciuile. Et sic no. ꝙ † per actum iuris ciuilis, non tollit naturalis obliga- a tio. Et sic facit, ꝙ præscriptione nõ tollit nãlis obligatio. Qđ dic, vt plene dixi in l. fi. inf. rem rat. hab. & Cyn. in l. cum quis. C. ꝺ iur. & fac. igno. & no. inf. de neg. gest. l. at qui natura. in prin.

LEX IIII.

a **Illud.** a Qui facit l. permittente, nõ incidit in hoc edictũ. h. d. No. ꝙ illud, ꝙ licite factũ est, pęnã nõ meret. Ista l. indu cit Gul. ad q. quod si impetrasti iudicẽ delegatũ ꝯ me i causa sunt di, possum te conuenire corã eodẽ iudice in alia cã, vt in auth. & ꝯñt. C. de sent. & l. si idem. s. tit. prox. Sed si tu vis me iterũ conuenire corã eodem iudice, in alia causa nõ potes, vt inf. de iureiu. l. iusiurandum & ad pecunias. §. ait prætor. ver. sed nec. & hæc lex multum bene facit ad q. quæ est bona, & pulchra.

ADDITIO.

a Illud. Adde post Alc. & Ias. inquantum examinant, an possim alicui dicere verba iniuriosa ad conseruandum ius meum. Old. plene consi. 53. Bal. consi. 45. 2. li.

Si quis ius dicenti non obtemp. Rub.

¶ Dictum est s. in genere, & in species de iur. om. iud. Verũ, qa qñq; iudices peccant decernendo iniquũ ius, aliquando peccant partes, ius iniquum impetrando, iõ posuit titulũ, quod quisq; iur. Verum, quia quandoq; peccant in non obediendo iudici, ideo po † nit rub. si quis ius dicen. non obtemp. †

ADDITIO.

† Claud. Obtemp. Qua autem pœna puniatur, qui contemnit mandatum principis ponit Ang. in l. vnica. C. de thesau. li. 10.

LEX VNICA.

1 *Dictiones taxatiuæ appositæ orationi affirmatiuæ affirmant illud, quod ponunt, & excludunt, & negant omne aliud, & quid in oratione. nu. 3.*
2 *Testis deponens, quod Titius possedit 10. ann. tantum, non probat.*
4 *Dictio, non tamen, est aduersatiua.*
5 *Duumuiri, an possint mulctare.*
6 *Delegatus quando mulctare possit.*
7 *Iurisdictionis defendendæ remedia.*
8 *Iudex potest alienam iurisdictionem defendere, & pro sua defendenda brachiũ alterius iudicis implorare.*
9 *Iudex per actionem in factũ, & etiã ex suo officio potest mulctã imponere.*
10 *Iudex qualiter exercebit eius officium imponendo mulctam.*
11 *Pœnam impositam in præcepto, iudex potest augere, vel minuere.*
12 *Pœna si est apposita in præcepto arbitrio iudicis, non vitiatur præceptum propter incertitudinem.*
13 *Processus nouus non requiritur ad faciendam condemnationem vigore inobediẽtiæ si iudici cõstat de inobediẽtia, licet ꝺ nouo citet ad defensionẽ.*
14 *Mulctam impositam iudex ob inopiam minuit,*
15 *Appellatur ab impositione mulctæ.*

Omnibus. Hæc lex diuiditur in quatuor partes principales. Primo ponit, qui iudices possunt punire inobedientes Secundo pro qua inobedientia. Tertio quas personas. Quarto quo iure, seu qua actione. Secunda ibi, is videtur. Tertia ibi, si proocu-

pcurator. Quarta ibi, hoc indiciū. Lega ꝑ pticulas. Prima pars ſm cōem lec. bī h. d. Oēs iudices pñt inobedientes punire, videlicet magnus in magnis cauſis, & magnis mulctis: paruus in paruis cauſis, & paruis mulctis. h. d. tex. cū gl. & ī hoc pri. eſt duplex lrā. Vna eſt, non tm̄: alia eſt, nō tm̄. Secundū pri. lec. diuidit, qa primo ponit dictū, ſcdo exceptionē. Secūdū aliā, put eſt nō tm̄, tota ponit vnū dictū, hēs tex. expeditū. Et ante oīa videam⁹, q̄ ē vera lrā. Pro cui⁹ declaratione † ſciendū eſt, ꝙ ſunt q̄dā dictiones, q̄ vocant exclusiuę, vt dictio, tm̄, & dictio tm̄ mō, & ēt dictio ſolūmō, & dūtaxat. Iſtę dictiones ſi q̄dē apponant oroni affirmatiuæ, affirmāt illud ꝙ ponūt, & excludunt, & negāt oē aliud. v. g. Pet. tm̄ currit. q. d. Pet. currit, & nullus alius, vt C. de pa. qui fil. diſtr. l. 2. & ꝙ ibi no. & l. ob æs de pdi. ini. & l. ꝯſtus, de reg. iu. & p Dy. in c. in arg. ext. de reg. iu. li. 6 licet q̄ſq; cā euitādi ꝯrietatē alterius l. aliud ſupplicat, vt d. ll. Ex hoc ſeqt̄, † ſi dicat teſtis, ꝙ Titius poſſedit 10. an. tm̄, inquātū dt, tm̄, nihil operat̄, qa vult excludere oē aliud tps ex illud tps poſitū, vel oēm pſonā ex illā pſonā poſitā. Iſta aūt eſt mera negatiua, iō q̄nō pbabilis, vt l. actor, C. de pb. iō nō valet. Caſus eſt ext. de cā poſ. & ppe. c. cū eccl'a Sutrina. recte intelligēdo. † Qñ ꝗ dictiones excluſiuæ, ſeu taxatiuæ, apponunt̄ oroni negatiuæ, & tūc earū nā eſt, vt poſitū affirment, & implicēt aliud de quo minus videbat̄ in eſſe. Sicut n. iſtæ dictiones excluſiuæ, appoſitæ affirmatiuæ aliud a poſito negāt, ita appoſitę negatiuę, aliud a poſito īplicāt, vt pbat̄ ꝭ. de pe. here. l. & nō tm̄. inf. de dolo. l. & elegāter, §. nō ſolū, de lib. le. l. nō ſolū, & C. de bo. q̄ lib. l. cū nō ſolū. Ex his apparet, ꝙ litera, nō tm̄, hic nō ꝯgrue ponit. Non. n. poterit implorare aliud, cū pceſſerit oro vīs oīa ꝯprehēdēs. ſ. oīb. magiſtratib. &c. Præterea ſi diceres, ꝙ ſi implicaret, nunc implicaret illud de quo plus vr̄ ineſſe. q. d. nō tm̄ duūuiris, ſed ēt maiorib. licet mulctare inobediētes, hęc locutio nimis incōgnita eſſet. Eſt igit̄ melior lrā, nō tm̄. † Nā dictio, tm̄, eſt aduerſatiua, vt ꝭ. de arb. l. qd tm̄ & iud. ſol. l. itā tm̄. & ꝭ. ad Trebell. l. ita tm̄, cū ſi. q. d. Oīb. magiſtratib. licet mulctare, ſed nō duūuiris. Et ꝙ duūuiris nō liceat, tenuit Azo. & al. l. C. de mō mulct. l. eos. & de defen. ciuita. l. defenſores nihil. & de ver. ſig. l. aliud. la 2. & de iu. l. a. §. fi. q̄ leges ꝯcedūt mulctare maiorib. Pro hoc facit iſte tex. dū dt, ſcdm ius prātis ſuæ. Verbū. n. prātis, ad merū imperiū refert, vt l. imperiū. ſ. tit. a. Mō ſum in gl. j. in medio. Contra iſtam lec. op. C. de ſpor. l. fi. §. 1. Sol. qdā dñt aliud de iu Cod. aliud de iure iſto, ꝙ nō eſt verū, vt ſtatim dicā. Op. in Auth. ꝗ de defen. ciui. § audient. Sol. Aliud eſt de iure Authenticorū q̄ de iure iſto. Iſtas ſol. reprobat gl. qa oīb. magrātib ꝯcedit modica coerctio, ſeu leuis. l. magrātib. ſ. tit. 2. & l. cui iuriſdō. Et iō tenendo iſtā lrām, non tm̄ dicendū eſt, ꝙ oīb magrātib. maiorib. liçet mulctare in magnis cauſis, & magnis mulctis, īgb. minorib. magrātib. hoc eſt, duūuiris nō † licet, vt hic, & alijs ll. all. ſ. In cauſis vero paruis, & paruis mulctis, licet ēt duūuiris, & minorib. magrātib mulctare, vt d. l. magrātib. & d. l. a. de ſpor. & d. § audient. Et ita tenet hic gl. & bñ. uel poſſum⁹ dicere ſm alios, ꝙ dixit tex. nō tñ duūuiris, nō loqt̄ de magrātib ſeu de defenſorib. ciuitatū, ſed ſolū de duūuiris, q ſolū hēbant adminiſtrationē & gubernationē rerū intra ciuitatē, de qb. pt intelligi lrā legis vltimæ, C. de iud. & l. a. & 3. C. de mō mulct. ꝙ ſatis placet. Pro † declaratione huius partis, q̄ro qd ī iudice delegato, an poſſit mulctare: Rñd. nō, vt l. 2. §. fi. ꝭ. de iud. Fallit in caſu l. a. de ſpor. Quæro, qd de arbitro? Rñ. vt in l. non ex oīb. ꝭ. de arb. Dr̄ hic, ꝯceſſum, &c. Quæro, an hoc habeant neceſſe facere? Rñd. ex iſto edicto orit̄ duplex actio, ſm gl. vel actio, & accuſatio, vel iudicis offm̄ ſm alios, vt videbitis ꝭ. §. fi. Si igit̄ intentet̄ actio, vel accuſatio, nō eſt dubiū, ꝙ hēt neceſſe facere, hēt n. neceſſe ius reddere poſtulāti, ut no. in l. j. de iur. om. iud. & ſi nō fecerit, punit̄ ut in Authē. vt diffe. iud. §. i. Si vero nō pponit̄ actio, vel accuſatio, ſed eius offm̄ imploraṫ, tūc eſt aduertendū, † qa remedia ꝑtoris ad defendendā iuriſdōnem ſunt multa. Pōt. n. capere pſonā, vt l. ſacrilegij, in fi. & l. 1. inf. ad l. Iul. pec. & C. qūo, & qñ iu. l. ꝯſentaneū. inf. tit. j. l. pleniq;. Pōt intercedere, ſeu iuriſdōnē denegare, vt inf. ex qb. cau. ma. l. ſed & ſi p ꝑtorē, §. ſed & ſi dū. Pōt mittere in poſſ. p tit. qb. ex cau. in poſ. ea. Pōt mulctā imponere, ut hic, & C. de mō mulct. p totū. Dico ergo, ꝙ iudex hēt hic neceſſe facere, ꝙ pars ei obtēperet, & pōt eligere vnū remediū, ꝙ vult, ſi illud non ſufficit. pōt ad aliud redire, donec pareat, ut l. j. § quid ergo. el. ꝭ. de ven. inſp. l. conſentaneū, C. qūo, & qñ iu. Quęro, † dr̄ hic, ſuā iuriſdōnē, an poſſit defendere iuriſdōnē alienā? Rñ. ſic. Pōt. n. vnus iudex implorare ſubſidiū alterius, videlicet iudex eccleſiaſticus, ſubſidiū iudicis ſecularis, & econuerſo, ut C. de epi. audi. l. epale. ext. de of. or. c. j. Pōt ēt vnus iudex implorare auxiliū alterius potēnoris, vt C. de his, q lat. l. 2. cū. n. de iuriſdōne ſit iuuare, & defendere aliū iudicē, apparet, ꝙ p defenſione iuriſdōnis alterius iudicis poterit mulctā imponere. † Quęro, quo iure imponat̄ iſta mulcta, ſeu pęna? Gl. vr̄ dicere, actione in factum ex hoc edicto. Quod qualiter procedat, ut debitus inf. e. l. §. fi. Sed in hoc princip. vr̄ permitti iudici, ꝙ ex ſuo offō poſſit mulctā imponere, dicit. n. ꝙ magrātib. ꝯceſū eſt, & ſic verba referunt̄ ad iudicē, ergo important iudicis offm̄, ut l. ꝑtor. in pri. & l. ꝙ ſi minor, ī fi. ꝭ. de mi. Dixi plene ꝭ. de ꝯd. ex le. l. 1. in 2. q. ī pri. pro hoc, ꝙ dt tex. ſm ius prātis. q. d. ex virtute officij. Pro hoc C. de cal. l. j. & d teſt. l. nullū, de pb. l. iubem⁹. Puto ergo, ꝙ ēt ex ſuo offō poſſit mulctam imponere, ꝙ cōiter tenēt oēs Doc. † Sed quæro, qualr̄ iudex exercebit iſtud offm̄? Rñ. Aut iudex vult imponere mulctā faciēdo legē gnālē. Quicūq; tale qd fecerit, in tm̄ puniatur, & nō pñt niſi maiores iudices ſu l. nō ambig. ſ. §. d legib. & C. de of. pf pt oriētis, & Illyrici. l. formā. alias normā. dixi ſ. tit. t. l. 1. in pri. Qñq; vult īponere mulctā p aliquo ſpāli delicto, & tūc qñq; vult eā imponere ī ꝑcepto, ꝙ fecit, vt puta, ꝑcipio, ꝙ † venias ſub tāta pęna, vr̄ aliud ſiſe, & iſta īpoſitio nihil releuat, poſito, ꝙ pars ī ꝯtumaciā inciderit, & iō iudex poterit illud augere, vel minuere, vt C. cō. vel epi. l. interlocutio. & l. ꝑgrāma. Et ita videtis de ꝯſuetudine obſeruari. Ita tenebat Nic. de Mat. & idē Iac. But. qd puto verū. Puto ēt, † ꝙ ſi in ꝑcepto dicat̄, ꝙ ueniat ad pęnā iudicis arbitrio inferendā, ꝙ pp icertitudinē pęnę, ꝑceptū nō vitiat̄. Caſus eſt in l. 3. §. pe. ꝭ. vbi pu. edu. deb. op⁹ ē ergo noua ꝯdēnatione. Sed quęro, ad faciēdā ꝯdēnationē, vtrū ſit op⁹ nouo pceſſu? Rñ. ſi qdē talis ꝯtumacia, vel inobediētia ſit corā ipſo iudice, & ſic ibi liquet, nō ē neceſſe, ꝙ fiat nouus pceſſ⁹ ordinarie, ſed bñ dēt de nouo citari, & ſibi termin⁹ ſtatui ad faciendā ſuā defenſionē, ſup īpōne h⁹ mulctæ, tex. ē ꝭ. ſi qs ī ius vo. ñ ie. l. 2. §. 1. ſed ſi ꝯtumacia, vr̄ inobediētia eſſet facta corā alio iudice, tūc nouo pceſſu op⁹ eēt, vt ī Authē. de ſan. epi. §. ſi vero criminē. & dixi ī l. magrātib. ſ. ti. a. gl. fi. Quæro, † an poſtq̄ iſta mulcta eſt impoſita poſt inobediētiā ꝯmiſſam iudex poſſit ea minuere? Rñ ſic, ſi ē cā inopiæ, vt l. illicitas ī vi. ſ. de of pt. & l. eos. in fi. C. de mō mulct. p nō cēt in pęna, vt ibi patet ī l. j. ī fi. ꝭ. de pę. † Quæro, an ab īpoſitione h⁹ mulctæ poſſit appellari? Rñ. ſic, vt l. & in multis. C. de appel. & inf. de ver. ſig. l. ſi qua pęna.

ADDITIONES

x Poma. Vera litera. Vide Card. conſi. 60.

b Rue. Excluſiuæ. Adde de natura iſtarū dictionū taxatiuarum, plene per do. Iaſ. hic col. 2. & ultra eū uide Ro. in conſ. 124. ubi ponit, ꝙ dictio taxatiua nunquam excludit penitus ſimilia, & quid importet taxatiua bis repetita. Ale. conſ. 81. incipit illas conſului, in 3. uol. & ꝙ dictio taxatiua poſita in ſtatuto non excludit uerbum omnino ſimile, uel æquipollens. Pau. de Caſt. in conſi. 296. inci. ad primum quæſitum, col. 3. & Old. conſi. 53. * Alex. Soc. iun. conſi. 151. nu. 3. lib. 2.

c Legibus. Vide Alex. conſi. 13. vol. 2. Fel. in c. 3. loco, de proba.

d Rue. Ideo non probabilis. Adde Bar. in conſi. inci. Commune Lucignani.

e L. eos. Vide Old. conſi. 15.

f Dum dicit. Et no. ſm Ang. ꝙ prælati pro tuitione ſuæ iuriſdōnis, poſſunt arma capere, & bellū indicere, ut no. dicit Ino. de teſt. ſpo. c. cum cām, & no ſolum contra ſuos, ſed contra quoſcunq; turbantes, quia per turbationem ſunt ſuæ iuriſdōnis, l. nullum, C. de teſt. in c. j. de of. dele. ꝗ. in Auth. de teſti. §. ſi vero ignoti.

g Pariſ. Opp. in Auth. Pro declaratione, qūo aūt poſſit ſuam iuriſd. defendere. vide Dec. in c. j. in 5. no. de of. del. & an mulctare poſſit vide eun. de. c. de cauſis, eo. tit.

h Rue. Quid de iudice delegato. Adde, ꝙ idem tenent Doc. cōiter. Sed limita quinque modis, vt hic per Ale.

i Poma. Dr. Vide Paul. 4. §. ait prætor, & ibi Ale. §. ex conuentione, inf. de re iud.

k Pariſ. Quæro, dr̄ hic. Circa iſta materiā mulctæ, ꝙ de cōſuetudine nō ſeruet̄ modus, l. fi. C. de mō mult. & an delegatus poſſit mulctare, vide q̄ habes in d. l. fi.

l Imponere mulcta. De hoc, an in primo ꝑcepto poſſit pęna imponi, uide per Fel. in c. a. c. i. prin. ext. de teſt. cog. Iaſ. in l. nec quicqua, §. vbi decretū, ſ. de of. procon. & leg. Fel. in c. j. de iu. vbi dicit requiri noua citationē, & limitat, & ibi uide Dec.

m Poma. Condemnatione. Vide Bar. in l. 3. §. ſi ad diē. inf. de re mil. Imo in l. quidā conſulebant, ad fi. inf. de re iud. Vide remiſſiue per Fel. in c. 2. de treu. & pa.

n Rue. De nouo citari. Adde, ꝙ oēs tenent cum Bar. limita tñ ubi iudex eſſet comminatus, ꝙ eo non comparente, procederet ad mulctæ impoſitionem, ut no. Iaſ. hic poſt Ino. & Ale. in l. ſi ſtatu, §. Iulianus, inf. de dam. infec.

o Citari. Vide Fel. in c. j. ibi, mulcta vero ext. de iud. vbi hunc locum citat.

p Menoch. Quæro. Tiraq. de pæn. legum, cauſa. 32. nu. 23.

---

1 *Inobedientia omnis in quacunque parte iudicij facta, punitur.*

2 *Principium officij, platea, vel loci, qualiter intelligatur, remiſſiue.*

3 *Titulus hic, in quo differat a titulo, ſi quis in ius vocatus non ierit.*

4 *Inobediens quis dicitur ēt ſuꝑ prima citatione, & non requirunt̄ tria edicta.*

5 *Iudex poteſt mulctare teſtes, & aduocatos inobedientes.*

6 *Iudex punit etiam extraneos ſuam iuriſdictionem impedientes.*

7 *Collega vnus non punit alterum collegam, eius iuriſdictionem impedientē.*

§. Is videtur ius dicenti.

Hæc ſcda ps ē, ī qua ponit̄ p qua inobediētia qs mulctet. Et bñ hoc intēdit. Pro qualibet inobedientia, in quacūq; pte iudicij, & in quacūq; ſpē iuriſdōnis adhibita, poterit qs mulctari. h. d. ſm veras opi. & legit̄ multis modis iſte §. ſed lecturæ examinabunt̄ ꝭ. Vt declaremus gl. magnā hic poſitā, pmitto, † ꝙ ſm veritatem oīs inobediētia in quacunq; parte iudicij facta, punit, ſiue in prin. vt inf. ſi qs in ius vo. nō ier. l. 2. ſiue in medio, vt l. j. §. qd ergo. de ven. inſp. & ſ. ti. 2. l. magiſtratib. ſiue in fi. ut l. qui reſtituere, de rei vē. & ꝙ ibi gl. in ver. ꝯdēnādus eſt. l. ſi qs miſſum. inf. ne vis fiat ei. & hanc l. ſm cōem lec. Ex hoc ꝯcludo iſtud, ꝙ oīs lec huius § q ꝯcludit oēm obediētiā puniri, ē bona lec. q̄ ꝯcludit aliud, eſt mala. Quæro ergo, p declarōne tex. qd vult dicere, ꝙ ille nō vr̄ ñ obtēperare, q facit extremū, ꝙ ī iuriſdōne ē. Prima lec. ut exponat extremū. i. minimū, vel viliſſimū. q. d. ñ ſolū ſi in magnis fuerit inobediēs, ſed & ſi in minimis fuerit inobediēs, pōt puniri. Iſtā lec. qdā reprehēdunt, dicētes, ꝙ in iuriſdōne nihil eſt viliſſimū ſed nō curo, qa iſta appellatio, viliſſimū, intelligit. i. minimū reſpū aliorū. Sed qa ꝯcludit id, ꝙ dixi, oēm inobediētiā puniri, ergo eſt bona. Scda lec. eſt Bulg. q̄ dt, extremū. i. vltimum, q. d. ille, qui eſt inobediēs in executione ſniæ, pōt mulctari, & nullus alius. Iſta reprobat p gl. 1. p §. nō ſolū. if. e. ubi dr̄, ꝙ hēt locū ī actore: ſed ī actore non fit executio, quia lata abſolutoria lex ipſa facit, ergo male dicit Bul. ſed poſſet reſponderi, quia actor poſſet condemnari in

expen-

expensis, pôt ẽt sibi fieri p̃ceptũ ne de cętero agat. & in hoc p̃t esse inobediẽs. Itẽ reprobatᷓ gl. p § hoc iudiciũ. ℑ. ea. l. q. i. fin hoc daretᷓ inobediẽs. hoc reprobaᷓ gl. ad totale interesse, ꝙ alleg. tex. negat. Sed ad hoc rñdet, ꝙ non datᷓ ad totale interesse ex hoc edicto, sed ex l. q. restimere. Dic ergo, ꝙ ad totale interesse ex hoc edicto, sed ex l.g restimere. Dic ergo, ꝙ lec. Bel. est mala p l. i. ℑ. si quis in ius vo. nõ ier. & nullus tenet eam. Legitᷓ tertio mõ. ſm Io. vt dicatᷓ extrema, prima, & vltima, pars in dicii, ponit exẽplũ in syllogismo, ꝙ dic, vt in gl. sed tunc q̃rit gl. qd de medijs. Dicit gl. ꝙ nullũ est mediũ, vt si procedit ꝯ cõtumacẽ, prima extremitas est citatio, sc̃da est missio in pos. sed nunc procedit vltra. Quid si procedit ordinarie? Dicit gl. dicas, ꝙ quælibet extremitas vadit vsq; ad mediũ, & sic in medio nihil remanet. Et sic pôt exẽplũ poni in qualibet linea, si ponatᷓ punctus in medio, ut dr̃ in l. in insulam, de acq. re. do. ꝙ no. Quod facit ad † qõ. dicit statutũ, ꝙ potestas debeat facere aliqd in prin. sui officij, quantũ tp̃s dicetur principiũ officij. Itẽ de foro posset q̃ri, eo. mõ de loco. Statuit p̃cepit aliquid fieri in prin. plateæ, vsq; ad quã partẽ dicatur principium. Istud examinatur in l. 3. ℑ. de fur. ver. q̃ro quõ & in l. 3. C. de tẽp. ap. ista lec. est bona, qa ꝯcludit oẽm inobedientiã puniri, tñ p istud syllogizare est obscura, iõ gl. legit quarto mõ, vt dicamus extrema, principiũ, & vltimũ, & hoc ponam in ver. veluti. De medijs ponã in ver. cęterũ, & ista est bona, qa cõcludit oẽm inobedientiã puniri. Quinto gl. legit, ꝙ extremũ dicatᷓ vltimũ, & de inobedientia principij dicetᷓ ibi, veluti de medijs, in ver. cęterũ. Ista est ẽt bona, qa ꝯcludit ẽt oẽm inobedientiã puniri. Iac. de Are. alias de Rana, legit sexto mõ, vt dicamus extremũ. i. primũ, & de hoc ponit exẽplũ ibi, veluti. in ver. cęterũ. & sic sequẽtia ponit de medio, & fine, qa ad principiũ sunt ꝯsequentia, mediũ. & finis. ista est satis bona, & clara, & cõcludit idẽ, ꝙ p̃cedẽs, licet p aliũ modũ. Nic. de Mar. legebat septimo mõ, multum subtiliter, & placet mihi plus, quã aliqua alia. Ad cuius euidentiã dẽs scire, ꝙ iurisdõ diuiditur in merũ. & mixtũ imperiũ. & simplicẽ iurisdõnẽ, vt s. ti. a. l. imperium. posset ergo dubitari, vtrũ mulcta possit imponi tñ. qñ inobedientia cõmittitᷓ in causis meri, & mixti imperij, an puniatᷓ ẽt si cõmittatur in infima iurisdõne. Ad hoc respondet Iuris. ꝙ is dr̃ non obtẽperare iudici, qui id, quod est extremũ in iurisdõne, non facit, ut puta si non est passus a se vendicare rẽ mobilem, cuius est vilis, & abiecta possessio, & sic est infimũ iurisdõnis, iste punietur, licet fuerit inobediens in his, q̃ sunt mixti imperij, ut quia uẽdicari a se passus ñ est, sed qa duci, vł auferri passus est, ꝙ ẽ mixti imperij, ut iubere cauere. Cæterum si & sequentia recusauit. hoc est, inobediẽs fuit in aliquo, ꝙ cõtineatᷓ sub quacũq; spẽ iurisdõnis, iste dicetᷓ inobediẽs, & punietᷓ. Ista est lec. sua, & pulchra, sic oẽs lec. q̃ ñt sustineri, excepta lec. Bul. Visis lec. extra gl. op. & vr̃, ꝙ iste titulus sit superfluus, per tit. j. si quis in ius uoc. nõ ier. Rñ gl. non est, imo differt. † primo, qa hic gñaliter loqtur tam de mulcta, q̃ datᷓ fisco, quã de ea, q̃ datur parti. De hoc tñ est opi. et videbitis in fi. Scdo, qa hic est edictũ, ibi nõ. Certe Io. in arbore, & Ros. in libellis, vñt dicere, ꝙ ẽt ibi fuit edictũ. Tertio, qa ibi continetᷓ de stipulatione, hic nõ. Sed ista nõ est vera. Quarto, qa ibi dr̃ de iudice nõ suo, hic nihil. Certe. & ibi iudex est suus rõne dubitationis. Dic ergo, ꝙ vera dña est, quia ibi loquitur in uno casu tñ. s. de eo, qui est inobediens in vno, nõ veniendo: hic de eo, qui quocunq; modo est inobediens in quacunque parte iudicij, vel iurisdõnis, vt dixi, & hoc tenẽt Doc. Op. s. tit. 2. l. fi. Sol. ibi loquitᷓ, qñ certũ erat iudicem non esse ꝯpetentẽ: hic qñ erat certũ, ꝙ erat cõpetens, vel erat dubium. Quod dic, vt in l. 2. si quis in ius vo. non ier. Opp. ℑ. ne qs eum, qui in ius vo. l. 2. & l. 3. in prin. Sol. ibi certũ erat, ꝙ præceptũ erat iniustũ: hic erat certũ, ꝙ erat iustũ, vel dubitabatᷓ, & sic rõne dubij dẽt parere, vt l. nõ vr̃. §. qui ius suũ. inf. de reg. iur. & in c. ꝙ quis mãdato facit. de reg. iu. li. 6. p Dy. Quæro, an ad hoc, † ꝙ qs dicatᷓ inobediẽs, reqratᷓ, ꝙ ẽt emanauerint tria edicta. Vr̃, ꝙ sic l. consentaneũ. & l. tres denunciationes, C. qño, & qñ iud. & l. ad perẽptoriũ, ℑ. de re iu. In ꝯriũ vr̃ hæc lex in eo, ꝙ dicit extremũ, & ita vr̃ sentire glo. circa lec. Io. p̃terea in expensis ꝯdẽnatur, qui ꝯtumax est in prima citatione, licet aliæ dilationes dentᷓ ad veniendũ. Ita no. Doc. in l. sancimus, C. de iud. & est tex. in auth. qui semel. C. qño, & qñ iud. Ergo ꝑ prima ꝯtumacia poterit mulctare, quasi satisfacere parti, & soluere fisco, pariter ꝑcedunt, vt inf. ea. l. §. fi. Et hoc puto verũ, si inexcutabilis ꝯtumacia fuerit, vt d. l. 2. ℑ. si quis in ius voc. nõ ier. vt dicã inf. ea. l. §. pe. Quæro qd si inobediẽtia † fuerit adhibita per alios, q̃ ꝑlitigãtes, vt ꝑ testes, vel per aduocatos, & sises. Rñ. Idẽ, potent. n. eos mulctare, & cogere remedijs p̃torijs, vt l. iurisiurandi. & l. si qñ. C. de test. & ℑ. de postul. l. j. §. p̃tor ait. & ibi gl. Quæro, vtrũ iudex possit † mulctare alios a iudicio penitus extraneos, suã iurisdõnẽ impediẽtes? Rñ. remedia ciuilia prodita sunt, inf. ne qs eũ, q in ius vo ꝑ totũ, & inf. de eo p quẽ fac. erit per totũ, C. de his, q la. l. j. Itẽ in remedijs criminalib. vt in Authẽ. vt oẽs obe. iu. pun. §. accipiat. Et iõ in casib. vbi remedia criminalia nõ apparẽt ẽxpilla puto iudicẽ posse punire crimine stellionatus, ꝙ hẽt locũ, ubi deficit nomen delicti, vt l. 3. in prin. inf. de cri. stel. De iu. cano pôt puni re ex suo offõ, vt de of. dele. ca. j. & c. sane. el a. Sed quæro, † quid si duo e sunt collegę, & vnus impedit iurisdõnem alterius, an poterit illũ punire? Rñ. non, quia par in parẽ non hẽt imperiũ, ut l. ille a quo. §. tempestiuũ. inf. ad Treb. de quo est gl. ext. de off. deleg. c. prudentiam. 3. i. in gl. quæ incipit, imo puniendus.

ADDITIONES.

a Principium. Adde Pet. de Anch. consi. [illegible] ubi consuluit, ꝙ stãte constitutione alicuius collegij, ꝙ admissus a principio ad unã scientiam, nõ possit variare, ꝙ licet quis vacauerit studio alicuius scientiæ p sex menses, tñ possit uariare, qa illud dicitur principiũ habito respũ tp̃is, quo perficitur studium in aliqua scientia.

b Buer. Rñ. Idem poterit. Adde Bal. hic, qui limitat duobus modis

c Ruer. Quæro, vtrũ. Adde an iudex possit mulctare impedientes iurisdõnem suã, & qualiter, per Fel. in c. j. col. pen. cum seq. ext. de off. deleg.

d Ruer. Sed q̃ro. Adde in ver. sed q̃ro, ꝙ istud dictũ Bar. refert, & cõprobat do. Fel. in c. j. col. 8. ver. prima tñ declaratio, ext. de of. del litando tñ, ut ibi per eum.

e Pari. Sed q̃ro, qd si duo. Facit gl. mag. ad mediũ in c. cũ cã, de of. dele. & tex. in c. sedeat, & ibi Car. Ale. & Arc. 5 o. di. tñ si essẽt duo legati ñ dati simpliciter, sed cũ clausula, ꝙ si nõ oẽs, tũc si reqsitus a collega dixisset se nolle ꝑcedere, & postea impediat collegam, bñ posset puniri. Ita Gem. in c. si contra vnũ. de of. del. in 6.

f Iurisdictionem alterius. Vide Dec. in c. j. de of. deleg. & ibi etiam, quõ delegans possit puniri impediens iurisdictionem, de quo etiam ibi per eum in notab.

1 *Contumacia, vel inobedientia procuratoris, quando noceat domino.*
2 *Dominus potest appellare etiam quando procurator fuit verus contumax, nisi ipse dominus fuerit sciens.*
3 *Contumax, ad hoc, ut dominus dicatur, an sufficiat generaliter fuisse iniunctum procuratori.*
4 *Procuratoris delictũ qñ noceat domino, vt ꝯ eũ detur exceptio, vel actio.*
5 *Procurator, q egit calumniosam litẽ nomine domini, & succubuit ipse, & non dominus, in expensis condemnabitur, nisi habeat speciale mandatum.*
6 *Tutoris contumacia, quando noceat pupillo.*
7 *Tutor, qui egit litem calumniosam, potest solus in expensis condemnari.*

§. Si procurator.

a Cessionario. Adde an pactum cedentis, noceat cessionario. Pau.de Cast. cõs.67. & seq.per Ang.consi.261. Et an sufficiat, quod debitor sit certioratus ab alio q̃ a cedẽte, vel cessionario. Vide Io.And.in additionib. Spe.§.ut autem.uer. sed qd si debitor. Et an exceptio compensationis, quę potest obijci cedenti, possit obijci cessionario. vide Bal.consi.487. Et ibi an fiat de foro cedentis, & an cedẽs possit agere ad commodum cessionarij, per eundem consi.207.3.lib. Et an debitor soluens cedenti omisso cessionario, liberetur ipso iure, uel ope exceptionis, per eundem consi.304. Et quando cessionis exceptio impediat executionem instrumenti, uide Ro.cons.472. *Men.Gozad.consi.3.nu.8. Ruy.cons.177.nu.5.6.li.4.
b Paris. Melius quam alius dicit. Vide Compostel.consi.4.inc.donec Stella. ubi reprobat hanc opinionem, & aliter respondet ad legem fi.inf.de trans.& ad istum tex. quod aliud sit in pacto uel transactione, aliud in solutione, unde ibi ad fi.
c Ruer. Quæro vtrum. Adde, quod ultimum membrum dist. Bart. communiter reprehenditur per Doc. ut no. hic Ale.& Ias.post alios.

§. Sed & si inter. Pactũ eius, cui sunt cedendæ actiones, nocet ei qui eas habet, & cedere dẽt. h.d. Probatur in l.apud Celsum.§.mãdaui, ℥.de doli exceptione. Et iste §.legitur hic duob.mod. Primo, qñ vẽdidit aliquis pcuratorio nomine dñi. Secundo legitur, qñ vendidit quis tanq̃ dñs rem alienam, tũc dicit, pactum eius, ad quem negocium spectat in ueritate, præiudicat ei qui habet actionem de iuris rigore.

LEX XVIII.

Si tibi decem millia. Obligatio, quę re ꝯhit̃, non põt trahi ultra quã ad accipientem puenit. h.d. & ista l. est tota notabilis, & utilis, & multũ subtilis. Opponitur ℥ e.l.ĩ traditionib. Sol. hic loquit̃ de obligatione, quæ re ꝯhitur, quæ per pactum nõ potest augeri, ut dicatur re ꝯcta. Quęro ergo, an decem millia superflua debeãtur ex isto pacto uestito cohærẽtia ꝯctus. Gl. dicit quod nõ: quia cum accedat quãtitati, esset usura, quæ non potest deberi ex pacto etiam uestito cohęrentia ꝯctus, nisi intercessisset stipulatio, ut l.quamuis.C. de usuris. Itẽ nõ potest ualere iure donationis, qñ donatio olim nõ ualebat pacto nudo, hodie sic, ut l.si quis argẽtum. §.pe. C.de donationib. Ita dicit gl. in eo, quod dicit̃ nõ ualere ut donationẽ olim, quia pacto nudo, uidetur male dictũ, qa immo erat pactũ
a uestitum cohærẽtia ꝯctus. a Põt rñderi, quod si quidem erat me-
b ra donatio, ita quod nullo modo respiciebat primum ꝯctũ, tunc illi ꝯctui legem nõ dat, nec ab illo uestitur, ut l.iurisgentiũ, uersi, idem Marcellus, cum seq.ꝯ.e. Si uero fiebat respectu primi ꝯctb ut quia promisit tibi plus quam mutuasti, tunc est recte usura. Et hoc facit quia si in instro uenditionis apponitur illud pactum, & id quod plus ualet, dedit, & donauit, quod illa non est uera donatio, nec fit ex mera liberalitate. Ignorat enim quid donare uelit. Quod hic uidetur tenere Gulielmus, & ego idem ĩ l.si quis cum aliter. de uer.obl. Ad aliud quod gl. dicit, hodie cõtra per l.si quis argẽtum, est uerum quod hodie donatio perficitur pacto nudo, si in eo exprimatur causa. Secus si promittatur simpliciter sine
c causa, ne ad idem concurrant duæ specialitates, c ut dixi in l.iurisgentium §.quinimmo.uer.igitur nuda.sup.eo.

ADDITIONES.

a Poma. Contractus. Vide Ale.in l.bonæfidei.C.eo.
b Poma. Primum contractum. Idem dicit Pau.& Bal.in l.petens.C.de pac.
c Ruer. Duæ specialitates. Adde, quod idem tenent Bal.& Ange.in l.iurisg.§.sed cum nulla.& seq.sup.eo.tit.& Sal.in l.legem.C.eo.tit.& Cor.in consi.288.inc. quanquam.in fi.4.uol.

1 *Actiones descẽdentes ex maleficijs, & etiam continentes causam famosam ex maleficio, tolluntur ipso iure per pactum, quia sunt debiles.*
2 *Actio tutelæ, licet sit pœnalis, tamen non tollitur ipso iure per pactum.*
3 *Actio non est sublata, si quis confitendo sacerdoti dicat, remitto iniuriã.*

a
1 **§. Quædam.** a Actiones descendentes † ex maleficijs, ipso iure tollũtur per pactum. h.d. Nota istum casum, qui est singularis. Concordat ℥.e.l.si unus.§.pactus, & per hanc ponitur exemplum in l. legitima.ꝯ.e. quia ista cõuẽtio lege iuuatur, adeo quod actio ipso iure tollitur. Quæro quid ĩ alijs actionib. hic non nominatis? Gl. in fi. dicit idem in omnibus similibus, quæ continẽt causam famosam, uel sunt pœnales, cum sit eadem ratio, ut ℥.ad le.Aquil.l.illud. Videamus igitur quæ est ratio huius §. Ratio, qa actiones descendentes ex maleficio, non nascuntur ex consensu, & ideo sunt debiles. Item cum sint pœnales, sunt odiosæ. Nunc uenio ad Gl. dicit glo. idem puto in omni-
b bus similibus, quæ continẽt causam famosam. b Intellige si sunt ex maleficio. Secus si ex cõtractu uel quasi, ut actio tutelæ, pro socio, depositi, & similes, quæ famosæ sunt, ut ℥.de infa.l.1.tamen per pactum ipso iure non tollũtur, ut. ꝯ.e.l. iurisgentium.uer. idẽ Marcellus & uer.seq. Item quia subijcit, uel quia sunt pœnales. intellige ex utraque parte. Sic loquuntur exempla in textu posita. Sed si ex parte rei tantum esset pœna, non esset eadem ratio. Hoc
2 ẽt † apparet in actione tutelæ, quæ ex parte rei tantum est pœnalis, & tñ non tollitur ipso iure per pactum, ut in d.uer. idem Marcellus. Quæro qñ pacta tollunt actionẽ uel obligationẽ ipso iure? Glo. dicit, naturalis, &c. Et ponit tres casus, & dic ut in ea. De hoc
3 dixi in l.legitima, ꝯ.eo. † Vltimo quæro, si quis confitendo sacer-
c doti dicit, ego remitto alteri omnem iniuriam, utrum p hoc sit perẽpta actio? Glo. Insti.de iniu. in fi. uidetur dicere quod sic. Guliel.d Cu. dicit ꝯrium, nã qlibet fidelis Christianus tenet̃ remittere odium animi, quod habet ꝯ alium, non autẽ actionẽ iniuriarũ.

Igitur

ADDITIONES.

a Paris. Quædam. Circa istam materiam uide omnino Matth.no.163.
b Poma. Causam famosam. Sed certe, qui committit delictum uidetur consentire pœna quam meretur. gl.l.1.§. bestias. ver. opera inf.de postulando. est text. bonus in l.imperatores. ibi, ipse te huic pœnæ subdidisti. inf.de iure fisci.
c Barb. Vlt. quero. Adde Bald. in rub. de treuga, & pace. vbi allegauit illud dictum Bar. ad quæstionem statuti, quod inimici cogantur ad pacem, quod intelligitur, si ille qui offendit, pacem petit genib. flexis. Et allegat ultra si det fideiussorem de non offendendo. allegauit Inn. in c.ex parte. de uer.sig. uide Bal.in l.2.inf.ad Sillanianum, Bar.in l.non solum.§.iniuriarum.inf.de iniurijs, & Abb.in cap.1.de malefi. Bal.in c.1.§.iniuria.de pa.iur.fir. Lud.Rom.in l.2.inf.ad Silla.
Ruer. Adde, quod opi. Bar. est communiter approbata, & quia quidam tenent cõtrarium, uide pro concordia distinctionem quam tradit Ias. hic.

Igitur remittendo odiū, non vr̄ remittere iniuriam, vt l. si domus de ser. vrb. pd. Plus vr̄ dicere magister sniarum lib. 4. dis. 30. quod qs non tenetur remittere inimico suo, nisi petenti, & aliter signū amicitiæ non tenetur ostendere, sicq; verificat qd dr̄ in oratione dñica, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. q. d. Sicut nos dimittimus petenti, ita tu dimittas nobis. Sed ad hanc materiam optimum est videre Mat. 5. cap.

1 *Pignus constitutum nuda conuentione de iure prætorio producit actionē.*
2 *Pignus quando tollatur per pactum expressum ipso iure.*
3 *Pignoratitia directa, quæ datur debitori contra creditorem, oritur pignore tradito, vel si alio modo ad creditorem peruenerit.*
4 *Vitiato expresso, vitiatur tacitum, remissiue.*

§. De pignore.

Pignus solo ɔsensu ɔhit iure ptorio, sed solo ɔsēsu ñ tollit. h. d. No. hic casum, qd pactū nudū lege iuuat, vt ex pacto actio orat. Et sic habes hic exēplū legis, legitima. s. e. Op. pignus est ɔctus noiatus, vt l. i. in fi. s. eo. Ergo actio orit absq; iuuamine ptoris, vt l. iurisgētiū, l. prin. s. eo. Rñ. pignus assumit nomen ab actu. Dr̄. n. a pugno. Vnde si peruenerit ad traditionem, bene hēt nomē, nec eget auxilio a iure ptorio, sed † qñ ɔstituitur nuda ɔuentione, nō habet nomē, nec pduceret actionē, nisi iure ptorio corroboretur. Dixi s. eo. l. iurisgentiū, in princi. Op. & vr̄, † qd pignus p pactū ipso iure tollat, vt C. de pig. l. maior. & de reg. iur. l. nihil tam. & s. eo. l. iurisgentiū. §. ad eo. Hui° timore glos. intrat hic vnā distinctionē satis lōgā, ex qua apparet quod §. iste legitur trib. mod. Primo quod loquat in pignore constituto nudo consensu. Et quod ibi dr̄ de pacto, intelligitur de tacito, ex quo orit actio, vt l. 2. C. de remissione pignorū. Pactū aūt expressum tolleretur ipso iure, vt i ɔrijs. Sed adhuc instat gl. cum hic esset nata ciuilis, & nālis obligatio, qūo p pactū pōt tolli? Dicit gl. quia erat res integra, sicut dicimus in emptione, vt l. ab emptione. j. eo. Quidam reprehendūt istud, nam p ɔtractum pignoris constituitur ius in re, vt C. de pigno. l. pignoris, & j. de pig. l. pignoris. Ergo ibi nulla est obligatio neque ciuilis, neque naturalis, vt Inst. de actio. §. i. & actio pignoratitia q̄ est psonalis. l. fi. C. de distractione pignorū, non oritur, nisi pignus tradatur vt Inst. qb. mod. re ɔhitur obli. § fi. † Potes dicere, qd pignoratitia directa, q̄ dat debitori ɔ creditorem non oriret, nisi pignore tradito, vt d. §. fi. vel alio mō peruenerit ad eū, vt l. utiq;. j. de dam. infec. & in l. inquilino. eo. ti. Sed pignoratitia ɔria ista ɔpetit ex nuda cōuentione quocūque modo in ipsa decipiatur creditor, vt l. j. j. de pignoratitia actio. & l. tutor. §. ɔriam. eo. ti. expressius in l. si qs in pignore. §. i. in uer. obligatam eo. tit. Non enim dixit tex. tradidit. Et idem dixi in pœ. Digestorū, i §. tertij. in fi. Et sic hēs ex ista lege, quod hic loquatur qñ pactum est factum de non petendo pignus tacite. Secūdo modo legitur, qñ pactum sit factum de non petendo debitum, quo casu hypothecaria tollitur ope exceptionis, si prima actio tollebatur ope exceptionis. Circa hoc tamē gl. distinguit latius, eam vide. No. istam distinctionem, quādo vitiato expresso vitietur tacitum. † De quo l. i. j. in fi. j. quib. mod. pig. vel hyp. solui. & l. si fideiussor, in prin. j. de leg. 1. Tertio modo legit lex ista qñ ad traditionē est pcessum, quo casu p pactū, hypothecaria ipso iure tolli nō pōt. Quidam reprobant istam tertiam lect. Nam q̄tū ad hypothecariam nihil operatur traditio. j. de pignoratitia actio. l. j. & j. q potiores in pign. vel hypo. hab. & de his q in priorū credit. loco suc. l. si prior. in fi. Et sic (p p pactū ipso iure tollet. In pignoratitia vero actione pcederet distinctio pdicta.

§. Si quis paciscitur.

Pactū personale nō porrigitur ad hæredem.

1 *Pacisci extraneo quis non potest.*
2 *Quod ab initio est inutile, an postea confirmetur, remissiue.*
3 *Pater filio si paciscatur vt hæredi, filio quæritur directa, si ut filio, vtilis, si vt extraneo, nulla.*
4 *Pater paciscens filio, videtur pacisci vt extraneo, quando filius meruit, aliter vt filio.*
5 *Filius in lucrans cum pecunia patris, medietas lucri dicitur aduentitia.*
6 *Patris & filij assertioni circa merita, an præcesserint, non statur.*
7 *Pater etiam videtur stipulari uel pacisci, ut filio, quando nominat ipsum filium, secus si nomine proprio tantum.*
8 *Pater videtur stipulatus filio vt hæredi, quando non apparet an filio vt filio, an filio, vt hæredi, & quomodo id possit apparere ex coniecturis, patrem stipulatum fuisse at filio, vel vt hæredi. & nu. 9.*
9 *Emphyteusis si accipiatur per patrem pro se & filijs, videtur stipulata vt filijs, non ut hæredibus.*
10 *Qualiter ex stipulatione, uel pacto patris, quæratur filio.*

§. Si pactus.

Non pōt qs pacisci extraneo, nec ɔualescit si extraneus paciscenti i hęres extiterit. Idē si qs filio, vt extraneo paciscatur. h. d. & notabilis, & nouus, & subtilis casus est. No. † quod nō pōt qs pacisci extraneo. Quod intellige prorsus. Alias secus, vt l. idem in duob. in fi. j. eo. & ibi dicā statim Scdo no. quod ab initio est inutile, postea si cōfirmat. Dic p Dy. in c. nō firmatur. extra de reg. iu. lib. 6. Tertio no. q si paciscat qs filio, vt extraneo, nō ualet. Ad istud tertium opp. j. eo. l. & hęre. §. nos autem. & Lauus. Gl. † mirabiliter distinguit. Aut qs paciscit filio, vt hrdi, aut filio, vt filio, aut filio, vt extraneo. Primo casu q̄ritur filio directa, scdo vtilis, tertio nulla. Quod dic. vt in glo. vide eam, & no. Quæro quar cognoscam, vtrū pr̄ fuerit stipulatus filio vt filio, aut vt extraneo. Glo. no. dicit, Aut filius fecit mihi aliqd pp quod illud meruerat, sicut qlibet extraneus, & videor sibi pacisci, vt extraneo, Aut nō meruerat, & videor sibi pacisci, vt filio. Pro quo facit lex, si donatione, & quod ibi no. C. de collationib. & j. de castr. pecu. l. si forte. Et ex hoc apparet, qñ pr̄ pmittit aliqd filio p stipulationem, si quidem filius meruerat, vt quilibet extraneus, obligat pr̄ filio, nam illud dr̄ aduentitiū. Quod. n. q̄rit filius ex opera sua, aduentitiū est, vt l. cum oportet. in prin. C. de bonis quæ libe. Ita intelr quod no. in auth. vnde & si parēs. C. de inoffi. testam.[a] Ex hoc † etiam dico, q si filius lucrat cum pecunia pris, quod totum illud lucrū nō est pfectitium, imo medietas saltem est aduentitia, qa debetur sibi pro operis suis, sicut debet cuilibet extraneo sm ɔsuetudinem nostram. Facit C. p socio. l. 1. cum ibi no. & de collationib. l. illud. in fi. & ibi dixi. Licet gl. videatur dicere aliter in l. cum oportet. in prin. C. de bon. q̄ libe. tamen debet intellig. sm distinctionem prædictam, & sic consului pluries. In hoc † tñ, vtrum præcesserint merita vel nō, assertioni eorū nō est standum, vt d. l. si forte, de castrensi peculio, & quod no. in d. l. si donatione. de collationib. Pōt etiam ex alio colligi, † vtrum paciscat vt filio, vel vt extraneo. Aut. n. nominauit eū filium in stipulatione, & vr̄ pacisci, vt filio. Aut nomine proprio[b] tñ, & tunc vt extraneo. Ita vr̄ pbari in l. & hæredi. ver. cæterum. j. eo. & l. cū aliquis. C. de iure deliberandi. facit l. filio. j. de condi. & demō. & no. per Dy. in l. si filio. j. de dona. causā mor. Quęro, qd † si nō apparet qualiter fuit stipulatus, vtrum filio, vt hæredi, an filio vt filio? Hæc gl. dicit solēniter, qa si non apparet nec ex verbis, nec ex alia ɔiectura, præsumitur tanquam hæredi, vt j. vnde libe. l. scriptio. in fi. Vide gl. istam, quæ optime loqt. Qūo aūt ex verbis posset apparere, liquet aperte. Qūo † aūt ex alijs ɔiecturis liqueat? Dico qd si quidem pr̄ paciscatur filio super re, quæ de sui natura nō trāsit ad hæredem extraneum, vr̄ pacisci filio, vt filio, nō vt hæredi. Secus si transit ad quemlibet hæredem extraneū, vt in l. vt iurisiurādi. §. si liberi. j. d operis liber. Et ex hoc dico, quod qñ pr̄ recipit emphyteusim p se, & filijs suis, quod vr̄ pacisci filijs, vt filijs, non filijs vt hæredibus, qa de natura emphyteusis est, q nō trāseat ad hæredem extraneum, vt in Auth. de nō alie. §. emphyteusim. Et ideo si pater instituerit filios i disparibus portionibus, nō emphyteusis diuideretur æqualiter. Item si repudiarent[c] hæreditatem paternam, emphyteusim deberent habere. Et hoc tenet Iac. de Bel, an agnati vel filij repudient hęreditatem. c. j. circa prin. † Vltimo materiam huius l. qualiter ex pacto, vel stipulatione patris quæratur filio, Dy. tangit in l. quodcunque. j. de ver. obl. Cy. in l. 2. C. de contrahen. & cōmitten. stipu. ego plenissime in l. quod dr̄. j. de verb. obl. Vlterius op. gl. & no soluit. Dic quod nō ɔualescit, qa ab initio nō valet hic, ibi suspenditur, & ideo ex postfacto cōualescit. Et dic vt in c. nō firmatur. extra de reg. iur. lib. 6. per Dyn.

ADDITIONES.

a Poma. Inofficioso testamen. Vide Alex. consi. 7. alias. 52. in pr. in. in 4. vol. & consil. 41. & 23. vol. 1. Anch. consi. 113. alias 122. Alexan. consi. 138. Paul. de Cast. consi. 166. alias. 126.

b Ruer. Nomine proprio. Adde, quod contra Bar. tenet Fulg. hic & Aret. i l. quod dicitur. in 8. col. ff. de verb. obli. refert. D. Ias. hic, & nihil firmat.

c Ruer. Si repudiarent. Adde. quod communis opi. est cum Bart. secundum Alex. consi. 19. in vol. 5. col. 2. & consi. 129. eo. vol. & Ias. in l. si post mortem. in princ. inf. de le. 1. cum concor. de quib. ibi per eum.

§ Pactum conuentum.

Pactū personale viuo paciscēte porrigitur ad successorem in rem, & titulo singulari. h. d. Opp. pactū personale personam nō egreditur, vt l. idem. §. personale. j. eo. Huius timore hæc lex legitur duob. modis, Primo, quod hic fuit pactū factū post vēditionem, & sic presumitur actum, vt ad emptorem transeat, qa alias nihil operaret. Scdo modo legitur siue ante, siue post: tunc ad ɔrium rñ. Scdm veram opin. pactum personale pōt dici duob. modis. Primo, quod psonam nō egreditur, & isto modo loquitur lex ɔria. Secundo quod cum persona finitur, vt no. in l. iurisgentium. §. pactorum. s. eo. & ita loquitur hic. Viuo igit paciscente transit ad emptorem, & donatarium, nō eo mortuo, simlliter in l. & hæredi, in prin. j. eo. Sed tunc opponitur, illud qd cum persona finitur, ad alium nō transit, vt Insti. de vsufru. §. finitur. Rñ. Concedo quod nō transit illud ius, sed cōmoditas eius,[a] vt l. necessario. §. fi. de peri. & commo. rei venditæ. Ita hæc cōmoditas istius pacti transit ad emptorem, & donatarium, quæ tamē extinguetur authore mortuo. Tene menti.

ADDITIO.

a Parif. Sed commoditas eius. Vide in Berta. in ver. vsufructuarius, prope finem.

§. Cum possessor.

Pactum possessoris non prodest, neque nocet vero hęredi. hoc dicit. Opponitur de constitu. pecu. l. si post. Glo. soluit mulus modis. Finaliter iudicio meo non ponit veritatem hic. Dicas ergo, quod ibi loquitur de eo, qui possidet hæriditatem de iure, vt quia est hæres rogatus de restituendo, vel est hæres institutus si-

lio emancipato præterito vel exhæredato, anteꝗ̃ testamentū rūpatur per querelam vel per cōtratab. tunc pactum factum ab eo prodest, vel nocet vero hæredi, vt in ɔ̄rio. Interim enim legitime administrabit, hic in possessore, qui nullo modo possidebat. Hoc probatur in l. hæres a debitore, in prin. inf. de fideiuss. & glos. hoc tenet in l. si hæres pecuniam. ad Treb. tene menti.

§. Si filius. Quandoque filius paciscitur directo patri, & hoc primo. Quandoque filius paciscitur directo filio sibi, & hoc secundo. Quandoque seruus paciscitur directo sibi, & hoc tertio. Quādoque pater paciscitur filio, & hoc quarto. Secunda in l. acquirent. ver. item & si filius. Tertia in l. & hæredi. ver. quod si seruus. Quarta ibi, §. nos autē, d. l. & hæredi. Qui sunt in potestate nostra, possunt nobis pacisci. h. d.

L E X XX.

Acquirent.

§. Item si filius. Pactū personale filij transit ad patrē, & ad hæredem eius viuo filio. h. d.

L E X XXII.

Et hæredi. Supra dixit, si filius pactus est ne petatur a patre, hic ne petatur a se. Opp. de l. qui heredi. in prin. inf. de cond. & demon. Rñ. Pactum personale potest dici duobus modis, vt no. in l. iuris gentium. §. pactorum. & dixi s. eo. l. si tibi. §. pactum. Si primo modo accipiatur, non proderit patri vllo tempore: si secundo modo, loquitur hic. Si vero dubitatur, dic vt in l. fi. C. de vsufruc.

§. Quod si seruus. Pactum psonale serui nō porrigitur ad dñm, nisi ope exceptionis doli. h. d. Opp. s. proxi. vbi pactum filij porrigitur ad patrē. Solu. Aliud in filio paciscēte, aliud in seruo. Ratio, quia in filio valet. Pōt enim in iudicio conuenire, sed in seruo qui nō pōt ɔueniri in iudicio, ab initio nō valet. igit̃ n̄ porrigit̃ ad dñm, nisi iure exceptionis doli. Sc̄dm hoc pōt intelligi, qd̄ fuit actū ne peteretur in iudicio, qa extra iudicium ēt pt peti a seruo, vt l. stipulatio. §. hi qui. j. de verb. obl. Et ista colligūtur ex gl. quæ est super verbo, exceptio, & alia prima gl. §. 1. Quæro vtrum ista exceptio doli cōpetat dño ēt mortuo seruo. Gl. videtur dicere quod sic. Et pōt esse ratio, quia istud pactum nunꝗ̃ fuit fundatum in persona serui, ideo cū eius persona extingui non pōt. Secus in filio paciscente, ar. ad hoc l. nam & si § post defectum. de iniusto testa. & not. in l. 3. in fi. de libe. & posthu. Gul. dicit contra. Ista enim exceptio doli est subsidiaria exceptionis pacti, vt l. rescriptum. §. fi. sup. e. merito non potest plus durare, quam duret ipsum pactum, vt l. j. §. hæc actio. inf. si quis test. lib. esse ius fue. Et hoc puto verum.

1 *Exceptio quæ est inutilis in persona principalis, quando sit inutilis in persona defensoris.*

§. Nos autem. Si pater paciscat̃ p filio vt extraneo, nō prodest filio. Secus si filio, vt filio, pri tamen proderit, si est actum. h. d. Op. de prin. § ad ver. Iul. Sol. non possumus eis prodesse quo ad directam pacti exceptionē, vt hic in prin. Secus quo ad vtilem, vt in ver. Iulia. Opp. de ver. cæterum, ad ver. Iulianus. f. prout intelligit ver. cæterum, in filio. Sol. in ver. cęterū. pactum est vt extraneo, nō nominādo eū filium. i. ver. Iulianus. nominauit eū filiū. Facit l. cum aliquis. C. de iure deli. Et sic hēs qd̄ nec ad doli exceptionem valet, si pr̄ paciscitur filio, vt extraneo. Vidisti s̄ l. si tibi. § si pactus. Vltimo no. hic regulā,

1 † a quod exceptio, quæ est inutilis in persona principalis, est inuti
3 lis in psona defensoris. ad idem l. minor. in fi. j. de proc. Glo. tñ dicit quod hoc fallit in tribus casibus: sed in duobus primis non est fallere. Nam illa iura loquunt̃ in actione cessa, quæ licet sit inutilis apud cedentem, tñ est vtilis apud cessionarium. Ratio, quia p cessionem eā, quæ reddebat illam actionem inutilem, purgatur, j. de sol. l. Stichum. § pen. & C. de iure do. l. fi. Item dicit gl. fallit j. rem ra. ha. l. procurator ad exhibēdum. §. j. in fi. Certe ibi nō fallit. Nam ibi defensor opponebat exceptionem ex persona sui ipsiusmet defensoris, quod poterat, quia erat defensor necessarius, vt ibi. & l. idemque. §. generaliter. j. man. Hic vero opponebat exceptionem ex persona eius, quem defendebat, quæ cū apud personam principalis esset inutilis, non fit vtilis ad psonā defensoris.

A D D I T I O.

a Paris. No. hic regulam. Et quando dicatur pater stipulari filio vt filio, & quando filio, vt hæredi, adde quod dicit Bal. in c. 1. in prin. an agnati vel fil. ret. hær. poss. vbi dicit, quando aliter stipulatur filio, quam stipulatus fuerit in persona ppria, nunquam videtur stipulatus filio vt hæredi. vide etiam ad Bar. in l. iusiurandū. §. si liberi de ope. liber.

§. Filiofamilias. Iste §. potest duob. modis intelligi, vt in gl. Secūdum primum illa verba, cū sui ior. &c. determināt verbū, pt. Scd̄m scdum determinat verbū, agat Op. j. de pac. do. l. 2. Sol. intelligas hoc ante ɔ̄tū matrimonium. Tutꝰ est ergo dicere qd̄ hic loquitur post matrimonium solutum antequam dos exigatur. Quod dic, vt l. licet. j. de pac. do. Constante vero matrimonio tale pactum nō valet, vt in contrario. Sed an firmetur iurō, vr̄ quod non, quia tale pactū improbatur ratione publicę vtilitatis, vt l. a. infra, de pac. do. Ergo nō confirmatur iurō, vt l. iuris gentium. §. & generaliter. s. eo. Dic vt colligitur ex his, quæ dixi in l. si quis pro eo. in prin. j. de fideiuss.

§. Item filius familias. Dicas quod iste §. loquitur in legato. Secus s. eo, quod stipulatus esset secundum glo. & bene. No. ergo quod iuri de futuro potest quis renunciare per pactum. Quod dic vt in l. a. C. de pact. & l. j. j. de cur. bo. dan.

§. In his. Iurisconsultus ponit summariū legū sequētiū ibi & in rē pacta, &c. Pactū i rē porrigit̃ ad oēs quorū
a spāľr interest, & ad quos porrigi interest pecuniariter a paciscentis, & pactū psonale psonā nō egredit̃. h. d. vsq; ad l. si vnus. No. ex hoc §. regulā, ꝗ̃ dat iurisconsultus, ex qua sumpsi ibi summariū.

A D D I T I O.

a Paris. Pecuniariter. Aduerte tamen quod licet pacta in rem nō prosint ijs quib. vt psint, non interest paciscentis, secus tñ est in refutatione, per ꝗ̃ qs renunciat oi iuri sibi competenti, quia per quandā consequentiam est res ipsa, qͣ renunciatur, sublata de medio renunciante, ad qd̄ vide Bal. Alua. Car. c. 1. per illum textum de eo, qui finem fecit agna. in vsib. feu. vide Pau. de Cast. in l. q. Romæ §. duo fratres. de ver. ob. sed contrariū vult Bal. ibi in 2. q. ver. ad scd̄m. & vide ibi Ale. cōfil. pen. & vide quę dicit in l. ex duob. reis. in 6. q. & quid de confessione, vide ibi eundem in 9. q. & quæ ibi addidi. & ibi vide ēt ad dicta p Ale. & Pau. de Cast. ī d. §. duo fres. 9. q. tiē qd̄ pactū, confes. & similia n̄ extendant̃ ad bn̄ficiū tertij, vide Fel. in c. capitulū. in secunda fal. ad regulā, ex eo qd̄ qs impune, &c. vide gl. ordinariā i l. fi. j. de interro. act. & qd̄ hēs ad Bart. in l. duob. §. fi. deiussore. inf. de iureiu. de cōfessiōe facta fideiussori, vt psit debitori, cū intersit fideiussoris vt psit

L E X XXIII.

1 *Principalis si est liberatus pacto personali, quādo fideiussor possit cōueniri*
2 *Pactū personale vt nō egrediatur personā, dēt fieri cum dictione taxatiua.*

Nisi. Op. quod ista l. nō pcedat neque iure veteri, neque nouo, vt in gl. quæ dat multas sol. & omnes sunt veræ, excepta vna, f. illorum, qui dicunt quod hic reus nō erat soluendo, vnde nō expediebat actionem cedi, vt l. vir. j. de iure do. Præterea licet non sit soluendo mō, tñ poterit effici soluendo. l. 1. 2. & 3. j. de cess. bo. Item aduerte, quia pe. sol. quæ dicit quod nō obs. exceptio pacti, sed exceptio doli, pōt esse bona recte intelligendo, vt loquatur de exceptione doli generalis, quę habet locum vbicūque hēt locū alia, vt l. 2. §. generaliter. j. de do. excep. & no. in l. qui se debere. j. de cōd. cā da. q. d. Licet exceptio pacti nō prosit fideiussori, tñ exceptio cedendarum, vel discussionis nō factæ pōt obijci, vel exceptio doli loco ipsarum. Sed si intelligeres de exceptione doli subsidiaria pacti, de qua loquitur l. rescriptum. in fi. s. eo. non esset bene dictum. Nam nō debet porrigi vltra quam possit porrigi ipsum pactū. Sequitur alia solutio, quæ etiam posset esse vera.
1 Reassume ergo istas sol. per distinctionē sic, † Si liberatus est principalis pacto psonali, vtrū possit cōueniri fideiussor? Aut quæris an iuuet exceptione pacti, & certū est quod non, vt hic: aut exceptione cedendarum, vel discussionis nō factæ, & tunc aut cōsensit pacto, aut non. si nō ɔsensit, aut fuit renūciatū illis beneficijs, aut non, vt patet ex gl. & l. si stipulatus. §. j. j. de fideiu. cum sua gl. Prædicta vera, q. n̄ principalis nō pōt cōueniri facto creditoris, sed si cōueniri nō posset absq; culpa creditoris, tunc directo perueniretur ad fideiussorem, vt l. 3. §. si is pro quo s̄. quod quisque iu. Facit j. de ver ob. l. decem. & si cer. pe. l. fi. Vltimo no. † a quod ad cō
2 a stituēdum pactum mere psonale, ita quod psonā nō egrediatur, requirit̃ quod in pacto ponat̃ dictio taxatiua, vt non petam a te tñ, vel duntaxat. Sed si psona adijcit̃ verbo executiuo, sine dictione taxatiua, vt pmitto nō petere a te, tūc facit pactū psonale, hoc est quod finit̃ cū psona, tñ eo viuo psonā gredit̃, vt s. eo. l. acquirent. §. j. & l. hæredi. in prin. De hoc latius dicam i l. q in futurū. §. j. j. e.

A D D I T I O N E S.

a Ruer. Vltimo no. Adde, quod idem tenent Ang. Fulg. & Mod. limita tamen duobus modis, vt no. Ias. hic.

L E X XXIIII.

1 *Pactum vt porrigatur ad alios, requiritur quod intersit pecuniariter, non ratione affectionis.*
2 *Interesse affectionis in contractibus bonæ fidei operatur quod actio detur ei cui aliter non daretur, non vt in plus detur.*

Fideiussoris. Opp. quod pactū fideiussoris prosit reo. l. duob. §. a fideiussore. j. de iureiu. Solu. ibi in iureiurādo, quod hēt vim solutionis, hic in simplici pacto. Op. j. eo. l. idem in duob. in fi. Sol. ibi hoc fuit actū, hic fuit pactū simplex, quo casu nō porrigit̃ ad reum, nisi fideiussoris intersit, vt in gl. Op. de l. 2. § i. j. de do. except. vbi exceptio doli semper est in rē ex parte opponentis, dic vt in gl. Vltimo no. fi. huius l. cum gl.
1 † qd̄ illud quod requirit̃ qd̄ intersit paciscētis, intelligitur si pecuniariter interest. Secus si rōne affectionis. Vide gl. Cōtra, imo cōsideratur interesse affectionis, vt l. cū seruus. j. man. Sol. dicit glo.
2 ibi in bonæ fidei iudicijs. Tu dic† in bonæ fidei iudicijs interesse affectionis facit, vt ei detur actio, cui alias non daretur, non tamē quod in plus detur propter affectionem, vt ibi dicetur.

L E X XXV.

Sed & si fideiussor. No. istam l. quia sępe accidit, quod licet quis vt fideiussor accipiatur, tamen in veritate est principalis, & vt de principali est iudicandum.

LEX

LEX XXVI.

Idem in duobus Reuoco in dubiū, vtrū pactū factū vni ex duob. reis debēdi alij prosit. Gl. ponit hic duas opi. vnam qđ prodest alteri. s. si paciscentis interest, aliam qđ prodest alteri si socij sunt. Vide glo. hic verā qa alteri prodest quatenus paciscentis interest, licet socij nō sint. Vñ si pecunia tota peruenisset ad paciscentē, in totum pdesset alteri, ne si solueret, a paciscēte repeteret p actionem negotiorum gestorum, vt no. in l. j. C. de duob. reis, si in parte peruenit pecunia ad paciscentem, pro ea parte prodest alteri correo, vt no. in l. 4. nūc de effectu. inf. de lib. leg. Sed quando sunt socij, pactum factum vni prodest in totum alteri. Declaro, intellige socios omnium bonorum, vel illius obl'onis, ita quod omne commodum, & incōmodum inde prouenies, sit commune, vt no. in l. si duo, si qs cau. Modo si creditor diceret: Volo ab altero petere partem suam tñ nō potest facere, quia si ille alius vnum denarium solueret, eodē debet participare primus paciscēs, & iō inquietando alium, ēt in vno denario, inquietaret paciscentem merito obstat exceptio, ut l. si duo. j. de arbi. prout ibi loquitur de duob. reis. Prædictis vero vr̄ obstare j. de duob. re. l. eandem rem. §. 1. vbi vt pactū factū uni prosit alteri, duo requiruntur. s. quod sint socij, & communis culpa interuenerit. Rñ. prædicta vera, qñ conueniuntur ad aliqd cōtēr pmissum. Sed si conueniuntur actione doli, vel culpæ, quæ venit ex ɔtib. tunc requirunt illa duo. s. quod sint socij & cōis culpa interuenerit, tunc n. quicquid vnus soluerit, alius communicare deberet. Sed si interuenisset culpa vnius tantum, & pactum esset factum alteri correo socio, illi qui conueniretur ex culpa sua propria, non daretur pacti exceptio. Ratio, quia illud quod solueret ex culpa sua, non repeteret a socio per actionem pro socio. Vñ socius eius non inquietatur, nec eius interest. Remanet ergo regula posita in lege, & hæredi, in fi. vers., quod tantum porrigitur ad eum, ac si paciscentis pecuniariter interest.

§. Personale. Oppo. de l. si tibi. §. si pactus. s. eo. Dic vt ibi. & tene menti.

§ Sed quamuis. Dr̄ hic, cū l. seq. qđ pactū fideiussoris pdest reo, si hoc actū sit. qđ i dubio. Dñt qdā qđ sp agi p̄sumit. Gl. ɔ, & bñ, qa tex. est in l. fideiussoris. s. eo. q in dubio loqt. Quæro an idem sit pactum cuiuslibet extranei, ut prosit debitori, si hoc est actū? Glo. tenet qđ non, qa per extraneū simplr̄ non acquirit exceptio doli, vel pacti. Vide glo. & no. Contrarium vr̄ dicere gl. l. non solum. §. si liberationis verba. de li. leg. ubi cōfessio facta absente parte inducit doli exceptionē, & ɔfessio ad liberandum, idem est qđ pactum, vt in l. tale pactū. in prin. j. e. Ista gl. dicit meram veritatem. Probat in l. hrdi. §. nos autem. s. eo. ubi est tex. idem no. in l. Pompo. la i. j. de neg. gest. in gl. 2. examinaui plene in d. §. si liberationis verba, &c.

LEX XXVIII.

1 *Pacto gratuito facto per vnum ex duob. reis credendi nō fit præiudiciū alijs secus in pacto non gratuito.*

[a] **Si vnus.** Ista est solennis l. prosequit eandē mām. Per pactū vel nouationē vnius ex duob. reis credendi socij, alteri piudicari non p̄t, secus p solonis receptionē, vel litis ɔtestationem. h. d. Primo pro declone l. qro, q̄ societas erat hic inter istos argentarios, vel alios duos reos credendi? Gl. timore ɔriorū, de quib. hic j. dicam, dñt quod hic erāt socij incidenter, quod est directo ɔ istum tex. Si. n. simul argentariā exercebant, erat socij de necessitate ex conuentione tacita, vel expressa. Dicas ergo secure q hic erant socij illius argentariæ, uel oīum bonorū, uel similis oblonis, ita qđ cōmodum, & incōmodum esset cōe, & iō pactū factum ab vno nocet alteri, quia obligatio non est eius propria in veritate. Debent enim exactum cōicare. Sed si non essent socij, & essent creditores ex cā mere lucratiua, quia nullus de suo aliqd posuisset, tūc esset oblo cuiusq; propria, quod exactum cōicare non dērent, merito p pactū pōt piudicare alij, ut j. ad l. Fal. l. in lege Falcidia hoc esse seruandum. Hoc præmisso pro intellectu §. venio ad ɔria & opp. j. de arb. l. si duo. q̄ directo dict ɔriū de verbo ad verbum. Gl. ponit multas sol. quarum q̄dā nō sunt veræ, vt patet ex iā dictis q̄ cōtinent diuinationē. Vna est, q̄ hēt colorē, vez qđ ibi in snia, hic in pacto. Vide gl. si lex ɔria loqueret in snia judicis, hæc sol. esset bona. Nā cū sit necesse q li. ɔt. pcedat sniam iā p ɔtestationem vnius poccupasset sibi debitū, vt l. ex duob. j. d duob. reis. Merito posset alteri piudicare simplr. Sed ibi loqtur in snia arbitri, ex qua non orit actio neq; exceptio, sed solū ex pacto facto in compromisso. Remanet ergo primū ɔrium, qđ pactum
[b] vnius ex socijs. nocet alteri. Dic ergo, hic fuit pactum gratuitum
1 tqđ alteri non nocet. Rō, qa illud quod alius socius exegit, nō tenet ɔsocio paciscenti cōicare. qa sua culpa hoc pdidit agēdo. igit non agit noīe socij, nec pro eius utilitate, sed pro sua ppria. In ɔtrarium fuit pactum non gratuitum, nec culpabiliter, sed diligēter factū, qa cōpromisit. Et ideo quicquid alius socius exigeret, teneret illi ɔpromittenti cōicare, actione p socio. Nō potest n. sibi aliqd imputare ēt noīe socij, & ad eius utilitatem vr̄ agere si unum denarium peteret, merito exceptione repelletur. Ita loquitur lex ɔria. Et ad hoc potest aptari ultima solo gl, quæ dicit, ibi de re dubia, hic de re certa donanda. Item op. j. de iureiu. l. duob. in princ. Sol. gl. & bñ, aliud i iureiurando quod hēt vim ɔtestationis, & solue vt ibi. Aliud i simplici pacto, vt hic, & dixi i l. ɔria. Tertio opp. j. de accepti. l. & iusiurādū. §. fi. dī gl. aliud i acceptilatione, q̄ hēt vim solonis, vt ibi, aliud i pacto, vt hic. Gl. ibi i acceptilatione vr̄ distiguere si sint socij, vt no. Idē no. i gl. l. si rē. §. si duo. j. đ noua. Veritas ē q acceptilatio idistincte noceat, ñ distinguēdo, sint socij vl̄ ñ, qa vim solonis obtinet. Tex. est i l. 4. §. nūc de effectu. j. de li. le. & i l. si ex pluribus. j. de accepti. Sumus expediti de prima gl. Venio ad gl. sup verbo, nouare, & opp. q vnus de duob. reis possit no-
[c] uare, ut l. si rē. §. si duo, j. de nouat. Gl. iuoluit se hic. Tu dic q hic ñ p̄t nouare unus ex reis credēdi socijs, ne piudicet socio, sed vn' ex reis credendi nō socijs bñ p̄t nouare, vt l. ɔria. Rōnē dixi circa principiū huius l. & ista est opinio Azo, verissima, q̄ tāgit gl. multū succincte j. đ duobus reis, l. ex duob. stipulādi. licet Azo i summa videat dicere totū ɔriū. Istā mām examinaui plenissime i l. ex duob. j. de duobus reis. Vltimo nota istū tex. q his q sunt i nostra ptāte, recte soluitur q crediderint, licet pacisci nō possint. Et sic ē expsū q si monachus mutuat vl̄ deponit pecuniam, recte ei potest solui, licet q̄ratur actio monasterio, non tñ posset liberare per pactum Simile in l. quod seruus, j. depositi. & l. si seruus. j. de sol.

ADDITIONES.

a Parif. Si vnus. Vide Ro. consi. suo. 210.
b Ruer. Dic ergo. Adde q ista sol. ē cōiter approbata p Doc. vt no. Ias. hic. colū. 3.
c Rue. Tu dic. Adde, q hęc sol. est cōiter appbata per Doc. quā tenent Bal. & Ful.

[a] **§. Si cum reo.** [a] Exceptio pacti porrigitur ad fideiussores eatenus, quatenus competit principali. Item principalis potest pacisci fideiussori. h. d.

ADDITIO.

a Barb. Si cum reo. Vide Bal. in c. j. ad fi in rub. an ille qui inter. fra. Ad quod alleg. quod no. in isto §. j. & uide Bart. in l. 6. in prin. inf. de dam. infe. & ibi notaui.

1 *Pactum secundum contrarium primo, illud non tollit.*
2 *Stipulatio tollitur per aliam stipulationem si hoc agitur.*
3 *Principali reo quod non prodest, non prodest fideiussori.*
4 *Iniuriarum actio tollitur per pactum ipso iure.*
5 *Dictio, tota habet denotare totalitatem circa eandem rem.*
6 *Obligatio naturalis iuncta cum ciuili, non sunt vna substātia, sed duæ res.*
7 *Obligatio naturalis introducta per pactum de non petēdo, tollitur per secundum pactum.*
8 *Pacti de non petendo virtus multiplex est. & 9. 10. 11.*
12 *Actio non oritur ex pacto nudo de donando aliquid facti etiam hodie.*
13 *Statuto stāte, quod mulier non possit obligari sine certa solemnitate, non poterit etiam liberare aliquem.*
14 *Pactum secundum de petendo factum, inducit naturalem obligationem, & tollit eandē obligationē inductam per pactum primum de nō petēdo. Et replicationem inducit contra exceptionem inductam ex primo pacto.*
15 *Pactum de non petendo quomodo differat a pacto de nō agendo, remissiue.*
16 *Naturalis obligatio non est in pollicitatione.*
17 *Ius in stipulation. b. & factum in pactis, quomodo dicat̄ versari, & n. 22.*
18 *Pactum de non petendo non repellit agentem, nisi allegetur per reum, etiā si de eo constaret in iudicio ex confessione actoris.*
Exceptio doli vel metus, nō pdest nisi opponatur, ēt si de ea cōstet i iudicio.
Reus allegando pactum de non petendo, post litem contest. videtur de eo opponere. nu. 21.
19 *Stipulationem allegans, debet probare solennita intercessisse, quando stipulatio probanda est per testes.*
20 *Actorem carere actione si apparet in iudicio licet nō allegatur per reum, absolutio sequitur.*
Iudex quando ex officio suo supplere habeat, etiam si non opponat̄ a parte.
22 *Fictio priuatiua quæ fingit non esse illud, quod est regulariter, non habet locum in his quæ sunt iuris, sed in his quæ sunt facti.*
24 *Acceptilatio non extinguitur per contrariam stipulationem.*
25 *Obligatio ex maleficio tollitur per pactum ipso iure.*
26 *Absolutus cum cōditione, non debet de cętero talia frabricare, & si secus fiat ipso iure incidat in primas pęnas, an si veniat contra pacta, incidat in primas pęnas.*
27 *Res de facili redit ad suam naturam.*
Priuilegium concessum ecclesiæ, quod contra eam non possit sibi obijci, nisi præscriptio triginta ann. an valeat.

[a] **§. Pactus ne peteret.** [a] Licet stiplo p stipulationem, tollatur ipso iure, tñ pactum

ADDITIO.

a Parif. Pactus ne peteret. Regulam huius §. quod pactum nudum nō tollat actus ipso iure, limita vt non procedat quando fit ante contractum perfectum, uide Crem. sing. 49. Item dum dicitur, quod tollitur solum naturalis, non ciuilis, lim. ta vt procedat principaliter secundum consequentiam potest tollere etiam ciuilem exemptionem, si naturaliter tantum obligatus det fideiussorē, quod promittat per stipulationem, & sic etiam ciuiliter obligetur, si postea fecit reo pactum de non petendo, tollitur sua naturalis obligatio, & naturalis & ciuilis sui fideiussoris. Ias. notanter in l. & post rem. la 1. inf. de transac. Item de eo quod dictum est, qñ ante obligationem perfectam, uide Ias. in l. rogasti. §. si tibi. in 1. no inf. si cer. pe. Item sex casus speciales, in quibus agitur ex nudo pacto, vide per Ias. in l. lecta. inf. si cer. pet. ad istum. §. cum materia. uide quæ scripsi post Bar. in l. Pomponius. inf. de neg. gest. *Meno. Charund. li. 1. verosimi. c. 4. Corasius. li. 2. Miscellan. c. 16. Bello. li. 2. suppu. c. 1. Alciat. li. 1. parerg. cap. vltimo.

pactum liberatorium per fm ope replicationis elidítur, si prima actio durat, sed si est extincta, p pactũ non restituit, sed si in obligationib. q̃ cõsensu ɔ̃hunter, noua actio nascitur, & res de facili ad suã naturam reuertitur.a h.d. Ad euidentiã dẽs scire, quod totus iste §. loquitur qñ interueniunt tria. s. actio prima. Item pactum ad extinguẽdum, vel coarctandum primam actionem. Tertio, qñ pactum ad actionẽ primam iuuandam, vel alias ad primum pactum perimẽdum. Diuide ergo §. in tres partes principales. Prima, qñ fm pactum apponit ad perimendam primam actionem, nõ tñ eam perimit ipsũ iure. Scdo, qñ apponit pactum ad perimendũ ipsam actionẽ, & ipso iure perimit. Tertio qñ apponit pactum ad limitandam, & coarctandam, seu iuuandam primam actionem, non ad eam tollendam. Scda ibi, sed si pactum. Tertia ibi, quod si nõ. Prima subdiuiditur ĩ tres partes. Primo ponit duo dicta, quæ vñr sibi ɔ̃dicere. Scdo assignat rõnem diuersitatis. Tertio ponit vnam illationem. Secunda ibi, quia in stipłonib. Tertia ibi, eadem ratione. Ista secunda pars subdiuiditur in duas. Prima, qñ per pactum tollitur ipso iure actio, quæ ex pacto non nascitur. Secũda, qñ tollitur ipso iure actio, quæ nascitur ex pacto. Secunda ibi, idem dicimus. Item tertia pars principalis subdiuiditur in duas. Prima, qñ pactum limitat actionem circa rem, vel quantitatem. Secunda, qñ limitat circa tempus. Secunda ibi, quod & in spẽ. Vel dic fm Cynum, quod diuiditur in sepiem partes. Primo ponitur thema, & qõ tacita ex themate, vsque ibi, prius. Secundo ponitur responsio ponendo differentiam inter pactum, & stipulationem, vsque ibi, quia. Tertio ponitur rõ. Quarto infertur ex præmissis ad aliũ casum. Quinto ponuntur duo casus difficiles, ibi, sed si pactum. Sexto ponuntur duo alij casus similes, & remouentes quandam obiectionem ɔ̃ secundum casum. Septimo, vlt. probat, siue cõfirmat prædicta per locum ab authoritate, secundum Cy. Notabilia patent per se. Et no. † q̃ secundum pactum contrarium primo nõ tollit ipsum, vt C. eo. l. pacta nouissima. Secundo nota, quod stipulatio tollitur per aliam stipulationem, si hoc agatur, vt ℑ. tit. j. l. Aquiliana. Item nota, quod in pactis versatur factum, in stipulationibus versatur ius. Item nota, † quod illud quod non prodest reo principali, nec fideiussori suo. Item nota, † quod actio iniuriarum tollitur per pactum ipso iure, ut l. si tibi. §. quædam. ℑ. eo. Item no. quod illud qood non est, non potest restaurari p pactum. Opp. primo, & intro gl. mag. & vr̃ quod pactum tollat pactum. tollit. n. naturalem obłonem ex pacto inductam, vt l. Stichum. §. nãlibus. b ℑ. de so. Huius timore sunt in gl. quinque sol. hic sextam ponit Gul. Prima, quod tunc naturalis tollitur per pactum, qñ habet sociam ciuilem obligationem, quia modicum fermenti, &c. Ita dicebat Ime. quod gl. reprehendit per l. fi. ℑ. de iureiu. Non ob. quod dicit, modicum fermenti totam massam corrumpit, quia verum est, qñ quidem fermentum est res apta ad corrumpendum. Sed obligatio ciuilis iuncta naturali iungitur ad corroborandum, vt l. legitima, ℑ. eod & Insti. de oblig §. j. non debet ergo facere. vt citius corrumpatur. Secunda sol. fuit Roge. vt dicamus, ibi tolli ipso iure. i. per exceptionem, & sic concordat cum ista. quod glo. reprehendit per dictam l. fi. de iureiu. tunc. n. nõ esset tollere, sed eludere. Tertij soluunt totum econuerso ad primã, distinguendo, aut obligatio naturalis est iuncta ciuili, & sic efficitur vna substantia cum ea, & non potest tolli per pactum ipso iure, vt hic. Aut non est iuncta ciuili, & tunc potest ipso iure tolli, vt l. ɔ̃ria, quod glo. reprehendit per dictam l. fi. ℑ. de iureiu. Ista sol. potest colorari per argu. nam dicit lex, quod si data est hæreditas tota, & libertas, quod non potest tolli una sine alia, vt leg. sed interdum. de aqua plu. arc. Facit l. situta. §. ex hoc edicto. ℑ. de dam. infe. & l. si ita scriptum. §. regula. ℑ. de li. & posth. Tamen hoc non est verum, quia non probatur l. quod pactum non tollat nãlem, nisi sit naturalis & ciuilis. Non ob. §. regula. qoia licet sit naturalis, & ciuilis, tñ quælibet p se habet suam virtutem. Nam ille. §. loquitur qñ hæreditas est adita tota, alias si pro parte, secus, vt l. 4. de bon. auth. iud. possi. ita potest hic vna separari ab alia. Et no. † q̃ dictio, tota, habet denotare totalitatem circa eandem rem gl. est. Insti. pro socio, circa prin. Et aduerte, † & primo examinemus vtrum sit verum, quod naturalis obligatio iuncta ciuili, sit vna substantia, sicut anima, & corpus iuncta simul faciunt vnum hominem, an vero remaneant duæ res? glossa, hic tenet, quod sunt duæ res, non vna substanna). Contrarium vr̃ tenere gl. Inst. de obli. in prin. vbi dicitur, obligatio est iuris vinculum, qoo necessitate adstringimur, alicuius rei dandæ vel faciendæ, secundum nostræ ciuitatis iura. Loquitur ergo de ciuili ex eo quod dicit, secundum nostrę ciuitatis iura. Item non de ea sola, sed iuncta cum naturali, quia ciuilis sola non adstringit quem ad dandum, ut patet in obligatione litterarum intra biennium, & probatur in l. 3. §. j. ℑ. de const. pec. Et huic videtur inhærere Iac. But. Inst. de act. in prin. in j. q. Istud non est verum, quia si esset vna substantia, & sic ipsæ duæ tanquam partes integrales facerent vnum totum, vna sublata, impossibile esset remanere effectum illius totius, vt videmus in domo, vt l. q res, §. aream. ℑ. de solutio. & l. inter stipulantem, §. sacram. ℑ. de verb. obl. Sed tex. dicit, quod tollitur naturalis, & remanet ciuilis clñs, vt hic. ergo possunt separari, vt l. Iulia. de condictione indebito. Item econuerso interdum tollitur ciuilis, & remanet naturalis, vt d. l. Iul. ℑ. de condictione indebiti. Vnde glo. hic dicit veritatem, non obstat Instit. de oblig. in princ. quia fateor, quod ibi diffinitur obligatio ciuilis sola, & quod glo. ibi dicit, de ciuili vna cum naturali, debet intelligi sic, obligatio parit actionem, vt l. licet. §. ea obligatio. ℑ. de procur. In qua generatione obligatio ciuilis habet se, vt pater, obligatio naturalis habet se vt mater. Ciuilis enim est illa, quæ ei dat robur, vt l. legitima. supra eod. Et apparet Instit. de obligat. §. 1. sicut ergo si dicerem, pater est, qui generat filium, s. cum matre intellige, non tamen per hoc volo, quod pater, & mater sint vna substantia, imo duæ res inuicem realiter differentes. Ita hic diffinitur obligatio ciuilis, quæ producit actionem cũ naturali, non tamen quod sit vna substantia cum ea. Nunc redeo ad glo. & dico, quod hoc sol. non est vera quia naturalis sola non potest tolli per pactũ, vt hic. Nam pactum primom de non petendo habet naturalem solam, & tamen non tollitur per secundum pactum de non petendo. Et secundum istam solutionem non obstat per illum modum, quia non est dubium, quod per pactum inducatur naturalis obłio, vt lege 1. in princ. supra eodem. Item per pactum tollitur naturalis, vt d. §. naturalis. ergo per pactum factum de non petendo fuit inducta naturalis, vt lege prima, supra eodem. Ergo & illa naturalis per illud pactum inducta, debet tolli ipso iure per pactum factum de petendo, vt d. §. naturalis. Hic autem dr̃ quod tollitur ope exceptionis, ergo &cæ Secundum istam solutionem, q̃ supra dixi, naturalis potest tolli, si est iuncta cum ciuili, ut l. fin. inf. de iureiu. Quarta sol. est glossatoris nostri, qui dicit: Aut naturalis obligatio tendit ad liberandum, & nõ potest tolli per aliud pactum, vt hic. Aut tendit ad obligandum, & tunc secus, vt in l. contraria, quod latius dic, vt in gl. Et istam opinionem tenet Azo, & Accu. vt hic videtis. Pro qua facit l. Arrianus. ℑ. de act. & obl. & l. fauorabiliores. ℑ. de reg. iur. Contra istam solutionem videtur ratio tex. Dicit. n. quod ideo est, quia in pactis versatur factum, sed eodem modo versatur in pactis liberatorijs, sicut in obligatorijs, ergo, &c. Huius timore dicebat Azo, quod hic dicitur, in pactis factũ versatur, subaudi liberatorijs. Ista expositio videtur destructio istius tex. Dicit enim in pactis, q. d. in pactis prædictis, s. tam ad obligandum, quam ad liberandum, & ideo Azo in summa huius tituli, dicit aliter, videlicet pactum primum de non petendo habet plures effectus, scilicet quia naturalem tollit, elidit ciuilem, & obligat qoem naturaliter non petere. Fateor ergo quod secundum pactum de petendo tollit naturalem, quam induxerat pactum de non petendo, & sic concordẽt cum §. naturalis, non autem tollit alios effectus pacti, nec ipsum pactum. Istud etiam tangitur hic infra, eadem gl. & in 2 gl. magna, circa fi. ibi, & forte naturalem tollit. & etiam in fi. glo. ibi, & secundum inducit naturalem, & tollit naturalem, & in 2. glo. magna super verbo, ipso iure circa fi. ibi, nisi forte in eo, qui obligatur naturaliter non petere. Iacob. de Raue. & Pet. vt refert Cy. in l. pacta quæ contra, C. eo. reprehendunt istam solutionem. Nam sicut actio oritur ex obligatione, vt l. licet. §. ea obligatio. infra, de procuratoribus. ita exceptio oritur ex æquitate, vt l. qui æquitate. infra, de doli exceptione, & de iureiu l. j. Sed si pactum secundum tolleret naturalem obłonem, cessaret ęquitas, & sic primum pactum exceptionem non produceret, nec esset opus, quod replicaretur ex secundo, quod est contra istum textom, & ideo tenent ipsi præcedentem solutionem, quod aliud in pactis obligatorijs, aliud in liberatorijs. Gul. de Cu. c soluit sexto modo, dicens qood pactum de non petendo nullo modo tollit naturalem obligationem, quæ erat in primo pacto, quia non ad hoc interponitur. Solum enim ad hoc interponitur, vt impediatur actus petendi. Sed si in pacto diceretur, ego libero te, tunc tolleretur naturalis. Ita loquitur dicta lex, Stichum, §. naturalis, & est argumentum pro hoc C. de transa. l. si pro fundo. vbi aliud est dicere, Concedo tibi rem; aliud est dicere, Dimitto tibi eã. Propter hoc dicebat ipse sicut in materia possessionum, quędam est possessio, quę habet plurimum iuris, & parum facti quædam quę habet multum iuris, & multum facti: quædam, quæ habet multum facti, & parum iuris, & in ista vltima ius non fingit, vt l. in bello. §. factę. infra. de ca. & l. si is qui pro emptore. infra, de vsucap. Ita hic quędam est obligatio, quę habet plurimum iuris, vt obligatio verborum, & super ista ius fingit, vt tollatur per aliam obligationem ipso iure: quædam est, quę habet multum facti, vt pactum liberatorium, quod naturalẽ tollit, & super isto similiter ius fingit, vt tollatur per aliud pactum, vt in §. naturalis. Facit l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ℑ. de fideiussorib. & l. in his. §. Imperator. de solutio. & ŝ. eod. l. j. Quoddam est pactum, quod habet multum facti, & parum iuris, vt pactum de non petendo, quod nãlem, non tollit, & super isto ius non fingit. Et hoc voluit dicere iste textus fm eum. Cui opinio. videt applaudere

ADDITIONES.

a Parif. Ad suam naturam reuertitur. Vide pro hoc in c. cum accessissent, de const. & quæ habes ad Bar. in l. si constante, inf. sol. matri. quod in correctorijs est licita extensio, quando reuertitur ad pristinum ius, & idem Bar. consi. 39.

b §. Naturalis. Vide quæ habes ad Bar. in illo §. naturalis.

d Hæredem facere. Sed Lu. in auth. similiter. C. de fal. circa 6. priuilegium tenet cōtra Bar. etiam in pia cā, per regulam l. hæreditas. C. de pa. con. & ostendit istum tex. hoc non probare. Dicit tñ quod forte opi. Bar. seruaretur in practica, quia nunquam habuit contradictorem. Sed certe etiam Ang. hic tenet contrarium, per l. verba contraxerunt. de verb. sig. Adde etiam post Ias. qui inclinat in parte Bar. de veritate eius quod dicit Bar. in l. 1. C. de sacrosa. ecc. Pau. de Ca. consi. 190. & credo quod opi. Bar. procederet, non extantib. filijs, alias non. quia hoc ponderat Alb. alle. consi. 11. per Ias. & quod plus priuilegij non habeant piæ causæ, quam filij, voluit Abb. consi. 105. inci. casus in facto, vbi voluit, quod sicut non valet testamentum ratione voluntatis imperfectæ, inter liberos, per allegata p eum, nec eo. modo ad piam causam. Nec videtur bona consideratio, pr non pt nutu testari inter filios, & tñ ad piam cām pōt, ergo magis priuilegiata. & quia sic resultat argumentatio. Nam licet pr non testetur inter liberos, tn hæreditas est eis debita, non sic piæ causæ, ideo eius fauore concessum est, ut nutu testator possit pro illis disponere. Et vnum no. quod consuluit Franc. de Ramp. consi. 11. inf. consi. Cal. quod si testator nutu instituit sororem, & notarius interroget, an post mortem sororis velit bona distribui inter pauperes, quod sic, deinde notarius interroget, an velit quod apponatur clausula codicillaris, & similiter annuat sic, quod virtute talis clausulæ, veniens ab intestato tenetur restituere hæreditatem testatoris, & post mortem episcopus bona distribuet.

Ruer. Adde Alex. & Ias. in l. licet. C. eo. tit. vbi seq. op. Bar. & Ias. hic.

e Poma. Relinqueret. Vide omnino Ias. in l. licet, p illum tex. uer. 5. C. e. Item pia causa fauorabilior, ut per Fel. late in c. in præsentia. de proba. & no. contra istam opi. Bar. esse fortem tex. in l. diuus. inf. de mili. test.

† Clau. Vtero. Circa gl. fi. huius §. pater, uide Alex. consi. 24. uol. 2. ubi adducit ad hanc gl. duas concord. s. in cle. 1. i uer. præsidentes. de rescr. & gl in c. 2. in uer. re°. de confess. li. 5. Item ex eadem glo. fi. uidetur arguere Bal. in l. 1. C. quæ res pig. obl. poss. ut hic in statuto non comprehendatur casus, de quo nerī similiter non statuissent, si in specie non cogitassent. Vide etiam đ ista glo. Alex. consil. 228. uol. 2. consi. 53. uol. 4. Adde ultra ibi alle. tex. in l. 2. C. inof. test. tex. in l. mulier. in prin. inf. ad Treb. Rom. consi. 432. ad finem. Ias. in l. Barbarius. in 5. no. ℨ. de offi. præto. dixi in l. Gallus. §. & quid si tantum. inf. de li. & posth. Fel. in c. accedens. de rescr. Bar. consi. 8. uol. 1.

LEX XLII.

1. *Pactum nudum vestitur rei traditione, nisi traditio sit facta ad liberandum a præcedenti obligatione.*
2. *Contractus innominati variantur secundum personas.*
3. *Contractus innominati celebrantur etiam per dictionem, si.*
4. *Pactum de liberando in futurum, producit exceptionem in præsenti.*

Si intra. [a] Ex pacto de liberando, impleta conditione non competit actio, sed exceptio h.d. No. duo. Primo quod ex tali pcō non habet actionem. Secundo quod ex tali pacto habet exceptionem. [b] Op. de l. in tradition. b. ℨ. e. C. de rerum permu. l. ex tali pacto. Glo. immiscet ista duo contraria, tamen in veritate separata sunt, & separatas solones habent. Et iō assumo primam. Vř enim istud pactum vestitum, quia in rei traditione appositum, vt ℨ. eo. l. in traditionib, ergo producit actionem. Rñ, quod non fuit † appositum illud pactum in traditione rei. Vel aliter, Posito quod i traditione rei esset appositum, illud est verum, quia pactum tunc vestitur, nisi traditio fieret ad liberandum a p̄cedenti oblone, tunc enim vestiri non potest. Hic est casus hic, secundum istam lec. Et hoc verum, si tūc cum soluit, tenebat præcise soluere. Secus si non poterat cogi, quia habebat dilationem, vel erat tantum naturaliter obligatus, vt no. in d. l. in traditionibus. Contra hoc opp. quia qñque solutio, quæ fit ad liberandum inducit oblonem, vt in venditore tradente rem. Sol. dicit glo. ibi ideo, quia hoc agitur. Vel verius, ibi erat ante obligatus ex consensu, non aūt obligatur ideo, quia tradit rem, licet tolletur obstaculum exceptionis, quod erat per l. Iulianus. §. offerri. de ac. emp. & sic remanet solutum ꝯtum de l. in traditionibus. Opp. 2. licet istud pactum non fuit factum in rei traditione, tñ debet dici vestitum rei interuentu, solutione postea facta, vt l. iurisgentium. §. j. ℨ. e. & C. de rer. perm. l. ex placito. & l. in reb. vñ producit actionē præscriptis verbis. So. dicit gl. ibi. Vel dic secūdo, quod hic fuit ꝯctus innominatus facio vt des, ex quo oritur actio de dolo, quæ nō hēt locum, cum exceptio competit. Certe huic repugnat tex. q dicit, si mihi solueris, te liberabo. & sic magis erat, do vt facias, quam facio, vt des, nisi dicas verba aliter fuisse concepta quam tex. dicat, quod absurdum vř. Pręterea dñr Doct. [c] Moderni, quod magis debemus inspicere modum implendi quam modū ꝯhendi, licet gl. hic hoc reprehendat. † Ego semp dixi vobis, qđ ꝯctus innominati variantur ſm psonas. Nam sicut emptio dř ex parte ementis, & venditio ex parte vendentis, ita hic ex parte dantis dicetur do vt facias, & econuerso ex parte faciētis, dicetur facio, vt des. Dicemus in l. naturalis. ℨ. de præscrip. ver. Quicquid rñ sit ex hac gl. no. † qđ ꝯctus innoīatus celebratur ēt p dictionem, si. Item no. in l. hoc iure. §. j. de don. Contrarium no. in l. si quis cū debitore. ℨ. de iureiur. Sed sustinendo gl. istam, dñr Doc. qđ qñ ex eo qđ apponit̄ per dictionem, si, aliquid parti adest, inducit̄ ꝯctus innominatus. Ita loquitur hęc gl. [d] & similes. Secus si parti nihil adest, vt l. si quis cum debitor. Dñi, puto hoc satis procedere accipiendo ꝯctum improprie, nam proprie ꝯctus est, ex quo vltro citroq; oritur oblo. l. Labeo. §. ꝯctum. ℨ. de ver. sign. Sed in proposito nō est, qa illud quod apponitur per dictionem, si, est in ꝯditione, non in oblone. l. si quis sub ꝯditio. ℨ si quis omissa causa testa. ubi cum ex parte vtriusque non sit obligatio, proprie ꝯctus non est, licet parti aliquid adsit. Pro hoc habes tex. cum glo. no. in. l. ad Veteranı §. j. cum sua glo & l. qui fundum. ℨ. ad leg. Falc. & l. si fūdus. eo. tit. Satis tamen placet, quod implemēto secuto dicatur ꝯct⁹, licet improprie, cum actionem præscriptis verbis producat, vt no. in d. l. hoc iure. §. j. Nec ob. ista lex, quia dico, quod hic parti nihil adest. Soluitur. n. hic debitum. sin aut ad soluendum cogi non potuisset,

ADDITIONES.

a Si intra. Et quid in casu huius l. si promitto tibi, quod de x. quæ mihi debes si solueris 5. intra mensem te liberabo, elapso mense non soluctis, peto, x. tu dices, qđ non debeo audiri, nisi in 5. quia alia præsumuntur in fraudem vsurarum, vide Bal. in l. cum allegas. C. de vsur.

b Paris. Exceptionem. Vide Are. in l. qui se, de seq. hære.

c Dicunt Doc. Vide Bar. in l. naturalis. inc. sed si facio. inf. de prescr. uerb.

d Hæc gl. Et hanc gl. ponderat Bal. in l. quoniam. C. de rerum permu. an ex euentu conditionis pactum nudum vestiatur.

a potuisset, fateor quod producet actionem, vt s. dixi. Venio ad fin. a Dicit
6 hic quod habet exceptionem. No. tu iuuenis. † quod pactum de liberando in futurum, producit exceptionem in praesenti, quod perpetuo tenementi.

ADDITIO.

a Ad secundum. Ex hoc no. quod licet ex tali pacto non oriatur ius agendi, poterit tamen iste qui debet liberari, recurrere ad iudicem, vt faciat se liberari secundum gl. no. in l. si contendat. de fideiuss. & gl. in l. Aurelius. §. si centum. de lib. le. & quod no. in l. si finita. §. eleganter. de dam. infe.

LEX XLIII.

1 *Creditor possidens praedium pignoratum, tenetur soluere tributa.*

a **Inter debitorem.** a Pactum priuatorum iuri publico non praeiudicat. h. d. Opp. j. eo. l. epistola. §. pactum. Sol. pactum non praeiudicat fisco, sed ipsis contrahentib. quod no. Hodie vero est aliter statutum per auth. positam. C. sine
1 censu vel reli. l. j. † Vltimo no. tu iuuenis, quod creditor cogitur
b ad soluenda tributa b praedij, quod possidet iure pignoris.

ADDITIONES.

a Pom. Inter debitorem. Vide istam l. allegatam per Fel. c. cum ex officij. de praescr. Imo consi. 66.
b Soluenda tributa No. Bal. in l. cum notissimi. de praescr. 30. an.

LEX XLIIII.

In emptionibus. Contrahentes tenentur ad naturalia contractus, nisi aliud actum sit, h. d. Vel sic, naturalia contractus transeunt sine pacto, sed potest contrarium pacisci. h. d.

LEX XLV.

a **Cum in eo.** a Tutor idemque creditor debet esse contentus ea parte, ad quam creditores alios reuocauit. h. d. No. quod secundum ista iura creditor potest esse tutor: hodie contra, vt in auth. minoris. C. qui da. tu. pos. No. casum in quo officium suum sibi est damnosum. sed hoc ideo quia pactum factum a pluribus creditoribus posset sibi nocere, vt vidistis. s. eo. l. & suum, in fi. in hoc tutore est plus, vt decisio particulariter facta cum creditoribus ei noceat, alias non noceret, nisi fuissent conuocati in vnum, vt d. l. & suum. in fi. Quaerit gl. quid si decidit diuersimode, cum aliquo plus, cum aliquo minus. Dic vt in gl. & eam no. &c.

ADDITIO.

a Cum in eo. Ad nota. per Gul. hic, vide notata per Bar. in d. authen. minoris de. tutor. in princ.

LEX XLVI.

Diuisionis. Seipsam summat. Opp. contractus nominati producunt actionem ex eo quod sunt, vt l. iurisgentium. in prin. s. e. sed hic est contractus nominatus, quia diuisio, ergo producit
a actionem. Respon. nego contractum esse. diuisio. a n. est nomen generis, siue. n. sit diuisio agrorum, siue vnius legis, vel diuisio gratia culturae, vel diuisio domus gratia commodioris habitationis. Omnia ista appellantur diuisio, merito non facit contractum nominatum sicut permutatio. C. de rerum perm. super rub. dixi s. eo. l. iurisgentium. Secundo opp. & nunc intro gl. si interuenit traditio, ista parit liberationem, ergo non obligationem nec actionem. Huius timore legitur haec l. duobus modis in gl. primo, quod in diuisione fuit pactum appositum de tradenda alia re socij. Secundo modo legitur in gl. quod si ex vna parte est secuta traditio, vestitur pactum vt possit agi contra alium, vt impleat contractum diuisionis, & ista est vera, tene menti istam legem.

ADDITIO.

a Meno. Diuisio. Dec. consi. 351. nu. 4.

LEX XLVII.

1 *Argumentum de vltimis voluntatibus ad contractus procedit.*
2 *Falcidiam quare testator non potest remittere, & cur secus in haerede.*
3 *Testator non potest remittere cautionem de vtendo fruendo arbitrio boni viri.*
4 *Casus in quibus quis potest renunciare iuri pro se introducto, remissiue.*
5 *Pactum, per quod quis renunciat defensioni suae, quando valeat.*

Pactum. Potest testator, & possunt contrahentes renunciare iurib. pro
1 se introductis. h. d. † No. validum a esse ar. de vlti
a mis voluntatib. ad contractus, de quo per Gul. & per Dy. in l. seruum filij. §. eum qui chirographum. in fi. j. de leg. j. & quasi idem dicunt. Op. quod quidam potest facere haeres, quod non potest facere defunctus. Potest. n. remittere haeres falcidiam, defunctus non. l. quod de bonis. §. j. j. ad l. Fal. & C. ad leg. Fal. l. fi. So. non est bonum ar. quando non est ea.
2 ratio. Modo videamus † diuersitatem rationis, quare testator non potest prohibere falcidiam. Respon. quod Falcidia fuit inducta ad vtilitatem haeredis, & ad vtilitatem publicam. scilicet ne testamentum destrueretur nullo existente haerede, cum nullum commodum sentiret. j. ad l. Fal. l. j. & Instit. de l. Fal. Interest. n. Reipu. testamenta & vltimas voluntates habere
b exitum, b vt l. vel negare. quemadm. test. aper. & sic testator non potest hoc tollere, cum sit propter vtilitatem publicam, sed quando haeres remittit, cessat hic timor, quia iam est adita hereditas. Sed dices, si ratio est publica vtilitas, vt dixi, quomodo hodie testator potest remittere falcidiam, vt C. ad l. Fal. auth. sed cum testator? Respondeo, hodie ille timor cessat, quia si ex testamento non adiretur haereditas, in quo est prohibita detractio falcidiae, nihilominus valent relicta in testamento, vt in Auth. de haere. & fal. §. si vero expressim, qui est nouissimus casus iuris. Item Iurisconsulti, qui non habebant fidem Christi, & non habebant spem futuri praemij, cogitauerunt, quod nullus adiret haereditatem nisi sub spe commodi pecuniarij. Imperator Iustinianus, qui fuit Christianus, considerauit quod quis adiret haereditatem solum propter istud commodum, quod habet. scilicet praemium a Deo exequendo illam voluntatem, vt d. §. si vero expressim. Secundo op. C. vt in poss.
3 legato. l. scire debetis. sol. Ibi loquitur de cautione de vtendo, & fruendo, quam defunctus non potest remittere: hic in cautione de legato praestando. Ratio, quia ista est inducta fauore defuncti, illa fauore haeredis. Sed haec ratio non est sufficiens, per l. vnam ex familia. §. si rem. j. de le. 2. Est ergo ratio, quia si illa cautio de vtendo, & fruendo remitteret, quis inuitaretur ad delinquendum, quod est contra publicam vtili-
4 tatem. Idem no. in d. l. scire debetis † Vltimo gl. quae est hic super verbo, cum liceat. enumerat casus, in quib. non potest renunciare iuri pro se introducto, qui casus omnes comprehenduntur sub distinctione, quam dedi vobis in l. ius publicum. s. eo. vbi potes per te videre si intuearis diligenter. De vno posset dubitare, s. de casu l. cum precario. j. de preca. sed certe ibi non valet pactum, quia est contra formam datam a lege. est. n. precarium quod reuocari potest ad libitum concedentis, si facio pactum in contrarium, s. quod non liceat, est contra formam contractus, vt ibi, & in l.
c vbi donatur. j. de don. cau. mor. No. etiam c alium casum. † quae hic poni
† rur, quod pactum, † per quod quis renunciat defensioni suae, d non va-
5 let, quod intellige in causa status & personae suae: alias bene exce-
d ptionem suam in sui fauorem potest quis per pactum tollere.

ADDITIONES.

a No. validum. Vide Fel. in c. cum venissent. ver. 2. de testi. & Bar. consi. 97. uol. 1. limitat istam gl. de qua hic, ut per Bal. l. pe. C. de pactis.
b Pactum habere exitum. Vide Bart. in ad. auth. sed cum testator. & in l. nemo potest. de leg. 1. circa princ.
Ruer. Respondeo. Vide Bar. in l. 1. cum ibi no. inf. si quis omis. causa test.
c No. etiam. Faci. pro dicto Bar. & Doc. in l. custodias, de pub. iud. Bal. in l. 3. C. de confes. Bar. in l. defensionis facultas. C. de iu. fis. & hanc gl. ita, vt per Lu. in ru. de arb.
† Cla. Alium casum. Aliter limitatur per Fel. in c. personas. de app. & ibi praeposi. Videe iam Are. in c. cum dilectis. in 5. no. de accu. vbi aliter limitat.
d Parif. Defensioni suae. Vide Ias. in l. pe. C. de pac. vbi ponit quinque limitationes, & quod circa poenam personalem non attendatur consensus nec renunciatio puniendi. Vide Fel. in c. pastoralis. §. quia uero. extra de offi. deleg.

LEX XLVIII.

Emptor. Si emptio fuerit stipulatione vallata, ab ea nudo consensu non receditur, & pacta vltima sunt seruanda. h. d. Op. quod per pactum secundum fuit prima venditio renouata. l. iurisgentium. §. adeo. s. e. Ergo per vltimum pactum non potest fieri, vt ex primo agatur, cum sublatum sit ipso iure. Glo. soluit quod non fuit actum vt non tolleretur primum. Tu dic breuiter, quod hic prima conuentio non steterat in finibus conuentionis, sed fuerat stipulatione vallata, vt dicit tex. & sic non erat res integra. Vnde per secundum pactum ipso iure tolli non poterat, vt hic notatur.

1 *Epistola etiam quis cum praesenti loquitur.*
2 *Subscribens se scripturae factae per alium, sibi praeiudicat, & quando,*
3 *Clausula generalis restringitur ad praecedentia nominata, si commode referri potest salua ratione recti sermonis, & si nulla causa est specificata refert ad omnia.*
4 *Bannitus vt sit cancellatus, an sufficiat verbo cancellari, vel requiritur factum.*

§. Lucius. Liberatio generalis restringitur ad ea, de quib. est actum. h. d. Primo op. quod ista verba epistolae nihil important: non. n. potest nummularius per suam epistolam facere instrumenta esse cassa, quae faciunt contra se l. rationes. & l. exemplo. C. de proba. Huius timore legitur iste §. duob. mo. in quibusdam gl. paruis hic positis. Vno modo, quod ista epistola loquatur de instrumentis facientibus pro scribente, & tunc procedit sine dubio. Alio modo, vt loquatur de instrumentis facientib. contra scribentem, tamen alia pars consensit, & hoc innuit gl. super verbo, habebitur, & aliae glo. seq. Et hoc videtur colligi ex tex. in princ. §. qui ionuit epistolam esse acceptam a praesente. Ex quo
1 no. duo. Primo, † quod per modum epistolae quandoque loquitur
2 quis ei, qui praesens est Secundo no. quod † ille, qui se subscribit a
a scripturae factae per alium, sibi praeiudicat, sicut si ipse scripsisset. facit j. de fal. l. j. §. inter filium. His praemissis, quia responsio Sceuolae est obscura, reuoco in dubium, quid iuris in q. proposita? Quidam dicunt, quod pactum restringitur ad id, quod erat per mensularium, seu nummularium agitatum. C. de transa. l. si de certa. Gl. super ver. in causa sua, dicit quod illud pactum generale refertur ad omnia, nisi probetur aliter actum esse. Nec ob. dicta lex, si de certa, quia aliud in transactione, aliud in simplici conuentione. Ista
b distinctio gl. non videtur vera, quia b ita ex causa transactionis potest fieri generalis remissio omnium, sicut ex simplici liberatione. l. cum
3 Aquiliana. j. ti. j. Vnde Gul. de Cu. dicebat, † quod in dubio videtur actum, vt clausula generalis restringatur ad praecedentia nominata. Allegauit ipse j. de leg. 3. l. quaesitum. §. j. de li. leg. l. Aurelius. §. Sucho. & ita addit Cy. hodie. C. de transa. l. sub. praetextu.

Quod

ADDITIONES.

a Pom. Se subscribit. Nunquid autem is, qui se subscripsit, est ita obligatus acsi totum scripsisset. vide per Ias. melius quam alibi, in auth. si quis in aliquo. ver. adde. C. de ede. & ad propositum vide Bar. cons. 98. vol. 2. Fel. in c. quoniam contra. ver. quarto. de proba.
b Non videtur vera. Et sic Bar. hic reprobat gl. sed contrarium secundum quosdam videtur voluisse ipsemet Bar. in l. de pupillo. §. si pluribus. de ope. no. nun. uide omnino per Bar. in l. si de certa. C. de transa. & illud teneas. nec Bar in aliquo sibi est contrarius, & iura vtrobique per eum alle. probant. Adde an subscribens sibi praeiudicet. Pau. de Cast. & quid de sigillante, vide Rom. consi. 323. & consi. 350.
Ruer. Vide circa istam contrarietatem, Alex. & Iasi d. l. si de certa. & ibi Ias. dicit quod ista gl. est communiter reprobata.

Quod intelligo verum, qñ verba gñalia sic restringi pñt salua ione recti sermonis. Tex. est no. in l. ex plurib. in prin. ꝟ. de solu. Ita in casu legis nr̃æ, vbi dr̃, si qđ instr̃m a te emissum, &c. recte restringitur, si quod instr̃m pertinens ad mẽsam. Sed si esset adiectum, si quod instr̃m ex quacunque alia cã, vel verba similiã, tũc secus. Alias si nulla cã esset specificata, sto cum glo. vt referatur ad oĩa. Tex. est in d. l. si ex pluribus. ꝟ. de accep. Dixi plene in l. Aurelio. §. Caius. de li. leg. Vltimo facit [a] ad q. † In c. pacis ꝯtentum est, vt quidam banniti rebanniantur, & eorum ꝯdemnationes, & bãna cassentur, seu cancellentur, vtrum sufficiat cancellari verbo, an est necesse, qđ cancellentur facto? Quod vr̃, vt in l. inductum, C. de sol. & quod ibi no. & ꝟ. de pet. hær. l. si quis libertatem, in gl. super verbo, inducatur. In contrarium est casus hic, ibi pro cancellato habe bitur, & videtur tex. in l. nihil la j. ꝟ. de alim. leg. †

ADDITIO.

a Vltimo facit. Adde no. per Bar. in auth. cassa. de sacros. eccle. sequitur Angel. & Imo. in l. 1. ad fi. de his, qui in test dele. & quod no. Bal. in l. si creditoris, in prin. C. de fideic. per Bal. in l. Labeo. in fi. su. e. & in l. si non fortem, §. adeo. inf. de cõd. ind. Adde an bannitus, qui soluit condemnationem, habeatur pro cancellato. uide Bal. consi. 31. li. 3. Pau. de Cast. consi. 34. & 193. Ang. consi. 276.

Ruer. Adde, quod contra gl. & Bar. tenet Pau. de Cast. hic post Iac. But. & Ale. & Ias. in l. legem, C. eo. tit.

† Clau. Leg. Vide etiam per Fel. in c. ecclesia S. Mariæ. de const.

LEX XLIX.

1 *Pactum appositum in traditione rei, quando producat actionem.*

2 *Pactum quando possit apponi in ipsa traditione in contractibus innominatis, si fiat traditio rei ex internallo.*

3 *Pactum appositum ad excipiendum, quando ualet ad agendum.*

In traditionibus. Ista lex seipsam summat. Opp. de religio. l. quod si locus. & C. de vsu. l. quamuis. & ꝟ. eod. l. pen. & de dist. pig. l. si creditor. §. fin. & C. de iure do. l. auia. & ꝟ. sol. ma. l. quoties. & s̃. eo. l. si tibi. in princ. dicit gl. in oĩb. illis legibus est speciale, & in qualibet ipsarum apparet ratio, & qualiter intelligi dẽat. Op. C. eo. l. traditionib. Respon. pactum valet, vt producat actionem, non vt faciat acquiri dominium, vt in ꝯrio. Fallit in pacto legis commissoriæ, & addictionis in diem. De quo dic plene, vt in l. j de do. Opp. s̃. eo. l. si vnus. §. pacta, [a] quæ turpem. Sol. illud quod dicit quodcunq; pactum, intelli ge non turpe, vel impossibile. † Quæro, vtrum illud pactum, ualeat, vt actionem ꝓducat? Gl. dicit quod sic, qa est vestitum rei interuentu, vt dictum fuit in l. iuris gentium. §. quinimo. s̃. eod. Hic aduerte, qa quidam reprehendunt istam gl. qa illud vestimẽtum solum ꝯgiuit ꝯctib. innominatis, vt diximus in d. §. qnimo. Dicẽdum est ergo istud pcm̃ esse vestitum cohærẽtia rei, & ita videbatur dicere Ia. But. Ego sto in opi. gl. ꝙ dicatur vestitum rei interuẽtu, quod dr̃, illud est proprium vestimentum. in ꝯctibus innominatis, fateor, & iõ vbi habita relatione tradõnis [b] ad pactum, non resultaret ꝯctus innominatus, non diceretur pactum vestitum, vt apparet ex his quæ ꝟ. dicentur in glo. Vnde si trado tibi rẽ hoc pacto, qđ vadas ꝓ me Romam, iste ꝯctus est vere, do vt facias, tñ ex parte dantis impletur incontinenti. Et pro huius decĩone quærit gl. pone qđ aĩs promisi tibi rem, quam ex interuallo tibi trado, adiecto pacto, quod vadas pro me Romam. Certe istud pcm̃ non vestit, qa ista tradõ fit ad liberandũ a p̃cedẽti oblĩone, sic nõ resultat ille ꝯctus innominatus, & sic merito non põt dici vestiri rei interuẽtu. Scđo q̃rit gl. † qd in ꝯctibus innominatis, vtrũ si fiat tradõ ex interuallo, possit apponi pactum. Glo. dicit, quod sic, nam tunc tradõ non fit ad liberandũ principl̃r, cũ nõ tenebatur, nisi naturl̃r tm̃, & iõ põt resultare ille ꝯctus innominatus, quasi diceret non do tm̃, vt liberer, qa non possũ cogi, sed ẽt vt sic facias, secus si efficaciter tenerer, vt dictum est. Sed ꝯ p̃dicta op. extra glo. de so l. j. in prin. Sol. qñ soluitur ex necessitate non p̃t apponi pactũ, qđ producat actionem. Ita loquitur hic ista glo. sed põt a soluente apponi pactum, & lex dari solutioni in quã cãm ꝯuertatur vt ibi. Ex prędictis [d] assume tria verba. Aut tradõ fit ex mera liberalitate, nulla cogente necessitate, & põt apponi pcm̃, vt hic, nisi in casib. positis in prin. gl. Aut tradõ fit aliqua necessitate cogẽte, & tũc aut erat necessitas ad quam cogi poterat remedio iuris ciuilis, & pactum appositũ non valet ad agendum, vt hic in gl. & ista est rõ l. quoties, ꝟ. sol. ma. & l. auia, C. de iure dotium, quia pr̃ si maritet filiam tenẽt eã dotare, & iõ simplex pcm̃ non ꝓdest ad q̃rendam sibi actionẽ, p̃t tñ soluẽs dicere, in quam cãm soluit, vt ꝟ. de sol. l. j. Si vero erat necessitas iuris naturalis, non redacta in p̃ceptis ciuilibus, tunc pactũ appositũ iuxta traditionem vestitur, qa resultat ꝯctus innoĩatus, vt dixi. Vltimo gl. [e] dicit, † quod interdum pactum appositum ad excipiendum valet ad agendum, vt l. si tibi liberum. ꝟ. de act. emp. cum si. Sed illud prima facie vr̃ ꝯ casum l. ab emptione. in fi. ꝟ. eo. Dic ergo ꝙ pactum ad excipiẽdum valet ad agẽdum, non vt agatur ex pacto, sed vt ꝓp pactum videatur plus debito solutum, quod repetitur condictione illa incerti, ut ll. allegatis in gl. Ex pacto autem non potest agi, vt in allegata l. ab emptione. in fi.

ADDITIONES.

a §. Pacta. Vide no. in l. si intra, s̃. eo.

b Relatione traditionis. Dixi, post Sal. in l. legem, C. eo.

c Quærit gl. Et istam glo ad hoc all. pro singulari Ang. & Imo in l. si cum dotem, in prin. sol. mat. & Bal. in l. legem, in prin. C. eo.

d Pone. Ex prædictis. Vide Ale. in l. si cum dotem, in uer. unde ex p̃dictis, ff. sol. mat.

e Vltimo gl. Adde idem econtra in l. pacta conuenta. in princ. ver. quo quidem casu. inf. de contrah. emp.

LEX L.

Si quis. Valet pactum, ne quis conueniatur ultra quam facere possit. h. d. Quærit gl. quid eꝯ, an ualeat pactum ut conueniatur in solidum ille, qui habet beneficium a lege, ut non conueniatur, nisi inquantum facere potest? Dic ut in glo.

LEX LI.

1 *Pactum ne maleficium committatur, quod non sit superfluum, & ualeat.*

2 *Promissio de non offendendo facta sub maiori pœna quæ sit lege comprehensa ualet.*

3 *Promissio de non offendendo facta simpliciter non adiecta pœna, quando aliquid operetur.*

4 *Pacto quando fieri potest id, quod fieri possit per legem.*

Non impossibile. Quod fit ꝑ legem, põt fieri ꝑ pactum, h. d. Op. quod istud pactũ, nõ valeret tanq̃ turpe, vt s̃. e. l. iurisgẽnum. §. si ob maleficiũ. gl. nõ declarat. Dico ergo quod promittere pecuniam tibi ne maleficiũ [a] facias, dr̃ turpe, qa gratis a teneris facere, ergo turpe est pecuniã accipere. l. fi. de cond. ob tur. cau. Sed simplex promissio de non faciendo maleficium, est honesta, & iusta, vt hic. Contra hoc oppo. † quod istud pactum non valet tanq̃ superfluum, vt l. iurisgẽtium §. sed si fraudandi. s̃. eo. Sol. gl. istud pactum nõ est superfluum, nã pro hoc teneretur curare ne furtum fiat. Itẽ dicit gl. põt esse ꝙ apponitur pęna maior quam esset ꝑ legẽ statuta. Itẽ in actione serui corrupti venit dolus. hic venit etiam culpa. Si igitur nihil adderet pactũ nõ valeret tanq̃ sup̃fluum, licet ꝯ p̃dicta faciat, ꝟ. mand. l. q mutuam. Vnde gl. non clare determinat. Certe illud, quod gl. dicit, forte apponitur hic pęna, est diuinare. Itẽ illud quod dicit qđ dẽt cauere, & quod tenetur de culpa, illud erat de iure cõi in actione depositi, mandati, & commodati, licet nõ in actione serui corrupti. l. ꝯctus. ꝟ. de reg. iu. & iõ ꝑ hoc pactum nihil vr̃ addi. Dic ergo quod licet pactum cõtineat idẽ, ꝙ ius commune, valet tñ, d. l. q mutuam. & hic, nec vituatur tanq̃ sup̃fluum, quia § sed si fraudãdi. loquitur qñ cum sup̃fluitate inmixtum est vitium, alias secus, vt ꝟ. de neg. gest. l. si pupillus. §. j. imo dico quod qñ pactum ꝯtinet idẽ, quod ius cõe, licet sit nudum, producit actionẽ. Dr̃. n. ꝯuẽtio ltĩma. l. legitima. s̃. eod. & ibi no. & ad hoc fuit facta proprie ista lex. Merito ergo colĩr, quod illud quod fit ꝑ legẽ, põt fieri ꝑ pactum. † Iuxta prædicta quæro, si promitto te non offendere [b] sub certa pęna maiori quam sit lege comprehẽsa, vtrum valeat ista adiectio pęnę. Tex. est cum gl. hic, quod sic. In cõtrarium vr̃ ꝟ. de ver. obl. l. si ita stipulatio facta. Sol. illud verum in casu illo tm̃, s. sã diuerteris, vbi debemus esse contẽti pœnis legalibus. Sicut. n. matrimonia debẽt esse libera in ꝯtrahẽdo, vt C. de sponsalib. l fin. ita in distrahẽdo, d. l. si ita stipulatio facta. † Quæro, promitto te non offendere simpliciter non adiecta pœna, vtrum ista promissio aliquid operetur? Dices tu, hic est casus quod sic. Sed dicas. Aut offensio fit in personam liberam, cuius corpus non recipit æstimationem, & tunc vr̃ quod nihil importet, quia cum tales stipl̃ones committantur ad interesse. l. a. §. item si in facto. & §. fi. de ver. ob. & hic, non posset haberi ratio interesse, vt ꝟ. de his qui deic. uel effu. l. j. §. sed cum liber homo. ergo &c. Potest tñ dici quod operetur duo. Primo, vt criminaliter condemnetur in plus propter illam qualitatem, quia offendendo vr̃ rumpere pacem arg. ꝟ. de his, q no. infa. l. quid ergo. §. pœna grauior. & l. aut facta. §. causa. ꝟ. de pęnis, & arg. ꝟ. de re mil. l. omne delictum. §. qui manus. in fi. ibi, augetur autem. Item potest esse quod ista stipulatio committatur ad id, quod ueniebat in actione iniuriarum ciuili per hanc legem & erit forte hæc commoditas, quia actio iniuriarum extinguebatur morte. Item secuta punitione criminali nõ poterat agi ciuili, ut l. prætor edixit. §. j. ꝟ. de iniu. quod non erit in actione ex stipulatione, nec potest dici quod loco eius succedat, vt in l. si eum. §. qui iniuriarum. sup. si quis cautio. quia ibi quando stipulatio uenit accessorie ad actionem iniuriarum, hic vero ei accedit æque principaliter, vt ibi dixi, & probatur in l. item illa. §. j. de const. pec. quod non determino, sed relinquo sub dubio. Si autem fieret offensio super re aliqua, ita quod de iure communi actio ad interesse competeret, tunc ista stipulatio ad interesse committeretur, vt hic. † Vltimo quæro [c] & reuoco in dubium, vtrum sit verũ illud gñale, quod

ADDITIONES.

a Gratis. Adde quod pulchre consuluit Pe. de Anch. cons. 164. & q. voluit Io. And. in addi ad Spec. in ti. de iud. §. generali. ver. posset ubi ponit de tutore, qui accipit massã argenti a pupilla, ut illã nuptui collocaret, an pupilla possit repetere?

b Non offendere. Qñ promitto te nõ offendere sub pęna maiori quam sit a lege expressa, uide Bart. in l. si stipulatio facta, de ver. ob. & uide in ca. 1. §. si quis hominem de pa. ten. & eius uio. per Bar. in l. illicitas §. ne potentiores. de of. præsi.

c Paris. Vltimo quæro. De ista regula uide Ias. late §. quædam. Insti. de act. & solet communiter dici argumentum procedere negatiue, s. non potest per legem, ergo nec per pactum, ut tenet Bar. quia potest per pactum, ego per legem. Sed non sequitur, ut ibi. Et uide bonum tex. quem ibi ponderat Ias. in l. fi. C. de fideiuss. & alias concordantias additas in d. §. quædam.

a le, quod pōt fieri p legem, pt fieri per pactū? a Rñ. q̃dam sunt phibita rōne publicæ vtilitatis, & tūc non est vera rĺa, hoc modo sumēdo, quod pōt fieri p legē pt fieri per pactū priuatorum, qa per legē pōt iuri publico derogari, nō p pactum, vt l. ius publicū. §. eo. Sed bñ procederet ista rĺa, * quod pōt fieri p pactum, s. publicum populi, vel alterius q hēt ptātem ɔdendi legem, ita intelli qđ not. in l. nec ex ptorio, & l. neq; pignus. §. priuatorū, de regu. iu. Sed si pctm esset phibitū, qa ɔ bonos mores, tūc ista sunt conuertibilia, qđ non potest fieri per pactū, nec per legem. & eɔ, vt no. C. de decurio. super rub. Dixi plene in l. omnes populi. de iust. & iu. in q. illa, de quibus, seu super quibus possint fieri statuta, &c.

ADDITIO.

a Per pactum. An quod potest fieri per legem, possit fieri etiā per pactum, adde qđ in his quæ sunt contra legem, plus potest lex quam pactum, secundum gl. in l. 2. C. quæ sit longa consue. adde in circa hoc, & vide Bal. in consi. 1. & consi. 38. in 1. vol. & Maria. Soc. in c. si diligenti, in 6. notab. extra de fo. compe. Ruer. Adde Ias. hic in fi.
* De ista regula, vide Ias. in §. quædam. Inst. de act. & solet contradici, quod procedat ar. negatiue, sed non affirmatiue, potest fieri per l. ergo per pactum. Sed hec ne ualet, potest fieri per pactum, ergo per l. sed non contra. Et vide bonum text. ibi ponderat Bal. in l. fi. C. de fideiuss. Item uide Dec. in c. 1. ver. 3. & postremo extra de prob. Ant. Ale.

LEX LII.

1 *Error causæ, licet non impediat pactum quin ualeat, tamen ope exceptionis eliditur secundum glo.*
Liberatio facta dolo aduersarij uitiatur ipso iure, sicut uitiatur contractus bonæ fidei.
Error causa uitiat pactum ipso iure.
2 *Liberatio facta per acceptilationem tollit actionem ipso iure.*
3 *Error causa quando uitiat legatum.*

Si cum te. Pactū factū p errorē cāæ actionē in effectu nō perimit, h. d. Op. error cāæ nō impedit actū q generi, nō. n. impedit translationē dñij, nec ɔdītionem ob sonis, ut in 1 titulo đ ɔd. ind. Ergo hic error nō īpedit pctm. Dicit gl. ɔcedo † qđ pactū valet, ita quod pariat actionē, sed ope exceptionis elidit. Vide gl. Istud vr̄ directe ɔ tex q vult quod exceptio nō oriaī. Quare dico altero de duob. mo. Primo quod huic pacto dedit cām dolus debitoris. Vñ cū testm̄ hēat instar bon. fidei, vt l. in minorū. C. in qb. ca. in inte. rest. nō est necessa. vitiaī liberatio ipso iure, sicut uitiantr ɔctus bonæ fidei cui dolus dedit cām, vt l. elegāter, in princ. ℥. de dolo. & qđ no. in l. de tute. C. de in integ. rest. & est casus d. l. & eleganter. §. non solū, & ℥. eo. l. ab emptione, & ibi dicā. Vel dicas, & hoc puto verius, qđ error cāæ vitiat pactū ipso iure, vt hic, a Nō ob. ɔtia, qa loquunī qñ actus nō stat in finib. ɔuētionis nudę, a sed trāsit in ɔctū noīatū, uel innoīatū vestitū re ipsa vel rei interuentu, quo casu recipit auxiliū a iure ciuili, adeo qđ effectū eiuslē pducit, s. exceptionē, uel actionē, licet ɔ illud p aliud remedium succurraī, sed qñ stat in nudo noīe ɔuētionis, & subest error cāæ, cessat æqtas, ex qua pducit exceptio doli. l. q æqtate. ℥. de doli ex-2 ceptione. & hic est casus. Quid ergo dices, si liberatio fuisset fcā p acceptilationē? Gl. dicit idem qđ hic, ibi, licet qdā. Illorū aūt qui dñt ɔriū, opinio. ego teneo, qa acceptilatio hēt nomē, & formā a iure ciuili, & iō actionē tollit ipso iure: vñ ex prima nō pōt agi, sed est necesse qđ agatur, ut se reponat in pristinā oblonē, vt ℥. de ɔd. 3 ob cau. l. si qs accepto. † Opp. a. & vr̄ qđ error cāæ nō vitiat pctm, sicut nō vitiat legatū, vt l. cū tale §. falsam. ℥. de ɔd. & dem. & l. j. C. de fal. cā adie. lega. Sol. gl. certe imo uitiat legatū si testōr alr legaturus non fuisset. Sed certe aliud est dicere qđ simplex error cāæ uitiat, ut hic: aliud est dicere si legaturus non fuisset. Pōt. n. esse qđ errauerit, & si sciuisset legasset. l. cū rem alienā. C. de lega. & ideo b dicas, b q̃dā est cā q̃ legato nō cohæret, & illa nō uitiat legatū, nisi pbetr error, qđ si testōr sciuisset, legaturus nō fuisset. d. l. cū tale. §. falsā. Dico igiī cām illā non cohęrere legatu, qa id quod in legato uenit, nō infert ex necessitate, nec illud causat de necessitate. u. g. quia fuimus socij in studio, uel quia mihi seruiuit in tali negotio. ideo lego sibi centum. Sed ibi est cā, q̃ legato cohæret, qa illud infert, uel cāt de necessitate, ut puta, quia mutuasti mihi centum, iō lego tibi illa, tunc error cāæ uitiat legatū, nec est necesse probari, quod testōr alias legaturus nō fuisset, l. j. C. de fal. cā adiec. In ppo sito idē dicemus. igiī cū cā hic causabat, & inferebat pactū de necessitate, error cāæ uitiat pactū. Venio ad a 1ā. glos. dicit hic, qđ ei cui credebā me teneri ad decē ex testō, delegaui debitorē meum. In eo, q dicit, delegaui, non uī uerū, qa delegatio fit per stipłonē. l. 1. C. de noua. & sic interueniret actus, q assumit nomē, & formā a iure ciuili, merito tolleret actionē ipso iure, sicut su. dixi de acceptilatione. Dic ergo quod hic fuit simplex iussus de soluendo, ut ita dicit. hoc etiam dicebat Iac. But. & etiam Cy. hic. Demum dicit gl. quod ille debitor cui iussi, compensauit cū eo cui me credebā astrictū. Istud nō est uerū, qa cōpensatio tolleret ipso iure actionē. ℥. de cōpe. l. 1. Et ideo vī dicendum, qđ fecit simplex pactū, ut dicit hic tex. ita dicebat Iac. de Ra. Sed in hoc potest sustineri glo. Nō. n. pōt dici compensatio, si utrinque non subest debitū, iō hēt uim cuiusdā nudi pacti. Cū igiī erratū sit in cā, non ualet, ut dcm̄ est. Sed ɔ prædicta tenēdo quod hic interuenit simplex iussus de soluendo, ergo cadit in ɔctum noiatū, s. in mādatū. ℥. mandati. l. 1. igitur hēt adminiculum iuris ciuilis, ergo prima actio tollitur, sicut dictum est de acceptilatione, & stipulatione. Rñdeo, mandatum de soluēdo non ad hoc interponitur, vt statim debitor liberetur, nisi solutione secuta, quod apparet, quia mandatum pōt reuocari, sed solutio non est secuta, nec vere, nec ficte, ergo prima actio durat, quia pactū non renouit, de hoc dixi ℥. eo. l. si cū fundum.

ADDITIONES.

a Paris. Conuentionis nudæ. Vide Rom. in consi. 98. alias 97. & in consi. 410.
b Et ideo dicas. Idem dixit Bar. in l. demonstratio, §. quod autem. de cond. & dem. aliquid in l. damus. inf. de cond. indeb.

LEX LIII.

a **Epistola.** a Verba enūciatiua emissa p p aliud, dispositionē non inducunt. h. d. De istis verbis enūciatiuis plene dixi in l. ex hac scriptura. de dona.

ADDITIO.

a Epistola. De intellectu huius l. vide Ias. in l. ex hac scriptura circa fi. de dona. ubi melius loquitur quam Bar.

§. Si inter. Pactū simplex dēt seruari, ēt ab hr̄de. h. d. Opp. quod istud pactum est nudum, ergo nō est seruādum quoad actionem. l. iuris gen. §. quinimo. ℥. eo. Sol. dicit gl. quod fuit vestitū. vel dic quod fuit mandatum, & intercessit stipulatio. Vel dicas, quod ualet quantum ad remittēdas usuras. Certe etiam si istud pctm fuit appositum ex interuallo, ualeret: ageretur. n. primo actione mādati si intercessit, uel negotiorum gestorum. qa negotium debitoris gessit, ut dicit hic tex. & si excipiatur, q t p tium non redditum, replicabitur quod debent fructus imputari in p̄tium rigore pacti, & ita loqtur hic. Quæro, qd si illud pactum fuisset appositū cū creditore uendente? Rñ. idem, ar. l. si pignori. ℥. fa. er. De hoc ēt hēs casum ℥. de pig. actio. l. si cū uēderet. in prin.

§. Pactum. Pactum circa resolutionem tributorum, ualet inter priuatos, quo ad ipsos tantum.

§ De inofficioso. Pactū personale nō extenditur ad hæredes. h. d. Op. dr̄ hic, neq; iure a ullo, neq; æquitate. Opp. imo a ipso iure trāsit ad herędē. l. eum q ita. ℥. de uer. ob. & l. obligationum fere. §. placet. ℥. de act. & obl. & ℥. de le. j. l. nemo pt. Dicit Gul quod hoc iō qa talis oblō succedebat in locū q̃relæ, q̃ extinguebatur morte. Vel dic nullo iure, neq; æqtate tale desiderium admitti, quo minus obstet exceptio, transit iā ipso iure, ut in ɔrio. Quæro, utrum ex tali pcō detur actio. Dicas quod sic si fuit impletū ex parte filij, qa de inofficioso nō egit. l. cum mota. C. de transa. ¶ Quæro, quid si ei fides non seruatur, an possit agere actione prima? Dic ut in gl. & per Cy. & Doc. in d. l. cū mota. & dicemus ℥. de inof. test. l. si instituta. in prin.

ADDITIO.

a De inof. opp. imo. Sed Ang. hic aliter dicit, videlicet, quod causa multiplicande obligationis fuit dies adiecta, ideo ea finita, non multiplicatur.

LEX LIIII.

1 *Pactum de quota, uel certa parte litis, quod non ualeat ratio. nu. 2.*

a **Sumptus.** Pactum de reddendis, a sumptib. ualet: secus in pacto facto de quota litis. h. d. Gl. q̃rit duo. Primo, an ualeat pactū de quota litis minoris dimidia? Dic ut in glo. 1 Secūdo, quid † si non est aliquis pactus sub nomine quotæ, ut puta tertiam, uel quartam, sed cum peterentur decem, pactus est de quinque. Hic sunt opi. Quidam dicūt quod ualet. Idē tenet glo. in b l. si qui. C. de postul. Vera opi. est, quod non ualet, b quia est eadē 2 ratio, ergo & e. ℥. e. l. quod dictum. Vt igitur hoc intelligas, † scias q ratio quare improbaī pactum de quota litis est, quia inducit procuratorem, & aduocatum ad delictum. Nam cognoscēs se habiturum partem eius quod consequeretur, etiam calumniose aduocabit. Siue igitur faciat pactum de quota litis, siue de certa quantitate, eadem est ratio. Sed ubi promitteretur quantitas simpliciter uel res, non respectu eius quod in litem deducitur, tunc pactum ualeret, ut l. unica, C. de suffragijs.

CONCORDIA.

Pro ɔcordia aduerte, si fecit aduocatus, uel pcurator tractatū cū clientulo suo, ut hr̄et medietatem alicuius domus in casu uictoriæ, q̃ dēbat deduci in iudicio, tale pactum non ualet. Quid si paciscitur, nō ut det clientulus medietatem domus, sed puta quinque cum esset domus ualoris decē, nunquid ualeat? & Bart. in l. si qui. C. de postul. uī tenere quod non. Contrarium all. per Ale. in hac l. sumptus. ualere. glo. Bar. dēt intelligi in d. l. si qui, s̄m qđ se declat in hac l. sumptus, qa aut illa q̃ sique promittuntur respectu ualoris rei. & non ualet, aut promittuntur simplr non habendo respectum

ADDITIONES.

a Paris. Pactum de reddendis. Circa illud pactum, quod dicit Bal. in l. si quis. C. de postu. vbi etiam latius Sal. & quod faciens pactum de quota litis dicatur prædator, vide Ale. in l. si ex stipulatio, inf. de acq. poss.
b Non valet. Contrariū no. gl. in l. si q. C. de post. & ibi uide Bar. & Spec. in ti. de salario, §. sequtur. uer. certū. Sed cū Bar. hic vī transire Inn. i c. 3. de ali. in mu. ca. fa. Ruer. Adde, quod gl. & Bar. seq. Doc. cōiter, et in d. l. si quis. et in l. item. C. de p cu. ut hic per D. Ias. Adde etiam Pau. de Cast. hic, qui dicit, quod in casu uictoriæ clientulus dabit decem; si autem non uincet, nihil det, quod aduocatus dr̄ litis redemptor, et non ualet. secus si pactus esset, quod in casu uictoriæ aliquid plus haberet ultra salarium nomine palmarij, quod non est improbatum. nisi rōne magni excessus, et idem tenet Pau. in d. l. si qui. et in d. l. item. et ibi sequitur Ale. vbi plene examinat. uię ut ibi per eum. Vide etiam Are. in d. l. si qui.

ctum ad rem, & valet, nec alia etiam fuit mens Bart. in l. item. C. de proc. Praeterea in d. l. si qui. se refert ad determinationem Doctorum in hac l. sumptus.

L E X LV.

Si Pactus, Non est in mora, qui pōt exceptione l̄rima se tueri. h. d. Querit gl. quid si ante pactū fuisset ī mora. Dic vt in glo. Materiam huius legis vide in l. pupillus. ff. de ver. obl. & per Dy. in c. non est in mora. extra de reg. iur.

L E X LVI.

Si debitor. Per seruum, in quo habemus vsumfructū, acquiritur nobis exceptio, & replicatio. h. d.

L E X LVII.

a **Si conuenerit.** a Ex cā pōt vna pars ꝯctus tolli, alia remanente. h. d. Op. si ꝯctus ex vna parte rescinditur, rescindetur totus. l. cum emptor. de rescin. ven. & l. fi. de accep. Soluit gl. multis modis, & quælibet est bona in se, non tñ quātum ad legē istam illa est vera, quod hic fuit iusta cā remissionis ex vna parte, puta sterilitas, vel alia similis. Quid enim si ex causa donationis vellet pensionem remittere? Certe posset, & ꝯctus remaneret. Ita no. dicit glos. in l. j. ff. de resc. ven. Sed qñ nulla subest causa, in dubio vr̄ resolui totus ꝯctus, qñ ab vna parte resoluitur, vt in ꝯriis. Tamen ex aliis solutionib. hic positis sume distinctionem, qñ ab vna parte fit pactum tm̄ in istis ꝯctib. in quib. vltro citroque oritur obligatio. Aut hoc expresse agitur, vt ab vna tm̄ parte ꝯctus resoluatur, & potest, vt hic fm̄ vltimam solutionem. Facit ff. de rescin. ven. l. j. Aut hoc non expresse agitur, & tunc aut res non est integra, & non resoluitur nisi ab vna parte, vt hic secūdum primam sol. Aut res erat integra, & tunc aut subest iusta cā quare ab vna parte remittitur, & hoc constat, & ab alia parte non, & tunc nō resoluitur totus, vt hic secundum secundam sol. & veram, quæ probatur in tex. & no. in d. l. j. de rescin. ven. Aut causa nō constat, & tunc in dubio videtur actum, vt totus ꝯctus resoluatur, vt d. l. cum emptor. de rescin. ven. l. fi. de acceptila.

A D D I T I O.

a Si conuenerit. Vide Bal. in l. fi. C. de peri. & comm. rei ven.

L E X LVIII.

Qui in futurum. Pro tempore, pro quo vsura soluitur, tacitum pactum de non petēdo inducitur. h. d.

1 *Conuentiones negatiuæ conceptæ quando transeunt ad hæredem.*
2 *Pactum personale quando fiat.*

a **§. Si ex altera.** a Ex ea parte, qua pactum est in psona, non porrigitur ad hr̄dem. h. d. Ex isto tex dicit Pet. 1 † quod ꝯuētiones negatiuæ ꝯceptæ non trāseunt ad heredem, nisi hoc actum sit, vt hic, nisi in duob. casib. Primo, qñ talis ꝯuentio accedit ꝯctui, de cuius natura est quod ad hr̄dem transeat, vt l. inter stipulantem. & ibi no. ff. de ver. obl. & l. emptorem. §. fi. de act. emp. Scd̄o qñ ꝯuentio alias non hr̄et effectum, nisi ad hr̄dem transiret, vt l. si stipuler, per te non fieri. ff. de ver. obl. vbi ꝓmissore defuncto ante collectā vindemiam tenetur hr̄s, alias stipl̄o esset sine effectu. Et ꝑ hoc reprehendit quandam gl. paruam, q̄ est in l. si sic. ff. de ver. ob. & Cy. refert in l. pe. de ꝑh. & cōm. stip. Certe rl̄a, quam sumit ex isto §. vr̄ ꝯ casum. l. iuris gentiū. §. pactorū. s̄. eo. vbi in dubio pactum est in rē, & psona vr̄ adiici, vt demonstretur cum quo fit conuentio, non vt pactum personale constituat. Illi duo casus, quos pōnit, vr̄r veri. Pro primo facit l. necessaria. §. de vendendo. ff. de pig. Pro secundo facit regula l. quoties. ff. de ver. ob. & ff. de reb. du. l. quoties. & ideo Gul. de Cu. & Iac. But. 2 † in isto dubio distinguebant, aut psona apponitur verbo obligatiuo, aut verbo obligationis executiuo. Primo casu non facit pactū personale. d. l. iuris gentium, §. pactorum. sup. e. Scd̄o casu pactum personale facit, vt hic, nisi in duobus casibus sup. dictis. Ista doctrina vr̄ contra casum l. stipulatio ista, in prin. ff. de verb. obl. ibi, sed si se obligat. & in l. in alia stipulatione, per te non fieri. eo. tit. vbi persona adiicitur verbo executiuo, & tamen heres cōtinetur. Et ideo vr̄ dicendum. Aut istud pactum apponitur de quodam tertio, vt b puta, b ne a Lucio Titio petatur, & pactum personale est. l. & here di. §. nos autem. s̄. eo. Aut apponitur de seipso paciscente, & tunc aut erat talis, qui consideratio statu præsenti nō poterat habere heredem, vt filius, & seruus, tūc personale pactum est, vt l. & hæredi. c in prin. sup. eod. & intelligo personale, c hoc est, quod extinguitur cum persona, eo tamen viuo transit ad alios, vt ibi patet, & l. si t. bi d §. pactum. eo. tit. d Aut poterat habere hæredem, & tunc persona hæredis & aliorum subintelligitur, nisi fuisset apposita dictio taxatiua, tantum, vel similis, vt s̄. eo. l. nisi hoc autem. & de li. leg. l. non solum. §. tale. Et iō hic in tex. debet subanditi tantum. s. ne ego petam tm̄. Ita subaudiebat Fran. Accur. & Iac. de Bel. Alias si non esset apposita dictio, tantum, transiret ad hæredem. l. stipulatio ista. in prin. & l. in illa stipulatione per te non fieri. Et sic bene loquitur glo. in l. si sic. ff. de verb. obl. & ibi dixi, & hoc in conuentionibus negatiuis. Conuentiones autem affirmatiuę qualiter transeant, nō est nostra materia.

A D D I T I O N E S.

a Paris. Si ex altera. Circa istam materiam an, & quando pactum censeatur in rem vel in personam, uide per Mod. hic.

b An Bar. Vt puta. Adde c. veniens, de trans. & ibi Host. & alios. vide ibi do. Card. qui alle. Bar. hic.
Ruer. Addo Corneum in cons. 30. incipit. in præsenti consultatione, in 1. vol.
c Et intelligo personale. Sed vide Bar. in l. si sic. la. vlt. de verb. obl. Adde tamen, qđ pactum, quo confiteor non teneri debitorem, præsumitur ad liberationem realē. l. tale, in prin. su. eo. secundum Bal. in l. cum falsa. C. de in. & fac. ign.
d Pom. Eodem tit. Vide Ale. cons. 13. 2. col. vol. 1.

L E X LIX.

1 *Ablatiui absoluti magis conditionem q̄ dispositionem inducunt, licet quandoque in vltima voluntate disponant.*
2 *Contractus eo casu, quo est bonæfidei, eo casu & distractus seu liberatio.*
3 *Contractus factus ad dissoluendum, non prodest ad agendum.*
4 *Pactū tollit actionē ipso iure in cōtractib. qui solo consensu contrahuntur.*
5 *Conuentio, de qua hic, nō parit exceptionem in precio, si venditor ageret ad precium antequam res sibi restituatur.*
6 *Cōstituēs se noīe meo possidere licet realis tradō nō intercesserit, nō pt ab ista tradōne nudo cōsēsu recedere, & quando videatur recessum, nu. 9 & 10.*
7 *Venditor, q. cōstituit se noīe emptoris possidere, vr̄ tradere. poterit tamē rei vēdicatione vel vti possidetis conueniri, nō actione ex vēdito ut tradat.*
8 *Instrumēto venditionis tradito per emptorem venditori, in quo erat constitutum, non uidetur res tradita, sed ius in instrumento contentum.*
11 *Rem non esse integram, seu contractum, quæ faciant.*
Arrharum datio simplex, non facit rem non esse integram.
12 *Consensus contrarius qualiter interuenire debet, vt venditio resoluatur.*
13 *Rē, si tibi uēdidi, & uere tradidi, deinde a primo cōtractu recessimus, & ut cōstituisti te meo nōie possidere, an ꝑ hoc uideat. recessū a primo cōtractu.*
Actus contrarius retro similis, uel æquipollens requiritur ut a primo contractu recessum uideatur.
Snīa satis est quod contineat cōdēnationē, uel absolutionem æquipollenter.
14 *Res si non sit integra, & nudo consensu partes recesserunt a uenditione, si ex interuallo interuenit actus contrarius retro similis, an sufficiat.*
15 *Constituto licet dicatur ficte res tradita, tamen uera possessio transfertur.*

a Primo † q̄ro, qs sit pręuaricator. Rñ. proprie dr̄ accusator publici iudicii, q accusat non ad cōdēnationē, sed ad absolutionē. Dr̄ ēt præuaricator aduocatus, sed improprie, vt in glo. Tene menti, qñ coram te venit aliquis accusans reū in seruitiū ipsius rei, pōt ꝯ eū procedi de præuaricatione. † Quæro, quis dicaē calumniator. Rnd. q falsa crimina scienter intendit, vt l.1. in prin. ad Turp. † Quæro, an eo ipso quod quis non pbat, psumaē calumniator. De hoc sunt opi in l.1. ad Tur. & Doct. tangunt in l.i.C.de aduo. diuer.iu. Quicquid dicatur, veritas est q̄ in hac gl. ponit, quia rīa est, q eo ipso qđ qs non probat, psumitur calumniator. Sed fallit in casib. q in hac gl. notabili ponuntur. Ista tñ præsumptio non est iuris, & de iure, qa ꝯ eam admittit probatio in contrarium. Et hoc est q dr̄ in l.i.§.i. ℨ.ad Tur. ibi, sed nō vtique, q non probat, &c. Puto aūt, quod possit probari ꝯtriū p publicam famam, quæ excusat a calūnia. Text. est in l.miles. §.mulier, de adul. Idem puto q si aliqs accusauerit aliquē de delicto, eo quod audiuerit a psonis fide dignis, ar. C. de cal.l.mr̄. & ℨ.de bonis li.l.q cum maior. §.fi. Secus si audiuerit a personis non fide dignis, vt l.Athaletus. ℨ.de fal. & ibi dixi. Qui aūt † sint illi casus in quib. cessat psumptio calumniæ, gl. ponit notabilr, q̄ vide & signa. Item aduerte, † quia in oīb. istis casib. accusator excusaē a psumpta calūnia, & in oīb. istis vel sibi correspondentib. iudex pt p inquisitionem procedere. iō .n. necessarius est accusator, vt possit pp calum. puniri similitudine supplicii, sed ibi ista rō cessat, iō non est necessarius accusator. Dixi plene in l.2.§.si publico. ℨ.de adu. † Quæro, qualr qs puniaē de cal. Rñ. duob.mod. Primo, Iudicis offō mercenario, & tunc condemnaē ī ipsa snīa, qua reus absoluiē, vt ℨ.ad Turp.l. i. & C. de cal. l.1. Puto tñ qđ ipsi accusatori debuit dari terius ad faciendū suā defensionem sup calūnia, qa hoc solū q nō pbauit, non inducit psum ptionem iuris, & de iure, sed pt probari ꝯtrium, vt s̄.dixi. No. ēt e ex hac gl. & ex ll. quas allegat quod † qñ statutum imponit pœnā ñ pbanti accusationē, q in ipsa snīa, qua reus absoluit, pt accusator condemnari. Item no. ex hac glo. coniuncta cum tex. q ꝯdēnatus offō iudicis est infamis. Qđ puto verū. Satis .n. est q sit de calumnia vel publico iudicio condēnatus, vt reqrit edictū ptoris. Dixi plene in l. infamem. de pu.iu. Si vero vult qs cōdēnare aliquem de calūnia ac cusatione ppolita, hoc tunc pōt fieri ex interuallo Idē puto si iudex vellet ex offō nobili inquirere. Nā cū istud delictum sit commissum coram iudice, de eo pōt inquiri, vt C.de pb.l. iubemus. & de testi.l. nullū. & ista facultas inquirēdi correspōdet illi casui exceptuato, in quo accusator non teneē de calūnia. Lubi fuit intimus dolor admissi criminis, vt s̄.dixi. Iudex .n. ipse p hoc offenderet, vt d.l. nullū. † Quęro, q̄ est pœna calūniæ? Dic vt in gl. q similitudo supplicii, ubi est pœna determinata, vel eius qđ in illo delicto solet imponi, vt ī gl. & bene,

ADDITIONES.

a Bar. Calumniator. Quis dicatur calumniator, vide §.notandum. 2.q.3.ca.si quem, Ant.in rub.de cal. & ibi d xi.

b Ruer. Regula. Adde q cōis opinio est cū ista gl. q rīr psumatur calumniator, qui non probat. quam regulam limita sex modis, ut per Fel.in c.fi. extra de cal.

c Bar, Puto aūt. Idē uoluit Bar.in l.1.§.1.inf.de cal. sequitur hic. An Bal. & Sal. secus l.mr̄.C.de cal. uide Bal.in l.qui non pbasse.C. de cal. sed Ion. tenet contra, in c.2. de cal. d. Ant. ibi dicit, qđ si fama est orta a fide dignis, excusat, ut uoluit hic Bar. si uero non oritur a fide digna, non excusat, & pcedet opi. Vinc. Io.de Imo. ibi dicit, q melior est opi. Bar. quia q̄libet cā colorata excusat a calumnia, ut l.igitur, infra de h.ca.c. in fi. Ange.in d.l.mater, aliter distinguit. Vide quæ dixi in d.c.fin. de cal. & ista intellige in calumniatorib. secundum An.hic. vide quæ dixi.

d arb. Qualiter, Tene menti, quod antequā iudex cōdēnet reū de calumnia, dēt dare sibi terminum ad probandum innocentiam. idem uoluit Bar.in l.e.§.1. inf.ad Turpe. Sed pondera, quia est contra tex.c.2.de cal. ubi dicitur, quod iudex condemnauit reum, donec probauit suam innocentiam, & sic reseruat sibi ius probandi innocentiam. Et ille est tex. mirabilis, quod primo condemnet, & postea sibi reseruet ius probandi. Pōt dici quod in casu illius c. probauit, sed insufficienter. ideo pōt condemnari, reseruato iure probandi innocentiam, sed in casu isto nil probauit, ideo debet iudex dare sibi terminum ad probandum innocentiam.

e No. ēt. Adde Bar.in d.l.athaletus. de fal. & q no. Bart. & Bal.in l.1.C. de plus peti.

---

1 *Condemnatus de furto est infamis licet in veritate non fuerit.*
2 *Infamis est qui dedit pecuniam, & pactus est ne noceatur ad iudicium pro delicto, quod in veritate non fecit.*
3 *Pacis habendæ causa non licet dare pecuniam ante condemnationem, post sic.*

§. Item si quis.

Hic iurisconsultus procedit exponendo verba edicti. Primo op. de l.furti. §.pactus inf.e. Solue, vt ibi. Quæro, quid si aliquis † est condemnatus de furto q in veritate nō fecit, an sit infamis. Quidā, q nō. p l.si furti. C.e. & quia res inter alios acta, &c. gl. determinat ꝯtrium, & bene. Ad l. si furti. respō. vt in gl. Ad illud q dr̄ res inter alios acta, &c. Rńd. qđ

illud

illud nō est verū in his, q̄ ptinent diminutionē status alicuius, vel famæ, nā tūc hr̄ p veritate quo ad oēs, vt l. ex ea, ff. tit. j. † Scdo q̄rit gl. dr̄ hic, pactus, qd si pactū fecit. cum in veritate non pmisit delictū. Opiniones sunt. Finalr̄ gl. dicit eum non infamari, arg. l. item. §. pōt. de ali iu. mut. cau. fa. Et qd hic dr̄, furti &c. intellige qd factū appaet. Et ista determinatio vr̄ ptra dictum in prin. glo. Nec ob. l. itē §. pōt. quia in illo delicto requiritur verus dolus, qui ibi cessat: hic aūt sufficit cōdemnatio vel factū, vt patet hic. Iac. But. dicebat istā gl. posse sustineri hoc mō. Qñq; transigit sup pœna, iudice volente, vel authorante, & tūc non infamatur quis, vel. quid ergo, §. pœna grauior. ff. eo. Qñque paciscitur sup delicto, & tūc infamatur, vt hic in text. Quandoque super instantia, & tunc non infamatur, nisi pstet de crimine, vt hac gl. Certe non placet hoc, quia istud pactum ne peteret in iudicio, vel ne litigaret, nō solū perimit instantiam, sed & ipsam actionem, vt l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. & ibi videbitis, & l. post q̄ liti. C. de pac. Et iō puto, quod eo ipso qd pactum est data pecunia sup aliqua istarū actionum fit infamis. Et ex hoc habes † q nō licet dare pecuniā alicui, vt sibi faciat pacem. † Quod intellige verum ante cōdemnationē secutā: tunc. n. non licet, quia hr̄ pro confesso, vt hic, nisi in casib. in quib. licet transigere, vt l. transigere. C. de transa. non autem quod pecunia data repetatur, quod intellige, vt in l. accusationes C. quod met. cau. quæ est no. ad hoc cum sua glo. Sed postquam condemnatio esset facta, si darem tibi pecuniam, vt faceres mihi pacem, forte non est prohibitum. Facit extra, de pœnis. cap. presbyteri. & ff. quod met. cau. nec timorem. cum sua gl. hoc tamen non firmo.

ADDITIONES.

a Barb. Et ideo puto. An sit licitum dare pecuniam pro pace. vide hic Ang. & Bald. & quæ dixi in c. quoties. de sim. & vide Bal. in l. non interest. C. quod me. cau. vbi dicit, quod non licet dare pecuniam pro concordia.

b Faciat pacem. An liceat alicui dare pecuniam, ut sibi faciat pacem, tractat Bald. in l. fi. inf. de cond. ob tur. cau.

LEX V.

Quoniam. Hic dr̄, qd vr̄ fateri q paciscitur. Quid est hoc dictū? dīt qdam, pinde est, ac si fatet̄ extra iudicium, dicentes, qd pfessio extra iudiciū sufficit ad cōdemnationem. Idē dicebat Ia. glossator antiquus. † Gl. tenet ptrium, a vt in ea. Veritas est qd pfessio extra iudiciū facit indicium ad tormenta, vt l. q̄ro. ff. de ædil. edi. & l. capite. de adul. Sed pfessio in iudicio sufficeret ad cōdemnationem, vt l. si confessus. ff. de cust. reo. & l. plane. ff. ad leg. Aq. Ista ergo transactio b licet facta extra iudiciū habet vim confessionis factæ in iudicio, quantū ad hoc, vt possit seq pdemnatio. Ita sentit gl. in l. transigere. C. de transa. Item infamatur, sicut si esset condemnatus, vt hic. Sed confessio sola facta in iudicio, non infamaret, vt dicam in l. ictus fustium. ff. eo. licet qdam ptra per hāc legem, & gl. hoc videtur sentire in gl. paruula, cum dicit quod hæc duo paria sunt, confiteri in iure, & pacisci extra ius.

ADDITIONES.

† Clau. Antiquus. Et dum dicit gl. nisi contrarium probatur, innuit, quod ficta confessio ita potest reuocari prætexto erroris, sicut vera, & ecōtra pro notab. ad hoc alle. Io. And. in cap. fi. de confe. Io. An. in add. ad Spec. in tit. de po. §. 9. de quo per Bal. & alios in l. error. C. de iu. & fac. ign. circa fi. & ibi vide remissiue per Imo. & in l. fi. §. iussu. de app. Cautelas aūt, per quas poterit euitare huiusmodi infamiā, & confessionem, uide Alb. & Alex. in l. transigere. C. de transa. & Cap. caut. 153.

a Contrarium. Hic uide quod dixi post Bar. in l. 2. §. quod obseruari. C. de iu. calum.

b Barba. Ista ergo transactio. Et pondera in l. non vtique. inf. de exce. dum ponit casum in hoc, quando excipiens confitetur, actor excipiat factum & non ius. sed Abb. in c. cum uenerabilis. de exce. dicit esse casum ibi contra Bar. Ego pondero, quod ista transactio est confessio, ut hic dicit Bart.

LEX VI.

Furti accipe.

1 *Appellatio in ciuilibus in totum suspendit effectum sententiæ, & sic etiam in criminalibus, præterquam ad bona.*

Appellatione pendente nil nouari intelligitur, nisi fiat quod fieri poterat pendente instantia.

2 *Sententia lata statim infamat, etiam ante appellationem interpositam.*

3 *Appellatione interposita a sententia, ea pendente, sententia & eius effectus extinguitur.*

4 *Appellatione interposita quando fuit deserta, fingitur non appellatum, & sic est retro infamis.*

5 *Condemnatus si pendente appellatione dixerit testimonium, valet, etiam si appellatio remansit deserta.*

6 *Excommunicatus qui appellauit, & neglexit prosequi, an dicatur retro infamis.*

7 *Prima sententia si fuit confirmata, a die confirmationis est infamis.*

8 *Actio oritur ex sententia confirmante, & non confirmata. Et iudex appellationis exequitur.*

9 *Cautiones datæ in primo iudicio an committantur in scd'a sententia, remissiue.*

10 *Appellatio interposita ab interlocutoria, an extinguat illam, remissiue.*

§. Sed si furti. Hic exponit verbum, damnatus, positū in edicto. Op. primo, & vr̄, qd appello non tollat effectū sniæ, vt l. chirographis. §. fi. ff. de admi. tu. gl. sol. Tu dic † melius, in ciuilib. suspendit appello effectū sniæ ī totū, & illud q dr̄, nil nouari appellone pēdēte, dēt intelligi, nisi illud fiat qd fieri poterat pēdēte prima instātia, vt l. postq̄. §. Imperator. ff. vt leg. no. c. Solū .n. hoc phibet innouari appello, qa suspendit iurisdōnē primi iudicis, & ad supiorē iudicē cām deuoluit. C. de ap. l. iudicib. & in d. ti. nil noua. appello. pēdē. Sed qñ appellat̄ in crīalib. suspendit̄ effectus primæ sniæ ī totū, pterq̄ quo ad bona, quo ad q̄ remanet aliqs effectus sniæ primæ, vt C. si pē. ap. mora interue. l. fi. & C. si reus, vel ac. mor. fue. l. 3. ergo lex, chirographis. §. fi. loqt̄ in appellone interposita in crīalib. in qb. quo ad bona remanet aliqs effectus primæ sniæ. Vñ si qd ē innouatū, reuocat̄ p offim iudicis, vt ibi no. ita dēt intelligi glo. ista. Pro declaranda ista l. dic, qd post latā sniam quoddam est tēpus appellationis interponendæ: quoddam est tempus post appellonē interpositā, ea pendente: quoddam, † est tempus post appellonē interpositā, & sniam primā pfirmatā per cursum fatalium: quoddā est tps post appellonē interpositā, & sniam primā cōfirmatā tanq̄ iustā, & æquā. De quolibet istorū videam⁹. Circa primū, b s. circa tps appellonis interponendæ, sunt opi. hic in gl. super verbo, pvocationis. Quidā dīt, qd snia lata statī infamat, c vt l. qui vlt. & l. qd ad statum. ff. de pe. cū si. Alij dīt ptriū, qd non infamat, donec trāseat ī rē iudicatā vt l. j. de re iu. Facit ff. de trās. l. post rē. Pro hoc quod no. in l. j. nil no. ap. pe s. quod intra decem dies non pōt fieri executio. Prima opi. est vera s'm oēs p l. allegatā p eos. Ad ptria r̄ndeo. Quædam est executio sniæ, q̄ fit facto hoīs, & ista nō pt fieri intra tps appellationis interponēdæ, vt in ptrijs. Quædā est executio, q̄ fit a lege, vt infamia, & in his quæ continent diminutionē status, & tūc snia statim trahit secum executionem, vt hic & d. l. q vltimo. & l. quod ad statum. & l. si qs filio exhæredato. § hi aūt. de iniu. rup. & irri. testa. Et ita dīt Cano. in snia excōicationis, c. ℞ de ap. c. pastoralis. quod no. Circa s'm † tps. s. post appellonē interpositā ea pendente, vr̄ qd appello extinguat sniam & eius effectum, vt hic & ita tenet hic prima gl. Contrariū tenuit s. qd nō extinguat, sed suspēdit, gl. in l. tale. §. qui prouocauit. ff. de pactis. Sed ista vera, vt hic patet, in l. j. in fi. ad Turp. quod intellige, vt dixi ff. in 1. ptrio. Tertiū tps † est post appellationē interpositā, & desertam per cursum tpis, vt hic dicit gl. a. circa me quod fingit̄ nunq̄ appellatum esse, & sic retro infamis est, vt dicit tex. Sed hic insurgit dubium. † Quid si interim talis condēnatus, tulit testimoniū, d an valeat? Vr̄ qd non, vt l. 3. §. duæ. ff. ad Carb. & ita dicit glo. Cul. de Cun. dicit ptriū, qa inspicit̄ tps dati testimonij, vt l. j. C. de testa. Item qa factū ipsius testis negligentis psequi appellonem non dēt nocere alij, pro quo testificatus est, ar. l. si vnus. §. ante oīa. ff. de pac. & l. nā postea. in fi. de iuretur. Ia. But. tenet ptriū. Nā in his, q̄ retro finguntur, oīa rescīdūtur perinde, ac si ab initio fuisset infamis, vt l. pen. de suis, & leg. & no. l. vlt. C. de sent. pas. credo opin. Gul. e veriorē p rōnes suas. & qd dr̄, in his q̄ retro fingūtur, & cætera, intellige, nisi sint de necessitate facta, vt l. quoties. ff. de pac. do. sed testificari est hmōi, ergo &c. An autē † ille, qui est excōicatus, & appellauit, & neglexit prosequi dicatur infamis. Doc. canonum variāt, vt ext. de ap. c. sæpè, vide ibi, vbi Inn. & Ber. discordant. Quartū tps † est post appellonē interpositā, & sniam primā confirmatā tanquā iustam, tunc a die confirmationis est infamis non retro, vt hic. Ex quo † apparet, quod actio oritur ex sententia confirmante, non ex confirmata, de quo plene in l. eos. C. de app. & mandat sniam executioni iudex appellonis, nō primus. De quo dixi plene in l. tale. §. pvocauit q ff. de pac. Ex quo apparet † quod cautiones psitæ in j. iudicio non cōmittunt̄ in 2. snia, quo dic, vt l. cum apud Sempronium. ff. iud. solui. Quæro, † vtrum appellatio interposita ab interlocutoria extinguat illam, sicut diffinitiuam. Vr̄ quod sic, vt in l. intra vtile. ff. de min. & ibi dicam. In contrarium facit c. non solum. extra, de appel. lib. 6. Dic, vt dicam in d. l. intra vtile, circa medium.

ADDITIONES.

† Clau. Appellatio. De hac materia, quando appellatio tollat, aut suspendat effectū sententiæ, uide per Alex. remissiue in l. si causa cognita. C. de transac.

a Pro declaranda. Circa ueritatem istorum, uide Are. in l. qui a latronib. §. 1. de test.

b Circa primum. Vide Rom. consi. 103. Bal. cons. 110. uol. 3.

c Statim infamat. Idem dicit in l. 1. inf. de re iu.

d Pom. Testimonium. Vide Fel. in c. testimonium. de testi.

† Cla. L. 3. Vide ad confirmationem, & limitationem huius legis quod dicit Alex. consi. 36. uol. 4. Præpo. c. pe. de app. aliquid per Bal. in c. præterea. 2. illo tit.

e Opi. Gul. Vide gl. in c. 1. extra, de test.

f Pom. Post appellationem. Vide Fel. in rub. de treu. & pace.

1 *Alieno nomine quatuor modis quis esse in iudicio.*

2 *Procuratore condēnato non infamatur dominus, et si dominus fuerit li. cōte.*

3 *Consilium quod quando quis dubitat condemnari in actione famosa, quod litiget per procuratorem.*

§. Si quis alieno. a Pro declone tex. & gl. dēs scire, qd aliquis dr̄ esse in iudicio alieno nomine quatuor modis. † Primo alieno. i. ad alterius vtilitatē. & dānum, vt procurator. Secundo dicitur esse in iudicio alieno nomine ad alterius vtilitatē & damnum, suo tamen nomine est in iudicio, vt fideiussor. & defensor, quia sine alterius mādato suscepit in se iudicium. Tertio dr̄ b alieno nomine idest propter factum alienū, suo tamē nomine litigat, & ad sui vtilitatem, & damnum, vt hrs. Quarto, alieno nomine id est super instātia contra personam alterius.

ADDITIONES.

a Si quis alieno. Quando quis dicatur conueniri nomine alieno. vide Bar. in l. alia in prin. sol. mat. & in l. j. C. de obseq. pa. prestan.

b Tertio dicitur. Bene facit quod no. in l. apud Iul. §. fi. per illum tex. inf. quib. ex ca. in pos. ea.

rius inchoata, ad sui tñ vtilitatẽ, & dãnũ litigat, & ꝓ facto suo, vt l. seru⁹ cuius ꝗ.c. In oĩb. istis casib. cõdẽnatus nõ infamat, licet quo ad qd dicat suo noĩe litigare, vt ex ꝑdictis patet, & sic cessant oĩa ꝯtra formata in gl. †Quæro, dr̃ hic, in fi. qđ ꝯdemnato procuratore nõ infamat dñs, & si ab initio litigauit ꝑ procuratorẽ. Quæro, qđ si ab initio ᵇ dñs fuerit litẽ ꝯtestatus. Gl. dicit idẽ, & hic subaudi, maxime, qđ puto verum, quia edictũ prætoris requirit qnẽ cõdẽnatũ esse suo noĩe. Oportet ergo qđ ille quasi ꝯctus ꝗ celebratur in sñia, vt l. 3. § idem scribit, & ibi no. ꝗ.de pecu. celebratur cũ ipso reo principali, qui si nõ est in iudicio, non põt ꝯdemnari, nec cũ eo talis quasi ꝯctus celebratur ꝑ ı ſam. l. qcũq; gerimus. ꝗ. de re. iu. & ꝑ l. 4. de sen. & interlo. oĩum iudicũ, qeqđ dicat gl. Hẽs ergo mirabile ꝯsiliũ, qđ qñ qs dubitat ꝯdemnari in actione famosa, litiget per procuratorem, & euitabit infamiam, vt hic, quod no.

ADDITIONES.

a Pom. Dicitur hic. Vide quid ex hoc infert Dec. in c. at si clerici. de iu.

b Ab initio. Adde Bal. in l. nihil. C. de procur.

1 *Pacem non licet facere data pecunia, et si non sit scriptũ in instrumẽto. nu. 3.*

2 *Lex simpliciter loquens restringitur, ne sequatur absurdum.*

§. Pactus.

ᵃNo. arg. †qđ non licet facere ᵇ pacem data pecunia, vt dixi in l. athletas. in fi. ꝗ. e. No. † ẽt diligenter, qđ lex simpľr loquens restringit, ne sequat absurdũ. Simile in l. ideo oportet § aliud ꝗ. de excu. tu. & l. aliud. §. absurdum. de reg. iu. & ꝗ. de test. l. ꝗ sinũ. dixi in l. oẽs populi, circa interpretationẽ restrictiuã, de iu. & in. †Quæro, qđ si in veritate interuenit pecunia, tamen nõ fuit oppositum in contractu: Gl. in l. accusationis. C. qđ me. cau. videtur velle dicere, quod satis est si in contractu non apponatur, sed alio casu loquitur. quantum ad casum præsentis legis puto sufficere, quod in veritate interuenerit: & licet ibi nõ sit scriptũ, videtur tamen repetitum, vel. item quia, in fi supra de pactis.

ADDITIONES.

a Pactus. Et istum tex. allegat Bar. no. in l. 8. in prin. C. de pœna. iu. &c.

b Paris. Non licet facere. Vide caute, quomodo hoc possit euitari. & quod non videatur confiteri per Ias. in l. transigere. C. de transac. Quid autem si non transigeret, sed solueret pœnam non expectata sententia? vide multa per Fel. in c. cum ex. 1. de iciud.

1 *Iussus quando excuset.*

2 *Iudex non potest cogere partes ad transigendum, neque compromittendum, neque ad pacem faciendum, nisi pro quiete publica.*

3 *Iussus delegati ad vniuersitatem causarum excusat.*

4 *Iussus arbitri non excusat, arbitratoris sic.*

5 *Arbitramentum est transactio, generaliter intelligendo, non stricte.*

§. Qui iussu.

Iussus ꝑtoris excusat, & iussũ non hẽt vim trãsactionis quo ad infamiã h. d. & est bonus. §. Opponi. & vr̃ qđ ius ꝑtoris nõ excuset, qa iubere nõ ꝑt Nemo. n. inuitus cogit ꝯhere, vt C. de iure deli. l. nec emere, & C. de ꝯh. empl. inuitũ, & vt nemo inuitus. in rubro & nigro. Et glo. hic determinat, qđ iudex nõ põt iubere transigere. † Quidã sunt, quibus nullo mõ quis tenetur parere, & tunc illorũ iussus nullo mõ excusat, vt l. liber hõ, in prin. ꝗ. ad l. Aquil. Quidam sunt qb. qs tenetur parere in aliqb. vt parẽtib. dominis, iudicib. & tunc in his, in qb. dẽt quis parere, sine dubio excusatur, vt l. non vr̃. §. q iussu, ꝗ. de re iu. In his vero, in quib. quis parere nõ tenetur, si sunt grauia, nõ excusar ꝑp iussũ, vt d. l. liber hõ. & ibi no. ad l. Aq. & de re. iu. l. ad ea. Sed si sunt leuia, excusatur. Ita loqtur hic. hẽs ergo † ex hac gl. ᵃ notabili, qđ iudex nõ põt cogere partes ad transigendum, ᵇ & eo. mõ neq; ad ꝯpromittendũ in arbitratorẽ. & no. & tene mẽti. Eo mõ ᶜ vr̃ qđ non possit cogere partes ad pacem. Quod intellige, nisi forte ᵈ per hoc quies publica inquietaret: tũc. n. posset, arg. l. ꝯgruit. ꝗ. de of. ꝑsi. & in Auth. de man. princ. §. coges. Vide hanc gl. & no. eã. † Quæro, vtrũ iussus delegati iudicis excuset? Certe sic si esset delegatus ad vniuersitatẽ cãrum, qa est ea. rõ, quę in iudice ordinario, vt ex ꝑdictis patet. Sed si esset delegat⁹ ad vnã cãm tñ, tunc in cęteris hr̃, vt priuatus, & ideo tunc iussus eius non excusaret, vt d. l. liber hõ. Quæro † quid ĩ arbitrio, vtrũ eius iussus excuset? Rñ. glo. quod non. Qd intellige verum, si fuerit ꝯpromissum tanquã in arbitrum, & sic ad eũ non spectat iubere transigere, sed si in cũ fuerit ꝯpromissum, tanꝗ in arbitratorẽ, & ipse præcepit dari pecuniã, puto qđ eius iussus excuset, qa tex. qui dicit, pactus est, intelľr data pecunia sponte, sed iste dedit necessitate coactus. s. ꝑp sñiam arbitratoris. Et si dicas, imputet sibi, qa se posuit in tali necessitate, dico quod talis necessitas ᵉ non est de necessitate ordinata ad cãm istã. Illud aũt † qđ dr̃, qđ arbitramentum ᶠ est transactio, dẽt intelligi gñaľr, hoc est ꝗdam ꝯuẽtio ꝑ ꝗ recedit a lite vel a controuersia, non aũt dẽt intelligi stricte qđ sit transactio, quę fit aliquo dato vel retento, qa si hoc esset, sequeret qđ nunꝗ arbiter posset in totũ absoluere, vel in totũ ꝯdẽnare, qđ esset iniquum. ᵍ

ADDITIONES.

a Ex hac gl. Adde Bal. in l. si pu. C. de sent. ꝑ illũ text. & quæ dixi in l. æquissimũ. inf. de vsufr. & adde, qđ Bald. in c. 1. §. si qs furatus, de pace tenen. dixit qđ ille text. ꝑstat arg. qđ qs possit cogi vna cum aduersario ad compromittendũ in amicum cõem, controuersia ꝗ hñt inuicẽ. Postea dicit ipse, qđ hoc non credit, nec est uerũ ſm eũ. Adde an iudex possit aliquem cogere ad compromittendum resistente statuto. Pau. de Cast. cons. 181. Adde hoc esse uerum, qđ dicit Bar. hic, nisi partes litigassent, quia possent cogi ad compromittendum, ut per do. Ant. in c. 1. circa fi. de mu. pet. vide Alex. cõs. 60. a. 1. col. & l. quidam existimauerunt, inf. si cer. pe.

in l. 1. §. post operis. inf. de no. ope. nun. Ori. in tract. de arb. q. 45.

b Paris. Ad transigendum. Vide Ant. de But. in c. 1. in fi. extra, de inut. stip.

c Paris. Eodẽ mõ. Vide late de materia ista Fel. in rub. ext. de treu. & pa. & vide Sol. in l. qdã existimauerũt. in vl. no. ꝗ. si cer. pe. & Ia. ibi. Are. i l. 2. §. ex his. de ver. ob.

d Nisi forte. Vide Bar. consi. vo. uol. 2.

e Paris. Talis necessitas. Vide Are. in l. is potest. ad fi. inf. de acq. hęr.

f Arbitramentum. Vide Bar. in l. quod si Ephesi. §. 1. inf. de acq. hær.

g Esset iniquum. Adde Bal. in l. fi. inf. de excep. rei iud.

§. Mandati.

No casum, in quo actio mandati contraria infamat. dicam ꝗ. ea. l. in fi.

§. Illud plane.

Op. quod idẽ sit in mãdato & deposito, qđ in tutela & ꝑ socio. Dic vt in glo. quæ subtilis & clara est. Sed gl. Inst. mã §. recte. dicit apte, qđ mãdatũ re non integra morte mandatarij non finit, & sic transit ad hæredẽ: Tutela vero & societas finitur morte omnino, licet duret actio.

§. Contrario.

Quærit gl. qđ si ꝯrio iudicio agatur, ꝑ fide ᵃ rupta. ᵃ Dicit gl. nõ infamari, nisi in casu posito ꝗ. ea. l. §. mãdati. qa in pœnis nõ debemus legem extendere ex identitate rationis, quod no. ſm hanc gl. in ꝯrium tenet gl. in l. si pignore. §. si post distractum. ꝗ. de pig. actio. Ista tenetur communiter, sed forte illa verior est. Non determino modo.

ADDITIO.

a Fide rupta. An condemnatus de fide rupta, sit infamis, per Imo. in l. infamem. de pub. iu. Men. Adde Petralanc. sing. 14. notant Barb. cons. 42. col. 6 li. 2. Dec. l. in actionib. ff. de in litem iuran.

LEX VII.

In actionib.

No. qđ cła apposita ĩ ꝑced. c. ĩ sequẽti nõ intelligatur repetita. s. illa cła, pactus ve. Sic in l. 2. in prin. ꝗ vi bo. rap. in illis verbis, coactis hominib. &c. qđ est verũ in his, ꝗ pertinent ad facti narrationẽ. Secus in his, ꝗ pertinẽt ad iuris dispositionem, vt l. quemadmodum §. fi. ꝗ. ad l. Aquil. & Inst. eo. § ex hoc tamen capite. Dixi plene in l. ait lex. ꝗ. ad leg. Aquil.

LEX VIII.

1 *Ignorantia non punitur, & quando ibi.*

Tempus continuum currit etiam ignoranti.

2 *Ignorantiam allegare, quando liceat.*

Occidens aliquem, quem credebat bannitum, non punitur tamquam de simplici homicidio.

Præsentans non bannitum, quem credebat bannitum, non habet præmium.

3 *Executori ignoranti non currit tempus.*

4 *Præscriptio quando currit ex negligentia alicuius, oportet quod in prin. ponantur ea quæ inducunt negligentiam.*

5 *Testis deponens super morte alicuius, probat, si reddendo cãm dicit, quod vidit fieri luctum in domo, & vxorẽ, & cõsanguineos assumere vestes lugubres.*

Genero.

Hic incipit exponere tertiã partẽ edicti de his, qui notant infamia ipso fcõ, & br̃. h. d. Licitũ est allegare ignorãtiã ad ꝯmodũ ignorãtis. h. d. la. But. † No. ᵃ ex isto prin. qđ ignorantia non dẽt puniri. Ex hoc no. qđ tps ꝯtinuũ currit ẽt ignorãti. Opp. qđ ignorãtia punit, vt ꝗ. de pig. act. l. tutor. §. 1. gl. nõ soluit. Dic qđ ignorantia ibi habuit culpã admixtam. Vñ ꝑp culpã punitur. Sic ꝗ. de legi. l. 1. & iõ hæc lex debet intelligi de ignorantia facti, nõ iuris, ꝗ cadit in latã culpã, vt ꝗ. e. l. liberorũ. no. gl. & hic & ibi. Ad scđam ᵇ op. Inst de exc tu. § q aũt. & l. cũ sex mẽses. ꝗ. de ędi. edi. Solue. hic tps est vtile, ibi ꝯtinuũ, & ĩ dubio intelľr ꝯtinuũ, vt l. 1 & ibi no. ꝗ. de diu. & tẽ. ꝑsc Op. ex gl. † ad summariũ intelſm, de l. si is. §. si eõis seruus. ꝗ de acq. re. do. vbi allegat ignorãtia ad ꝯmodũ ignorãtis. Sol. Distingue tres casus, qñ qs allegat ignorantiã ad euitandã pœnã, & ꝑt. vt hic, qđ intellige, nisi sit admixta culpa, ᶜ vt hic. Et ex hoc seqt, qđ si qs occidit illũ, quem credebat bãnitũ, vel adulterauit illã ꝗ credebat non nuptã, qd non puniat tanꝗ de simplici homicidio vel adulterio, vt l. pen. ꝗ. de adul. Sed si erat in culpa, qa plenius inuestigare debuit, puniret tãtũ de culpa, vt l. 2. ᵈ §. hac electione. vi bo. rap. Qñq; allegat ignorantia ad incõmodũ ᵉ ignorãtis. V g occidisti bãnitũ, ᶠ quem tu ignorabas bãnitũ: adulterasti mulierẽ solutã, ꝗ credebas nuptam, & siĩa. Certe ad puniẽdũ te, non poteris istã tuã ignorãtiam & errorẽ allegare, sed stabitur veritati, ar. huius l. & est tex in l. inter oẽs. §. recte. ꝗ. de fur. & de eri. expi. hæ. in l. fi. & Inst. de ob. ꝗ ex delt. §. placuit. Et ex hoc dico qđ in criminalib. non admittuntur rñsiones, per verbum credit, & nõ credit. Nã tuũ credere, non faceret te plus puniri, si veritas aliter se hẽt, ꝑ dicta iura. & iõ de veritate dẽt rñderi, vt sic scio, vt l. repeti. de q. & ꝑ totum ti. facit ꝗ. re. amo d. l. Marcellus. Qñq; allegat ignorãtia ad ꝯmodũ ignorãtis quo ad hoc, vt lucrũ ꝑdat, nõ vt dãnũ sentiat. exẽplũ, dẽt statutũ, ꝗ ꝑntauerit exbãnitũ hẽat cẽtũ, mõ tu cepisti & ꝑsentasti quẽdam, nõ tanꝗ exbãnitum, qa ignorabas,

ADDITIONES.

a Meno. Nota. Ruy. consi. 27. ou. 1. lib. 1.

b Meno. Ad secundam. Soc. iun. consi. 128. nu. 170. lib. 1.

c Admixta culpa. Vide Bart. in d. §. recte. & in l. omnes populi. in 5. q. princ. Et uide quæ no. Ias. de act. §. pœnales.

d Pom. Quandoque allegatur. Vide Alc. consi. 56. in fi. 4. uol. Fel. in c. quæ in ecclesiarum, uer. septimus casus, de const. unde Alc. consi. 1. uol. 2. Cæp. consi. 7. dub. 1.

e Occidisti bannitum. Sed de bannito Io. And. tenuit contrarium in Spec. in tit. de accu. §. sequitur. & quod no. Bar. in l. non solum. §. morte. de nor. no. oun. & adde quod no. Bar. in l. fi. infra de adul.

f Paris. Adulterasti mulierem. vide Aret. in l. qui se pupillum. infra de acq. hær.

rabas, certe non dês hic puniri, vt d. l. si is. §. qđ si seruus. de acqui. re. do. & l. si qs in grau. §. vers. ad Sil. In eo, qđ dicit vltro, pro hoc de ꝯd. & dem. l. a. vbi non sufficit ꝯdõnẽ ĩpleri de facto, sed ex cer ta sciã q̃tum ad ac grẽdũ. Facit qđ no. Dy. in l. seruus, ĩ. de ver. obl. Vlterius[b] ista lex facit ad q. dicit† constõ epi[c] qđ si executor non fuerit executus intra annum vltimam voluntatẽ, cadat in excõicationem. vtrũ istud tẽps currat ignorãti executori. Vr qđ non, ne ignorãtia puniatur. In ꝯrium vr tex. hic, dum dicit, merito prętor adiecit, quasi dicat si prętor nõ adiecisset, curreret ignoranti. Pro quo facit quod dixi ĩ. quod in dubio tẽps est ꝯtinuum, vt l. j. de di uer. & tem. pscri. Teneo[d] quod tẽps non currat, † nisi a tẽpe sciæ, et si in constõne dicatur intra annum, a tẽpe mortis subaudi, & scien tiæ, ne ignorantia puniatur, vt hic. Pro hoc casus solennis in l. 3. §. si qs hæredi. ĩ. de statulib. vt si testator dicit, tẽpe mortis, subaudi ibi, & aditæ hæreditatis, quia tunc incipit esse in negligentia. Facit l. si in diem, in princ. de cond. & dem. & C. de iu. deli. l. scimus. §. sin aũt dubius. & §. seq. vbi tex. dicit, a die mortis. subaudi gl. & aditæ hæreditatis. Facit ĩ. de iure dotium. l. tali, in prin. Et hoc ꝯ dico generaliter in oĩ præscriptione,[e] quæ currit ex negligentia alicuius, oportet quod in prin. ponãtur ea quæ negligentiã inducũt, vt ĩ. in fi. de anna. exce. & quod prætor adiecit hoc fecit ex abundantia, gratia tollendæ dubitationis. † Vltimo iste tex. facit in arg. quod sufficiens sit redditio causæ testis,[f] qui testificatur de morte, si dicit, vidi de eo fieri luctum in domo sua, & vxorem, & consanguineos assumere vestes lugubres, vt hic in fi. Istud enim sufficit explorari a notis, & his qui verisimiř scire possunt, vt C. de repu. auth. hodie & l. si vicinis. C. de nup. Sed consanguinei debent scire verisimiliter, & hoc manifestant per luctum, ergo &c. facit l. octaui, in fi. ĩ. de cog. & l. de tutela C. de in integ. rest. †

ADDITIONES.

a Si seruus. Et ibi Bar. Bald. hic contra, quem sequitur Ro. in d. §. vtrum. adde Bal. in l. si quis hæc dem. in pen. q. C. de inst. & cum Bar. tenet Sal. in l. ea quidem. in ver. 16. quæro. C. de accu. Bart. in l. nulla. de delat. li. 10.

b Paris. Vlterius. Vide Com. consi. 12. inc. Io. ab armis, ad finem.

c Constitutio episcopi. Et vide latius Bar. & quod ibi dixi in l. Labeo. ĩ. si quis test. liber esse ius. fue. Adde quæ no. Bal. in auth. cui relictum. C. de ind. vide. Et quid si fuit impeditus, vide per Bal. in l. si. §. 1. in communia de leg. Adde Bal. consi. 378. 1. lib. Ro. late, vbi ponit pulchram limitationem, conc. 358.

Ruer. Adde Alex. in consi. 39 in 4. par.

d Pom. Teneo. Idem tenet Ale. consi. 24. inc. viso themate. ver. super eo, in 1. volum. & Pau. in l. nulli. ad fi. de epis. & cle. Barb. consi. 8. uol. j. Rom. consi. 128. 1. dub. limita tamen per Ale. in l. si mihi, & tibi. de leg. 1. & consi. 36. 3. vol.

† Clau. Curras. Idem tenet Bald. in c. licet magister. de sup. neg. prælat. And. Barba, consi. 8. uol. 1.

e Præscriptione. Adde Bald. in l. 1. in 14. opp. & in l. quandiu. C. qui admi. Adde ita Bart. in l. ĩ. de excu. tut. & Alex. in consi. 87. in fi. in 6. uol. & Bart. Soc. consi. 265. in 2. volum.

f Facit in ar. Vide Bal. in l. exhæredatum. ĩ. eo. & Bar. in l. si quidem. C. sol. mat. cum concor. & sequitur hoc Flo. in l. 2. § eiusdem, de testa.

† Clau. Resti. Vide quomodo probetur more plene p Bar. in l. ix pôt. ĩ. de acq. hær. & in l. 2. §. si dubitet. ĩ. quemad. test. aper. & utrobique per Alex. & alios.

LEX IX.

Vxores.[a] No. quod mulier non cogitur lugere spõsum, nisi esset desponsata per verba de præsenti, quia tunc nõ esset sponsus solum, sed vir, vt dicit gl.

ADDITIO.

a Meno. Vxores. Emanuel Zoar. lib. 1. obseruat. c. 38. Cuiac. lib. 9. obseruat. cap. 17.

LEX XII.

1 *Rationum duarum si vna cessat, alia superest, stat dispositio.*

2 *Pœna imposita nubentibus intra annum, sunt correcta.*

Liberorum.[a] Quæro vtrum statim post partum mulier possit nubere?[b] Mar. indistĩcte đr, qđ sic qa cessat ratio hic posita. Iac. ꝯ. est. n. duplex rõ. Prima pturbatio sanguinis. Scđo, qa prohibetur nimia festinantia, ne ex tali facto secundo viro aliqua suspicio oriatur, quia primum virum voluit lugere. & §. Pomponius. & casus huius l. intelligitur in viro, q lugeri non debuit. Ex quo no.[c] quod vbi dispositio† habet duas rationes, licet vna cessat, si tamen alia superest sufficit, vt hic, & Inst. de nuptijs. in §. affinitatis & l. si vẽtri. § in bonis. de priuilegijs creditor. hoc etiam tenet Cyn. in l. 2. de sec. nup. † Quæro vtrum ista lex sit correcta per dictum Apostoli dicentis, Mortuo viro[d] nubat in dño qñcunque. gl. tenet hic, qđ sic, & in l. j. C. de sec. nup. Cy. ibi ꝯ. Sed Inn. & Io. And. extra. de secun. nup. c. pe. & fi. tenent idẽ quod gl. hic. s. quod omnes pœnę, quę imponũtur nubentib. intra annũ, sint correctæ. Pœnæ vero, quæ imponuntur quia secundo nubũt, illæ imponuntur fauore filiorum primi matrimonij, qui ex hoc læduntur, non propter festinantiam. Idem tenet Iac. de Bel. Auth. de nuptijs. § & si quidem. & istud semper fuit obseruatum a mortalitate citra millies & millies.

ADDITIONES.

a Pom. Liberorum. Vide Fel. in proœ. Decre.

b Possit nubere. De hoc uide glo. in Auth. de nup. §. si uero altera in uer. confusionẽ & Bald. in l. 1. C. de sec. nup.

c Paris. Ex quo no. Vide Fel. in c. cum cessante, in prin. de app.
Ex quo no. Et uide omnino Bar. in l. 1. inf. sol. ma. no. Bal. in l. generaliter. C. de epi. & cle. & in extrava. ad reprimendum.

d Mortuo uiro. Quid si matrimonium non est solutum morte, sed per diuortium, an habeant locum istæ pœnæ? uide Bal. in l. si qua. C. de sec. nup. adde, an pœnæ secundo nubentium sint sublatæ, Petr. de Anch. consi. 100.

Ruer. Adde, quod cum Bart. tenent Bald. hic & Ang. in Auth. de non eligen. sec. nub. & Abb. in c. fi. de secun. nu. & consi. 13. & Fed. de Senis consi. 39. inci. casus talis. & D. Ant. de Prato ver. in consi. 133. inci. vere crud lis. in 4. vol. consi. Ale. & Io. de Ana. consi. 505. inci. Pond. rat. his. & Curt. ius consi. 27. inc p. Magnificus v. r. col. 2.

§. Notatur. Opp. quod ignorantia iuris excusat, vt ĩ. de adul. l. si adulterium. §. fratres. Sol. ibi in muliere & minore, hic in marib. & maiorib. Op. lata culpa nõ infamat, vt no. Inst. de suspe. tu. §. suspectus. Sed iuris ignorantia est lata culpa. Quod apparet, quia omnes scire debẽt, vt l. leges. C. de le. ergo est lata culpa, vt l. latę de ver. sig. Sol. gl. no.[a] quod ꝯtium loquitur in infamia, quæ infertur per sententiam hic ipso iure. Facit q̃ no. in d. l. in actionib. in 1. gl. mag. de in lit. iurẽ. Sed quæro vtrum iste §. sit hodie correctus per dictum Apostoli? vr q̃ non, quia loquitur ibi solum in muliere quod mortuo viro nubat in dño. Et q̃ non mutatur, &c. vel præcipimus. in fi. C. de ap. Contrarium puto: Nam ꝯtus matrimonij est respectiuus: non enim potest mulier nubere, nisi eã vir accipiat. & ideo, si permittitur mulieri, de necessitate viro etiam accipienti pmissum est. facit C. de indi. vid. tol. l. fi. & ĩ. de rescin. vend. l. cum emptor. & de accep. l. fi.

ADDITIO.

a Sol. gl. no. Adde tex. & Bar. in l. 1. in prin. sup. eo. tit. & adde quod pœnæ, quæ introductæ sunt contra mulieres, quæ transeunt ad secundas nuptias, habent locum in vidua luxuriose viuente, l. his solis. in fi. C. de reuoc. do. & illud voluit Iac. de Bel. in Auth. de non eligen. secundo nuben. §. & si quidem. in ver. hic autẽ etiã, per illum tex. & volunt gl. & Doc. in auth. eisdem. de sec. nup. C. & in auth. sacramẽtum. C. quando mul. tut. off. fun. pos. adde quod vidua luxoriose viuens, ita perdit dotem, sicut per alterum, vt consuluit Pau. de Cast. consi. 123.
Meno. Ias. l. si quis maior. C. de transact.

§. Excusatur.[a] Op. gl. quod iussus nõ excuset, vt ĩ. de ri. nup. l. non cogit. Sol. ibi iussus nõ importat necessitatẽ, qa filius nõ cogitur obedire, tñ si obedit, excusatur vt hic, dixi in l. furti. §. qui iussu. ĩ. eo. Scđo op. C. de incest. nup. l. q ꝯ. Sol. ibi erat graue delictũ, ideo iussus non excusat. Opp. ĩ. de ri. nup. l. nõ est. Gl. dicit, ibi alio casu loquitur q. d. est maius delictũ accipere pupillam, q̃ hic accipere eam, quæ nubit intra tempus luctus. Facit ad q. quam dicam ĩ. eo. l. quid ergo, §. si quis alieno.

ADDITIO.

a Excusatur. Istum tex. facit hic Bal. notabilem, de quo dixi in l. non solum. §. si mãdato, post Bar. de minorit.

LEX XIII.

Quid ergo.[a] Qñ consensus requiritur certo tẽpe, ratihabitio sequens retro nõ trahitur,[b] vt actũ confirmet. Facit l. obligari. §. tutor de auth. tu. Idem si consensus requiritur intra certum tempus. Nam consensus debet adhiberi intra illud tempus intra quod potest actus geri, vt l. bonorum. ĩ. rem ra. hab. & per hoc cessat contrarium factum in gl. de l. fi. ad Mac. quia ibi loquitur, quando consensus non requiritur certo, & limitato tempore. Dixi plene in l. vero procuratori. ĩ. de sol.

ADDITIONES.

a Pom. Quid ergo. Vide quod dicit Bar. consi. 205.

b Non trahitur. Sic no. ex hac l. cum præcedenti, quod ponderandum est principiũ maxime ne quis incidat in pœnã, vel delictum, & de hoc per Bal. in l. si constante. §. si vxor. sol. ma. post gl. in ver. compensationem. cum his, quæ ibi no. Dy. Et ibi Bar. dicit, quod vulnerans exbannitum non debet puniri, licet postea ille exbannitus eximatur de banno. Ad istum brocardum an sint paria, a principio scire, & postea scire & pari, uide Bal. in l. cum ancillis.

§. Si quis alieno. Tene menti, quod qñ mater negligẽs fuit petere filijs tutorem intra annũ, propter quod priuatur successione, & deuoluitur ad proximum subsequentem, vt l. 2. in fi. ad Ter. & proximior sequens erat pater ipsius matris, qui est auus quo ad pupillũ, qui habebat matrem in potestate. certe[a] puto qđ ipse excludatur, sicut mater. Nã ipse sicut legitimus administrator, poterat facere sicut mater, & prohibere ne in illã negligentiam incideret. Cũ igitur passus sit ipse punitur, vt hic, & l. liberorũ. in fi. ĩ. eo. & quod đr quod defertur sequenti in gradu, intelligas qui non habet matrem negligentem in potestate, & patitur, vt hic, & l. liberorum. in prin. ĩ. eo.

ADDITIO.

a Paris. Certe. Vide Are. in l. 1. C. si aduer. delic.

§. Quod ait.[a] Rõ huius §. apparet, quia verba edicti dñt, constituerint, vel habuerint, nõ dñt eo. tẽpe, cõstituerint. Et sic possum dicere, quod fuerint eo. tẽpe in studio cũ eo, qui fuit ante me, vel post me, dummodo eo. tẽpore fuerimus.

ADDITIO.

a Quod ait. No. ad ea quæ ponit Bar. in l. nepotib. C. qui pe. tu. & in l. 1. infra eo. tit. & contra hoc no. expresse mihi videtur conclusisse Bar. in cons. neṁ causa Nannis. per Bal. in l. precibus. C. de impu. & al. js subst. & in l. mater. ad Trebell. & in l. sciant. C. de leg. hæ.

§. Cum autem. Qñ lex punit factũ, nõ curat de iuris effectu. Contra, nõ punit factũ, si non hẽt effectum. vt C. si man. ita sine. alie. l. ea quidem. Solũ illud est verum, qñ constat, quod dispõ se refert ad factum, etiam sine iuris effectu, & hoc est quod vult dicere dum dicit, cum lex notet factum. Nam cum de iure quis non possit habere nisi vnam vxorem, C. de incest. nupt. l. neminem, apparet quod prætor, qui fecit mentionem de secund. nupt. durantibus primis, intellexit de

fectũ ●is de facto ●ctis, & sic ad factũ respicit tm̃. Aliud est ergo dicere, hic ꝑtor factum notat, vt in l.palam § q̃ in adulterio. ꞩ. de ritu nuptiarum. & qđ habuistis notatum. ꞩ.c.l.j.in gl.mag. Sed ad hoc op. lex, quæ punit falsum, refert se ad factũ, qa non valet de iure ex eo quod falsum est: & tñ debet intelligi, qđ committatᷣ in eo, qđ alias esset validum, si non esset falsum, vt l.si qs legatum, §.1.ꞩ. de fal. Ita hic vᷣ debere intelligi sponsalia alias valida, nisi qa bina. a Rñ. inhæreas huic literæ, qñ lex a respicit factum, non curamus de effectu iuris, dum tñ hẽat formam facti, vt hic: nã ꝑm eũ, nuptiæ, vel sponsalia hẽbant formam debitam, licet esset defectus pp consanguinitatẽ, vel similia, & idem in falso. Nam si testm̃ falsum hẽt formam testamẽti, sed forte esset nullum propter præteritionem filij & similia, punitur vt falsum. Et ista sunt notabilia ad multa, vt dixi in d.l.si quis legatum. de falsis.

ADDITIO.

a Meno. Quando lex, Ruy. consi. 85. num. 3. li. 5.

---

1 *Sententia arbitri non est proprie sententia, Et quando habet executionem ex forma statuti, infamat.*

a **§.Ex compromisso.** a Hic iurisconsultus venit ad quæstionem postquam expediuit expositionem literalem. No. quod de causa famosa potest cõpromitti.† 1 Item no. quod sententia arbitri non est per omnia senb tentia, vt l.j. C. de arb. & ideo puto b quod si ex forma statuti ciuitatis sententia arbitri meretur executionem, sicut sententia indi† cis, infamaret, quia sententia est. †

ADDITIONES.

a Ex compromisso. Vide quod notat Bal. in l.cum antea. in fi. C. de arb. & sic sing. gl. de confessione, quam allegaui ibi in l.j. C. de cont. vide Alb. in c. cæterum. extra, de off. ord. & ibi Fel. & Fel. in c.fi. extra de re iud. Ant. Alex.

b Paris. & id puto, Vide omo Abbatẽ in c. cęterũ. extra de off. ord. & ibi vide Fel. in c.fi. extra, de re iud.* Meno. Dec. consi. 11. nu. 2. ver. similiter. Calcan. consi. 76. n. 2.

† Clau. Sententia est, Contrarium in terminis vult Pan. in c. irrefragabilis. §. fi. de offic. ord. & ibi Fel. in fi.

---

a **§.Quantum.** a No. quod per interlocutoriã, seu simplicem iudicis enunciationem, quis non est infamis de iure, sed de facto. Effectus autem infamiæ hic glo. non ponit, sed supra eo. l.j. & ibi dixi.

ADDITIO.

a Quantum. Adde Bal. in l.1. C. ne ex delic. defun.

---

1 *Iudex causa cognita imponit pœnam corporalem pro pecuniaria.*
2 *Condemnatio in quadruplu facta tenet, licet deberet fieri in duplo.*
3 *Duplex pœna pro delicto quando imponi possit.*
4 *Pœnam corporalem pro pecuniaria imponere an licitum sit, & quomodo.*
5 *Iudex non habet necesse in sententia exprimere causam, quare, pro delicto imponit maiorem pœnam, si ex actis hoc apparet.*
6 *Remissio, de qua in tex. liberat ab infamia, & quare.*
7 *Pœna causa potest pacisci postquam qui de delicto est condemnatus.*
8 *Conclusio in libellis criminalibus est necessaria.*
9 *Iudex causa cognita potest augere vel minuere pœnam, & sic sententia non erit conformis libello.*
10 *Condemnatio quando augetur, an & quando infamia augeatur.*
11 *Pœna quando est diminuta, infamia diminuitur.*
12 *Extraordinarius in criminibus vbi pœna non est limitata, vt pœna augeatur, vel minuatur, inspicitur quod consueuit fieri pro tali delicto.*
13 *Officium iudicis pars potest implorare, vt pœna augeatur, vel minuatur, licet hoc non sit necesse.*
14 *Statutum si auget, vel minuit pœnam, an & quando, videatur cum infamia dispensatum.*
15 *Maleficium si est deductum cum aliqua qualitate, quæ non probatur, an & quando ex eadem instantia sequi possit condemnatio.*
16 *Pœnæ pecuniariæ loco, an & quando corporalis pœna imponatur.*

a b **§.Pœna grauior.** a Si pœna corporalis pro pecuniaria vel pro alia corporali b grauior imponitur, infamia non notatᷣ reus secus si pecuniaria grauior siue criminaliter siue ciuiliter ageretᷣ. h.d. Diuide. Primo ponit dictũ. Scđo illud ꝓbat. Tertio illud exẽplificat. Primo qñ imponitᷣ corporalis ꝓ pecuniaria, & criminaliter agebatᷣ. Scđo, qñ pecuniaria maior pro alia pecuniaria, & ciuiliter agebatᷣ. Tertio, qñ ciuiliter agebatᷣ & imponitᷣ corporalis ꝓ pecuniaria. Scđa ibi, sed si in eã. Tertia 1 ibi, q̃uis. No. 1. qđ † iudex põt imponere pęnã corporalẽ ꝓ pecuniaria, qđ intellige cã cognita, vt hic, & l.aut facta § fi. ꞩ. de pœ. Scđo 2 no. † qđ licet aliqd actũ sit ex cã, qua dẽt fieri ꝯdẽnatio dupli, tñ si fiat cõdẽnatio quadrupli, tenet. Qđ dic plene, vt in l.denunciasse. ver. qđ tñ. ꞩ. ad l. Iul. de adul. Vltimo materiã huius l. examina vt p Doc. & per Cy. C. eo. l. & si seuerior. & l. si Possidoniũ. tñ modicũ vtiliter. Opp. quod iudex possit imponere corporalẽ & pecuniariam simul, & l.nemo, la 2. de epi. aud. Dicit glo. hanc intellige qñ pecuniaria sola veniebat imponenda. Et ponit tria exempla, duo in prin. tertium in fi. gl. Lex ꝯria loquitᷣ, qñ debebat imponi corporalis & pecuniaria, quo casu vtraque imponeretur, & intelligo hunc tex. qđ fuit expressum in sñia, quod imponebatur corpora3 lis pro pecuniaria. vt dicit gl.† Ad huius gl. decłonem primo vidẽdum est, qñ põt imponi duplex pęna, & qñ vna tm̃. Rñ. si duplex pœna imponitᷣ delicto in diuersis legib. ex vna tm̃ debet puniri, vt l.senatus. ꞩ. de accu. Si vero in ea. l aut copulatiue, & põt imponi vtraque, vt d.l.nemo. aut alternatiue, & vna tm̃, vt C. de ser. fug. l. si fugitiui. & de incẽ. rui. nau. l.Pedius. & de effra. & expil. l.j. § expilatores. Aut imponitᷣ absolute, quia non est ibi neq; copulatiua neq; disiunctiua coniunctio, tunc assumam benigniorẽ interpretationẽ, vt vna tm̃ pęna imponatur. vt l.interpretatione. de pę. licet forte alias secus, vt no. in l alienatum. in fi. ꞩ. de verb. sig. & per Dy. in c.in alternatiuis, circa fi. extra, de re in. lib. 6. Scđo est viden4 dum, † vtrum sit verum qđ in casu pñtis §. sit necesse exprimi in sñia, quod imponitᷣ pœna corporalis pro pecuniaria, & ad qđ est necesse. Et primo vᷣ, quod hoc sit necesse respectu partis condẽnatæ: nam si iudex condemnat eam pęna pecuniaria pro delicto pro quo lex imponit pœnam maiorem, lex suppler pęnam debitam, nisi exprimatur in sñia, quod id fecit causa cognita, vt l.i. in fi. ꞩ. ad Turpil. ergo, &c. Et ita vᷣ sonare gl. ista qđ verum esset notabile, qa si iudex condemnaret reum minus debito, lex suppleret, arg. l.4. §. si quis condemnatus. de re iud. Contrarium est veritas, nam post quam iudex imposuit pęnam, vᷣ recedere a prouisione legis, vt l.fin. C. de pactis conuen. & a qua prouisione ei liceat recedere in ipsa sententia, videbitis no. statim in princ. magnæ glo. Quod enim sequitur alias vtraq; imponetur, debet exponi, s. per iudicem. Si enim vellet intelligere per legem, diceret, impoc sita vᷣ. Item similiter est c videndum, vtrum sit necesse hoc exprimi respectu validitatis ipsius sententiæ, & vᷣ quod sic, quia aliter lata videtur continere expressum iuris errorem. ergo, & cę. C. quando prouo. non est nece. l.2. & ꞩ. de re iud. l.præses. Rñ. quantum ad validitatem sententiæ non est necesse, quia cum iudex habeat potestatem augendi, & minuendi pœnam ex causa, vt ꞩ. dicam, sententia sic simpliciter lata, expressum iuris errorem con5 tinere non potest. † Tertio est videndum, an sit necesse quo ad ipd sum iudicem? & videtur quod sic, quia si causam non d exprimit, tamen grauat partem, ergo tenetur tempore syndicatus, vt l.fin. ꞩ. de var. & extraord. cognit. & Instit. de obl. quæ ex quasi delic. in princ. Dico, quod non est necesse quod causa inferatur in sententia, si tamen ex actis apparet, quia refertur ad acta, vt l.hæc sententia C. de senten. quæ sine certa quantita. & l.ait prætor. §.j. ꞩ. de re iud. alias est in l.si quis ad exhibendum. eo. tit. & sic si non apparet, nec ex sententia, nec ex actis, grauaret partem, & teneretur, vt dixi. Venio ad secundam gl. in verbo, de existimatione. Op. & vᷣ, 6 † quod talis transactio non liberet ab infamia, imo infamet, vt l. athletas. in fi. ꞩ. eo. Sol. tria sunt attendenda, licet gl. non dicat. Primo est authoritas Principis, qui hoc rescripsit, vt dicit tex. & probatur in l.solet. supra eod. Secundo est authoritas iu. vt l.si furti §. qui iussu. ꞩ. eod. Tertio, quia ista non est proprie transactio, hoc est transactionis pactum, de quo loquitur in l.contraria, sed est quædam trãlatio, hoc est remissio facta a lege, vel a iudice. Præterea hic non fit transactio pendente dubio, imo super certo. Et ex hoc 7 † concludo, quod postquam quis est condemnatus super delicto, posset super pœna paciscei, vt l.iuris gentium §.si paciscar, & in l.si vnus. § item ne experiar. supra de pactis. Venio ad tertiam gl. & oppo. de l.si furti. C. eod. Gul. recitat primo. opin. Guarner. & Placenti Secũdo opi. Mart. quem reprobat. Tertio soluit, & bene. Similem solutionem habuistis in l.athletas. in fi. supra eo. quam tenent Docto. in d.l.si furti. C. eo. Opp. in fi. primæ gl. quomodo iudex potuit condemnare in alio quam petitum esset. ꝯtra l.vt fundus. communi diuidundo. & l.si C. de fideicommiss. lib. Dicit glo. mirabile

---

ADDITIONES.

a Paris. Pœna grauior. Circa istum §. qua pœna puniatur iudex, qui sine cã auget vel minuit pœnam, vide Rom. sing. 78. inc. veni qua, tu habes. & sing. 697. inc. tu habuisti l. & si seuerior. vide etiam Pan. in c. de causis, ad fi. de off. deleg. vbi dicit esse pœnam infamiæ, & circa diminutionẽ pœnæ, uide Capo. caut. 231. & Ro. consil. 409. no. tamen, quod si pro aliquo delicto imponatur pęna pecuniaria, si tamen contra aliquem fiat inquisitio tanquam contra similia facere consuetum, debet capitaliter puniri. vide Ang. in addi. ad Bar. in l.1. C. de superexacto. lib. x. Item quod si in volumine statutorum adsunt duo statuta, quorum alterum ponit pœnam pecuniariam pro homicidio, & alterum pœnam capitalem, an iudex habeat electionem, vid Bart. in l.neque. C. de cano. largi. lib. 10. item quod ex causa possit iudex a pœna statuta augendo vel minuendo, uide aliqua per Barb. in c. de causis. de offic. n deleg. ubi etiam, an propter excellentiam hominis possit, & etiam alia ibi, & Doc. vbi late. Item an propter virtutem delinquentis, uel propter amicitiam, quam iudex, uel princeps cum eo habet, possit pęnã minui, uide late Barb. in c. nisi. de offi. dele. & ibi etiam ponit Abb. an, & quando iudex possit augere, uel minuere pęnam, uel mulctam impositam, uel imponendam.* Iudici ex causa licet transgredi leges. Grammat. decis. 39. nu. 3. Menoch.

b Corporali. Ad intellectum huius §. in uersi. sed si in causa, unde Bal. in l.edita. C. de eden. & uide quod dixi in l.auxilium. in princip. ꞩ. de mino. & super hoc. §. ponit casum & declarat Bal. in l.certa ratione. in uersi. considera. C. quando prouocare.

c Pom. Similiter est. Vide Fel. cap. sicut. uer. cæterum. de iu.

a sentit. Non obstant a iura alleg. in ꝯrium, quia ibi quod in sententia principaliter deteniebat, nõ poterat esse verum, nisi intelligatur super illo incidenti pronũciatũ. hic aũt põt esse verũ, quod gestor teneatur ad centum, & debeat recipere centum, vnde postea agendo sententiam nullo modo infringit. Sed ꝯ, hæc compensatio tollit actionem ipso iure, cum ab homine opponitur, ergo nõ põt esse verum gestorẽ teneri, nisi compẽsatio sit reprobata. Respon. verum est, cum opponitur compensatio de debito liquido: sed hic non erat liquidum, sed liquidãdum in iudicio. Vnde illud potuit iudex admittere. Cautius tñ faceret iudex, si dicat reservato ei iure agendi ꝯ dñm in tali iudicio, argu. l. Bebius in fi. de pac.
2 do. † No. ex isto §. b quod illud qđ ꝓponitur per modum exceptionis post litem contest. põt per diffinitiuam sententiam terminari, licet per se principaliter posset in iudicium deduci. Pro hoc ȷ̃. de inoffic. test. l. Papinianus. §. fi. & quod dixi in l. nam & postea. §. si
3 minor. ȷ̃. de iureiur. Et ex hoc habes, † quod ita perpetuatur actio, quando per modum exceptionis in iudicio proponitur, sicut si ꝑ modum actionis super ea lis contestaretur, vt ȷ̃. de reg. iur. l. omnes actiones ibi, semel inclusæ iudicio. Et videtur mihi quod tangitur per gl. extra. de ord. cog. c. j. Contra istam opin. op. ȷ̃. de euic. l. vendicantem. § fi. cum l. seq. vbi sententia lata super exceptione nõ impedit actionem ꝓponi. Sol. hic actio & exceptio proponebantur ad eundem finem, ibi ad diuersum, vt ibi dicam, & plene per Cy. in l. peremptorias. C. sen. resc. n. nõ poss. Ego dixi plene in l. qui Romæ. §. duo fratres. ȷ̃. de verb. oblig.

ADDITIONES.

a Non obst. Nos dicimus, quod quoties iudex procedit ad vlteriora, tacite videtur pronuntiare exceptionem non obstare, vt Bart. & ibi dixi in l. a procedente. C. de dila. Hoc limitatur, quando esset talis exceptio, super qua nisi videretur pronunciatum, non posset vlterius quicquam fieri, text. est & ibi no. Barto. in l. quod si in diem. hic alle. Item limita quando de dicta exceptione fuit plene cognitum, per tex. hic, & no. Doct. in c. insinuante. de offic. deleg. no. Bar. l. qui Romæ. §. duo fratres. & in l. nam postea. §. minor. de iureiur. per Bal. in l. si iudex. s̃. de his qui sunt sui, vel alie. iur. Item fallit, quando simul procedit super emergentibus, & super principali. c. exhibita. & ibi Doct. de iudi. & ibi dicunt Doct. quod iudex potest pronunciare procedendo ad vlteriora reseruatis exceptionibus emergentibus, per id quod habetur, & no. in c. ad dissoluendum, de despon. impub. licet hoc facere non debeat, sed prius cognoscere de ipsius emergentibus, vt no. in gl. in c. cum contingat. de offi. deleg. Quid autem si dicat iudex, non admitto exceptioné. Dic, quod perinde est ac si diceretur, reiicio, secundum Bal. per illum tex. in l. fi. ad fi. C. de neg. gest. Et prædictis adde Bal. in l. j. C. de ord. cog. & omnino Ang. & Imo. in l. si quæramus. ȷ̃. de testam. & Bened. de Plum. in l. liberis. §. fin. de lib. cau. Adde quod iudex procedendo ad vlteriora, non dicatur reijcere, Rom. consi. 242.
b Parif. No. ex isto §. Vide Ias in l. sed & si possess. §. si prot. in 3. no. ȷ̃. de iureiur.

LEX IX.

a **Si ex duobus.** a Prohibitio impedit hanc actionem oriri ꝯ prohibentem sociũ, nõ ꝯ aliũ nõ prohibentem. h. d. Opp. de ratione, quam fecit Iurisconsultus, quia si sunt socij, ergo vous ab alio repetit id, quod soluit. Gl. j. respõdet, quia hic tex. non potest intelligi in socijs omnium bonorum, sed alicuius rei, vel societatis incidentis. Gl. j. soluit aliter, s. qa hæc prohibitio habetur perinde ac si pro sua parte soluisset, quod satis placet. Opp. pactum factum vni de duob. reis socijs prodest alteri, vt l. eadem. §. j. de duob. reis. ergo & prohibitio vnius. Sol. hic erant socij, & non correi: ibi correi, & socij. Vel aliter, aliud in ista prohibitione quæ habebat vim particularis solutionis, vt est dictum s̃. proxi. aliud in pacto, de hoc dixi plene ȷ̃. de duob. reis, l. ex duob. in illa quæstione, an pactum factum vni prosit alij. De ista prohibitione habes. C. eo. l. fi. tangam vobis. ȷ̃. eo. l. soluendo.

ADDITIO.

a Si ex duob. De isto tex vide Bal. in l. filię. C. famil. ercis. alle. in l. Titium. §. alterum. inf. de admin. tut. post Bal.

LEX X.

1 *Præsentia partis non requiritur in dependentibus a mera voluntate alicuius.*
2 *Ratihabitio & contractus differunt.*
3 *Actio quomodo possit esse in pendenti.*
4 *Contractus emptionis, & venditionis, nuda voluntate non tolluntur, sed requiritur consensus vtriusque.*
5 *Actio in casibus, in quibus est uere, vel ficte in pendenti natiuitas actionis, potest impediri, vel fingi non nata nuda voluntate vnius.*
6 *Voluntas nuda quæ appelletur.*
7 *Dolus commissus quando videatur remissus per simplicem remissionem.*
8 *Dolus quod operatur in constructione actus, idem operatur in eius destructione in actionibus bonæfidei.*
9 *Dolus quomodo possit dare causam gestioni.*
10 *Reprobare quando possum, quod semel approbaui, & quando econtra, nu. 11.*
12 *Reprobatio an trahatur retro sicut ratihabitio, & prohibitioni comparetur.*
13 *Ratum habere præcise quando quis cogatur, & soluendo interesse quis liberetur. quid in ratihabitione necessaria, & nu. 17.*
14 *Ratum habere quod quis cogatur per iudicem, non est necesse quod pars adeat iudicem, potest tamen si vult.*
15 *Præcise tunc quis cogitur ad factum, vbicunque quis tenetur ad factum ex legis dispositione.*
16 *Regula, quod vtiliter gestum quis cogatur habere ratum, in quibus casibus procedat.*
18 *Ratihabitionis necessariæ effectus.*
19 *Verbum denotat factum, aduerbium qualitatem facti.*
20 *Ratihabitio quid operetur in negotio, quod est nostrum ratihabitione.*
21 *Erratum si fuerit in ratihabitione, quod præiudicium generetur ratificanti.*
22 *Taciturnitas quando habeatur pro ratihabitione, remissiues.*
23 *Factum per aliquem tanquam nuncium, non potest ratum haberi.*
24 *Factum per procuratorem reuocatum potest ratum haberi.*

Pomponius. Ista lex est multum difficilis in text. & apparatu, & bẽ ſm gl. & cõiter omnes, h. d. Vbi negotiũ gestoris ratũ habui, actio tollitur, præterquam rõne doli, ſm Pomp. sed ſm Scęuolam, & Vlpianum durat rõne doli, culpę & reliquorũ. hoc dicit cũ princ. l. seq. Diuisionem, & casum ponit gl. j. quæ legit istã legem per saltus. ponuntur. n. hic tria dicta Põp. s. dictum, exceptio, & ratio dicti. Primum in prio l. vsque ad ver. videndum. Secundũ in ver. sed superius, vsq; ad ver. Scæuola. Tertium in ver. sed eo dicto, vsque ad ver & quemadmodum. Cetera sunt quinq; dicta Scæ. & Vlpiani reprehendentis Põp. vt in gl. Legas igitur primo omnia dicta Pom. Postea dicta aliorũ secũdum gl. Ni. de Mat. legit istam legem alio modo, s. quod primo ponit dictum Pomp. secũdo declarationes, & limita. Scæuolæ, & Vlpiani. Secunda ibi, videndũ. Et ſm eum Pomp. non reprehenditur in totũ, sed eius dictũ distinguitur, & limitatur, & ſm eius lect. summo sic legẽ, Ratihabitio dñi tollit actionẽ ne gest ſm Pomp. & sic ſm Scæuo. & Vlpianũ est in pendenti, & dictum Pom. est verum nisi dolus approbationi causam dederit, & est verũ in eo quod est approbatum a dño circa directã actionem, nõ circa ꝯriã. h. d. in terminis. casus in prin. non mutatur, & litera totius legis legitur ordinate, ſm istam lec. Venio ad ver. videndum. & dicit Scæ. quod ex dicto Pom. colligitur, quod actio negotiorum ge. pendeat, quia si esset nata, non posset tolli nuda volũtate. h. d. Et sic nõ est rõ cõtra Pom. sed vnum, quod colligitur ex dicto eius. Venio ad ver, sed superius. hic Scæ. limitat dictum Pom. quod habeat locũ, nisi dolus dederat causam approbationi. h. d. Venio ad ver. Scæ. & ver sed eo dicto, qui ver Scæ. & ver. sed eo. debent simul legi hic. Scæ. ostendit qñ dictum Pom. debeat distingui, & limitari. Dicit. n. quod imo putat ipse, quod post ratihabitionem habeat locũ actio neg ge. & dictum Pom. debet intelligi, quod tollatur actio negotiorum gest. ratihabitione, in eo, quod est approbatũ, in alio nõ. h. d. Pro cuius declaratione debes scire, quod aliud est factũ, aliud qualitas facti. Vnde si fecisti domũ mei. ego possum approbare quod fecisti nõ aũt eo, quod bene, vel male fecisti. Itẽ ista approbatio nõ põt se extendere, nisi ad tollendũ ius, quod ꝯpetebat ipsi approbanti, merito ergo dicit Scæ. quod post approbationẽ hẽt locũ actio neg. gest. directa, & ꝯria. Et dictum Pom. intelligitur, quod post ratihabitio-
a nem nõ possum reprobare semel approbatum, a tamẽ in eo, quod non est approbatũ, vt in qualitate, vel etiã in eo, quod venit in contraria, bene põt competere directa actio h. d. Sequitur ver. & quẽadmodum, hic probat Iurisc. a simili, quod ratihabitio quæ inducitur per legem, in negotio vtiliter gesto, non tollit actionem negotiorum gest. ꝯpetentem gestori, nec quæ competeret domino. Ad reliqua ergo nec ratihabitio quæ fit ab homine. h. d. Sequitur ver. cæterum. dicit Scæuola actionem durare directam, & contrariam. Ponit hic exemplum de directa. In ver. item, ponit exemplũ de contraria, in prin. l. sed in vltimo tollit vnum dubium. text. est clarus. Venio ad primum dictũ. Quæro, quomodo intellexit Põp. per ratihabitionem domini gestorem non teneri. In hoc sunt opi. inter Io. & Azo. Nam Azo dicit. quod Pomp. intellexit de ratihabitione domini facta in corde suo, vel tractatu habito cum vicinis, non autem gestore præsente, & dicebat Pompo. gestorem non teneri ope exceptionis. Et in hoc reprehenditur per Scæu. & Vlp. secundum eum. Arguit gl. pro Põp primo, & vr̃ quod sufficiat ratihabitio facta absente parte ad producendã exceptionem. Nam ratihabitio sufficit ad obligandum gestorem, vt s̃. eod. l. si pupilli. §. itẽ quæritur. Item sufficit ad liberãdum eum qui soluit gestori. Itẽ sufficit ad acquirendum dominium rei solutæ gestori, vt ȷ̃. eo. l. si ego. ergo eadẽ ratione debet sufficere ad inducendã exceptionẽ. Itẽ in ꝯrium ad liberandum gestorem requiritur pactũ, vt inf. l. proxi. in prin. ibi, nisi specialiter, &c. Per pactũ. n. tolluntur actiones ope exceptionis. l. iurisgentium. §. quinimo. s̃. de pact. Sed qñ ratihabitio fit parte absente, nullum pactum interuenit. Non. n. potest fieri inter absentes, nisi interueniat nuncius, vel epistola, vt no. de actio. & obl. l. cõsensu. & l. j. in fi. ȷ̃. de ꝯh. emp. Et sic cõcluditur, quod talis ratihabitio nõ inducat exceptionem, nisi fuerit facta parte præsente. Ita dicit glo. ſm Azo. Ex hac lec Azo. vides qđ
b operatur ratihabitio b absente parte. ȷ̃. plenius dicam. Io. intellexit dictum Pomponij aliter. s. quod approbatio fuerit facta tractatu habito cũ ipso gestore. Item quod Pompo. intellexit per approbationẽ domini, gestorem ipso iure non teneri, & in isto iure reprehenditur

ADDITIONES.

a Semel approbatum. Quod est approbatum non potest improbari, vel econtra, per Bar. in l. dispensatorem. infra de sol. & uide infra. ea. l. Meno. Dec. consi. 61. nu. 5. cir. medium.
b Operatur ratihabitio. Quid operetur ratihabitio absente parte, adde Barto. in l. quo enim. in fi. princ. rem rat. habe. & quod no. Bar. in Authen. sacramenta puberum. C. si aduers. venditio.

henditur Pomp. Nam non liberatur ipſo iure, ſed ope exceptionis. Item repreh͞editur, qđ nimis gñaliter locutus eſt. Nam debuit diſtinguere vtrum dñs q approbauerit, ſciuerit, vel ignorauerit. Quę opin. ſit verior, dicam in ver.proxi. Omitto igitur vnam qõnẽ, q̃ hic formatur in gl. & venio ad ver.ſeq. Venio ad ver.videndũ. in iſto ver.ſm gl ponitur vnũ dictũ Sceuolæ ad reprehenſionẽ Pomp.per arg.a diuiſione, & ponit duos caſus. Aut tu dicis iſtam actionẽ eſſe in pendenti ex hoc, an dñs ratũ hẽat, aut nõ. Primum nõ proſequitur, ſed m ſic. Si diceres non eſt in pendenti, ſequitur qđ actio eſt nata, & ſi eſt nata actio, non põt tolli nuda voluntate. Primum membrum proſequitur gl. quia ſi dicit actionem eſſe in pẽdenti, ex hoc an dñs ratum hẽat, eſt inconueniẽs, quod ex voluntate vnius pendeat. inf. de arbi. l. non diſtinguemus. §. illud. & l. nemo in poteſtate. Illud dictum gl. procedit ſm lect. Io. poſitã in præcedenti verſi qui intellexit dictum Pompo. poſt ratihabitionem geſtorem non teneri ipſo iure, ſed ſm Azo. qui intelligebat dictũ Pompo. quod non tenetur geſtor ope exceptionis, de neceſſitate oportet nos dicere actionẽ natã, alias nõ competeret exceptio, vt l. a. ℨ. de excep. Sed tũc formandus erit iſte caſus ſic. Videndum eſt an actio pendeat, hoc eſt effectus actionis. q. d. iniquũ eſt, quod ex voluntate vnius pendeat. Sic poteſt intelligi ſm gl. noſtros. Contra hoc op. antequam geſtor gerat, non põt cogi ad gerendum, ergo ex poteſtate ſeu voluntate geſtoris pendet. Rñ. Ante geſtionem poteſt eſſe in pẽdenti, poſt geſtionẽ non, vt hic. Item oppo de l. diſpenſatorem. in fi. ℨ. de ſol. inquantũ illa lex cõtradicit huic membro. Dic, quod ibi loquitur in negotio, qđ eſt noſtrum ratihabitione, merito actio põt pendere. Simile in l. ſi pupilli. §. item quæritur. ȝ. eo. hic in negotio quod eſt nr̃m re ipſa, licet aliter intellexit Io. vt ℨ. dicam in ver. & quemadmodum. Hoc non placet mihi, nam nullum eſt inconueniens, quod actio pendeat, vel eius effectus ex poteſtate eius cui dẽt quęri, vt l. ſenatus §. legatum, ℨ. de leg. j. & l. ſi ita legatum. §. illi ſi volet. eo. ti. & de cond. & demon. l. ſi ita expreſſim, & quod no. per Dyn. in l. a Titio. in fi. ℨ. de ver. ob. Et iſtud voluit hic dicere Iuriſc. vt ex dicto Pomp. colligitur, quod actio negotiorum geſtorũ pendet ex voluntate dñi, quia per eius ratihabitionem tolletur. Si. n. eſſet ſemel nata, nuda voluntate non tolleretur. Vnde in hoc ver. teneo lec. Nico. de Mat. Et ex hoc apparet, qđ in præcedenti ver. verior eſt opi. Io. qui dixit Põponium intelligere actionẽ ipſo iure nõ competere, & in hoc ſtandũ eſt cũ Io. Itẽ ex eo, qđ pẽdet ex voluntate dñi, apparet, quod põt fieri parte ab-

5 ſente. Omnia † enim a quæ ex mera voluntate alicuius pendẽt, non requirunt partis pñtiam, vt ſi quis vult condere vltimã voluntatẽ, vt l. cum pater. §. donationis. & l. miles. ℨ. de lega. 2. & l. non idcirco. C. eo. Simile in aditione hæreditatis, quæ fit ſolo animo, neque reqrit partis b præſentiã, vt l. pro hærede. in princ. & §. 1 de acquir. hære. & l. ſi auia. C. de iure delib. & hoc tenet Gul. & in parte nõ pñte. Et ad hoc † eſt aduertendum, quod ex hoc colligit̃ quædam differentia inter ratihabitionẽ, & mandatum. Nã cum mandatũ ſit quidam ꝯtractus, q non põt geri inter abſentes, niſi interueniente nuncio, vel epiſtola, vt l. 1. ȝ. de proc. ratihabitio vero nõ eſt cõtractus, ſed pendet ex mera volũtate ratum habentis, merito fit abſente parte, non interueniente organo. † Hoc igitur † præmiſſo

3 p declaratione lecturarũ, reuerto in dubium, vtrũ actio poſſit eſſe in pendenti? Ad quod rñdeo, ſi quæris, vtrũ aliquid ſit in pendenti reſpectu præſentis ſtatus, & certũ eſt quod non, vt Inſt. quib. mo. ius pat. po ſol. § ſi ab hoſtibus. & ibi no. & per Docto. in l. fi. C. de ſen. paſ. Si vero quęris reſpectu futuri euentus, tunc res poſſunt eſſe in pẽdenti vr̃r loquendo. An aũt actio poſſit eſſe in pendenti ex aliquo futuro euentu alio, q̃ ex volũtate partium, dic vt in l. vſuſfructus. ℨ. de ſtip. ſer. & l. fi. ℨ. cõmu. præd. vbi text. & gl. iãgit. Si vero quæris, an poſſit pendere ex voluntate partium, tunc ſumus in materia nr̃a, & dic, aut quæris de volũtate eius, q eſt futurus obligati, & eſt iniquum, quod pendeat ex voluntate eius, vt l. a Titio. in fi. de ver. obl. & l. centeſimis in fi. eod. tit. & ℨ. de act. & obl. l. ſub hac. & C. de ꝯtrahen. emp. l. in vendentis. & ℨ de reg. iu. l. in perſonã. §. gñaliter. Aut q̃ris de volũtate eius cui actio debet quæri, & tunc põt eſſe in pẽdẽti, vt hic ſm Pomp. & ſm ea, quæ ȝ. dixi. Sed circa hoc eſt aduertendũ, nã quandoque actio põt eſſe in pendenti vere, vt qñ alicui deferĩ a teſtõre, vel a l. ſub conditione, ſi voluerit. Exẽplum qñ a teſtatore, habes in d. l. ſi ita legatũ. §. illi ſi volet. ℨ. de lega. 1. Item exemplum a lege probatur in negotio quod eſt noſtrũ ratihabitione tñ. Pendet. n. actio ex voluntate dñi, in l. ſi pupilli. §. itẽ quæritur. ȝ. eo. & gl. hic tenet, & l. diſpenſatorem. ℨ. de ſol. Ad idem. C. de iure emphy. l. 2. vbi per ceſſationẽ ſolutionis annuæ, ſiue penſionis, cadit a iure ſuo, ſi dñs uoluerit. Simile in hæreditatis petitione, quę competit alicui ſi hæreditatem voluerit. ſed illud non eſt proprie exẽplum, quia ante aditionem non eſt celebratus

c quaſi ꝯtractus, ex quo debet ſibi oriri ius. Qñq; actio eſt in pendẽti e ficta ex voluntate eius cui debet quæri, ut quando defertur alicui hr̃ditas, nec requiritur eius ſcientia, vel ignorantia, & ſic nõ requiritur eius uolũtas, uel approbatio, & tũc abſenti ſtatim quæritur, ſed ſi poſtea illã repudiaret, fingeretur non quæſita. Exemplum in legato, cuius actio quæritur legatario a tpe mortis: ſed ſi repudiat, fingitur retro nunq̃ quæſita, ut ℨ. de cond. inſt. l. ſi qs ita, & ibi no. Ita in ꝓpoſito, in negotio, quod nr̃m eſt re ipſa, ipſo geſtu cura, & ſolicitudine, q̃ritur nobis actio, licet ignorantib. vt l. 3. §. & ſi furioſi. ȝ. eo & ibi patet. Tñ ſi dñs poſtq̃ cognouit, repudiat, fingitur actio nõ nata. Pro hoc C. ſi cer. pet. l. ſi abſentis. Et hoc mõ intelligendo quod hic dr̃, quod actio eſt in pendenti, intellige ficte in iſtis trib. generib. negotiorum. Si vero actio defertur alicui ex ſuo ꝯtractu, vel ex aliquo ſuo facto, illa nõ eſt in pendenti ex voluntate alicuius, quia voluntas iam affuit. Pro hoc optime ℨ. de dona. cau.

4 mor. l. ei qui, & ibi no. † Ex hoc apparet quod contractus emptionis, & venditionis & ſimiles nuda voluntate non tolluntur, niſi vtriuſque conſenſus interueniat. Item prædicta quæ dixi, actionẽ pendere ex voluntate eius cui defertur, intelligas, ſi ei defertur ad commodum ſuum tantum. Si. n. ad commodum eius & alterius, eſt iniquum quod ex vnius voluntate pendeat, & quod alter alteri poſſit præiudicare, arg. ȝ. l. proxi. & l. cum non ſolum. §. 1. & §. vbi autem. C. de bon. quæ lib. & l. is qui hæres. §. fi. ℨ. de acq hær. Et hoc quod Pomp. dixit actionem tolli per ratihabitionem, intelligas de actione directa quæ competebat uel competitura erat ipſi dño ratum habenti, non de ꝯtraria, quia in alterius præiudicium ratum habere non poterat. Et ita declarat Iuriſconſ. in fi l.

Sum expeditus De primo mẽbro, venio ad ſcdm, dr̃ hic quod actio iam nata non poteſt tolli nuda voluntate. Contra ℨ. de ſol. l. diſpenſatorem, in fi. Solu. ibi actio non tollitur, ſed eius natiuitas impedit: pendebat. n. actio ex voluntate ratum habẽtis, & ita dẽt exponi ibi tex. Secũdo opp. gl. Inſt. de iniu. §. fi. Sol. eodẽ modo, ibi actionis natiuitas impedit̃ vel fingit̃ retro non nata. Erat. n. de his quæ pendebãt ex volũtate alicuius vere, vel ficte, ſm ea q̃ dixi ȝ. Opp. gl. de l. ſi tibi. §. quædã. ȝ. de pac. Sol. prout intelligas prin. legis ſm Azo. ibi loquitur in pacto, & ſic in voluntate non nuda, hic in voluntate nuda loquit̃, & hæc eſt vera. Sed prout intelligas ſm Io. quod ratihabitio fuit facta præſente parte, & ſic cadit in ſpeciẽ pacti, & tunc ſolue quod ibi in actionib. deſcendentibus ex delicto, quæ nudo pacto tollitur ipſo iure: hic in his, q̃ deſcendunt ex ꝯtractu, vel quaſi. Sed p̃cedens eſt ve-

5 rior. Habes ergo, † quod in caſib. in qb. actio eſt in pendenti vere, vel ficte, poteſt actionis natiuitas impediri, vel fingi non nata ex

6 nuda volũtate vnius, alias ſecus. Quæro ergo, qd † appelletur nuda voluntas? Glo. hic ſuper ver. nuda volũtate, vr̃ intelligere, nudam volũtatem. ſ. a præſentia alterius partis. quod ſatis eſt bene dictũ, Dic tñ melius quod ſicut pactũ dr̃ nudum, quod ſtat in nudo nomine conuentionis nullo alio ſuperaddito, vt dixi in l. iuriſgẽtiũ. §. quinimo ff. de pac. Ita voluntas dr̃ nuda, q̃ ſtat in ſuis principiis nudæ voluntatis, non addita ſibi pñtia partis, q̃ facit illam voluntatem cadere in pactum, vel non addito ſibi alio nomine a iure q facit eam cadere in nomen contractus. Exemplum in actionib. quę electione tollunt̃. Nam fit nuda voluntate electio nõ ſuperaddito aliquo, & hoc mõ electio põt nuda volũtate tolli, vt C. de codic. l. fi & quod no. Inſtit. de leg. ſed noſtra. Quandoque ope exceptionis tollitur actio electione, vt C. de fur. l. j. Facit quod not. in l. quod

ADDITIONES.

a Pomp. Omnia enim. Vide Fel. in c. cum M. de conſtit. Bar. conſi. 18. vol. 1.

b Pariſ. Et ſic tenet hic Bartol. quod ratihabitio poteſt fieri abſente parte, & valet. Vide Cyn. in l. in fraudem. in fi. C. ne quis in fraud. patr. vbi dicit, quod Iac. de Are. & Pet. tenent, quod valet. Adde Bart. in l. quo enim, in fi. circa princ. rem rat. hab. & l. certum. §. ſi quis abſentem. de confeſſ. Ang. in Auth. de hæred. & Falcid. §. ſi vero.

† Claud. Organo. Hoc igitur, quod dicit de ratificatione, limita, & declara, vt per Are. conſi. 127. & ſeq.

c In pendenti. Aduerte ad hanc ſing. Doct. quam hic ponit Bart. & in l. 1. C. de pact. quod quoties ius, vel actio competit alicui ſine facto ſuo, puta ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti, aut ex teſtamento, tale ius uel actio, renunciatione poteſt extinguí ipſo iure ſimplici renunciatione eius, cui acquiſitio eſt facta. tamen hoc non videtur uerum in actionibus, quæ acquiruntur ex delicto illato, & quæ ſunt rei perſecutoriæ ex parte actoris, ut condictio furtiua, & lex Aquilia, quatenus dantur ad uerum damnum, quia non tolluntur ipſo iure, etiam per pactum de non petendo l. ſi tibi. §. quædam, & ibi Bart. ȝ. de pac. & ibi glo. & per Bart. ibi propria. Item ſi dicta doctrina eſſet uera, ſequeretur quod ſi ego geſſi negotium alienum re ipſa alicui furioſo, uel ignoranti actio quæſita poſſet tolli ſimplici renunciatione, & hoc contra tex. hic, & in gloſ. Item contra hoc facit l. ſi abſentis. C. ſi cer. pet. & quod ibi no. in addit. ubi ſimiliter actio abſenti, uel ignoranti quæſita, ſua repudiatione non tollitur ipſo iure, directa certi condictione. unde forte dici poteſt, regulam eſſe in contrarium in d. §. quædam. & melius in l. ſi unus. § pactus. eod. tit. Fallit tamen, quando actio eſt quæſita ex teſtamento, uel ultima uoluntate, quia ſecuta repudiatione, fingitur legatum nunquam fuiſſe factum. l. pro inde. §. fin. infra ſi cert. pet. & l. legatarius. §. 1. de leg. 1. Secundo fallit in actione, quæ datur ad meram uindictam, ut eſt actio iniuriarum. d. §. quadam. non ſolum per pactum de non petendo tollitur ipſo iure, ſed etiam ſimplici renunciatione creditoris nuda uoluntate. l. non ſolum. §. fi. cum l. ſeq. §. ſi autem ad iudicem. infra de iniur. & Inſtit. de iniu. §. fi. & tenet gl. hic, in uer. nuda uoluntate, & Bart. hic, & idem uidentur tenere Cano. in c. cum te. de re iud. licet glo. ſentiat contrarium in d. §. fi. ſ. quod tollatur ipſo iure per pactum de non petendo, non autem nuda uoluntate. Tertio fallit, quando actio eſt quæſita ſolo conſenſu, & res eſt integra, quia tunc tollitur ipſo iure per pactum de non petendo. l. ab emptione. de pac. Inſtit. quib. mod. tol. obl. §. fi. non autem tollitur ipſo iure, nuda uoluntate creditoris, quia hoc non eſt iure cautum. Et ad prædicta facit l. idem in duobus. §. fi. cum l. ſeq. & quod ibi no. & in l. & hæredi. §. nos autem. de pac. no. Bar. in l. non ſolum. §. ſi liberationis uerba. de lib. leg. ubi no. quod ſi creditor facit pactum de non petendo debitori abſenti, illud pactum non nocet creditori, ergo multo minus nocebit ſimplex repudiatio actionis, & hoc in actione perſonali. Vnde prædicta cum dictis Bar. hic bene pondera.

l. quod in hæredē. §. eligere. ꝟ. de trib. Venio ad ver. sed superius, in
1. gl. legitur quod istud sit dictum Pomponij. Alij dicunt quod est di-
ctum Sceuolæ imitantis Pom. & hoc tangitur in 2. gl. circa mediū,
7 in ver. cæterum. in gl. super verbo, recipiam. in fi. Et omnes † isti intel-
ligunt q; per simplicem remissionem non videatur esse remissus do-
lus, qui commissus erat in ipsa gestione. Nic. de Mat. dicit qđ dolus
præteritus pōt remitti sicut culpa. vt š de pact. l. iurisgentium §. si pa
ciscar. Et ideo si dominus sciuisset dolum cōmissum, ratum habēdo
tolleretur actio. Intelligit ergo hic, q; dolus malus absit, hoc est ne
cōmittatur dolus in hoc q; dñs ratum habeat. Et sic intelligit de do-
lo commisso in ratihabitione. Certe dictum istud in quantum repre
hendit gl. non placet. Nam ratihabitio retrotrahitur. & mandato cō
paratur, vt l. fi. C. ad Mace. & l. semper qui non prohibet. ꝟ. de reg. iu.
& in c. ratihabitionem, ext. de reg. iu. li. 6. & ipsemet dicit quod per
ratihabitionem fingitur actio retro nominata, vt in præcedenti, vbi
vidistis. Sed si mandatum ab initio intercessisset, non posset videri
dolus futurus remissus, ergo nec per ratihabitionem. Præterea leges
expresse volunt in odium doloti, q; per generalia verba non videat
remissus dolus vt l. Aurelio. §. Caius de lib. leg. & per Cy. C. de tran-
sa. l. sub prætextum vlt. q. In eo vero quod intelligit hunc ver. in do-
8 lo commisso ratihabitione, dicit verum. Cum. n. † actio negotiorum
gestorum sit bonæ fidei. l. si pupilli, §. fi. sup. eo. & illud quod opera-
tur si dolus adhiberetur in cōstructione ipsius actus, quia distingue-
retur vtrum dederit causam ꝯctui, vel quasi, aut fuit incidēs, vt l. &
eleganter, ꝟ. de dolo. Eodem modo in destructione, vt l. ab emptio-
9 ne, de pact. & ibi plene de hoc dixi. † Sed circa hoc est videndum,
quō dolus posset dare causam ipsi gestioni? Rñde, vt colli ex gl. fi. š.
eo. l. si pupilli. Sed si dicis, quō dolus potest inducere, vel causam da
re in hac ratihabitione? Rñde, si cum dñs non haberet animum ra-
tum habendi, dolo induxi eum, vt ratum haberet, tunc dolus dedit
causam. Sed si ipse volebat remittere ratum habendo, tamen nō sim
pliciter, nisi recepta pecunia, vel aliquo alio interueniente, ego dolo
induxi, vt sine aliquo faceret, tunc dolus fuit incidens, & iudicabi-
mus tanquam de dolo incidenti, fm no. in l. & eleganter, §. 1. de do.
Venio ad versi. Scæuola, vbi dicit ꝯ Pomp. & ideo iste versi. nullum
dubium habet, sed dubitationem recipit ex sequenti. Nam gl. intelli
gunt, q; in totum ꝯdicit Pomponio. Nic. de Mat dicit quod non in
totum ꝯdicit, imo dictum eius distinguit, & limita, quod apparet ex
sequenti ver. Venio igitur ad ver. eo dicto, glo. intelligunt, quod ista
sunt verba Pomponij, & hic ponatur ratio sui dicti. Nic. prędictus in
telligit, quod hæc sunt verba Sceuolę, & debent iungi præcedenti
10 ver. hoc modo, vt dixi in casus positione. Ex hoc verbo habes nota-
re, q; non possum reprobare semel approbatum. Circa hoc gl. oppo-
nit & soluit, vt habes in ea. Dic vt per Dy. in c. quod semel placuit.
ext. de reg. iu. li. 6. plenius per Cy. in l. sicut. C. de act. & obl. tetigi vo
11 bis inf. commo. in l. in commodato, §. sicut. † Sed quæro, quid econ
uerso, vtrum possum approbare semel reprobatum. Videtur q; sic. š.
l. si pupilli. §. item q̃ritur eo. in gl. quę incipit. imo mandati. Ad idem
ext. de proc. c. licet is, li. 6. & videtur expressum in l. quo. n. §. 1. inf. rem
rat. hab. Pro hoc omnes leges, quæ dicunt, quod postquam quis ele-
git vnam rem, & sic videtur aliam reprobare, potest variare, & aliā
eligere, vt l. eum qui certarum, in fi. ꝟ. de ver. ob. & l. si ita stipulatus
fuero Stichum aut Pamphilum. eo. tit. In ꝯrium vr̃ casus in l. dispen-
a satorem, in fi. ꝟ. de sol. Gl. ibi vr̃ dicere q; post reprobationem non
potest ratum habere. s. ad actionem consequendam, sed ad exceptio
nem sic, vt in ꝯriis. Spec. in tit. de defen. §. j. ver. sed pone, dicit q; re-
probationem non possum approbare ad mei commodū, sed ad mei
præiudicium sic, per ista dicta non soluuntur argumenta ꝯria. Nam
et quo ad actionem possum eligere rem, quam semel repudiaui aliā
eligendo. Item quo ad mei commodum possum ratum habere, vt d.
l. quo. n. §. 1. inf. rem rat. hab. Dicendum est ergo, q̃nque reprobatio
mea trahit secum executionem, tunc postea non possum reproba-
re, nec variare. Tex. est in l. apud Aufidium, in fin. de optione leg. &
no. in l. huiusmodi. §. Stichum. ꝟ. de leg. j. & ita loquitur l. dispensato-
rem, in fi. ꝟ. de sol. Statim. n. post reprobationem, secuta est executio
iuris, vt ibi dr̃. Et hoc verum, q; non potest haberi ratum quātum ad
actionem, sed quantum ad executionem sic, vt d. l. quo. n. §. Iulia. inf.
rem rā. hab. & no. in d. l. dispensatorem. Si vero reprobatio non tra-
hit secum executionem, tunc potest variare re integra. Ita dēt intelli
gi, quod no. in d. §. item quæritur, & c. licet is. ext. de procu. li. 6. Et per
hoc, quod Spec. dicit in tit. de defenso. § 1. non puto, eum verum di-
12 cere. † Quæro, vtrum sicut ratihabitio retrotrahitur, & mandato
comparatur, ita reprobatio retrotrahitur, & probationi compare-
tur. Resp. in his quæ pendent ex voluntate nostra libere, vt in nego-
tio, quod est nostrum ratihabitione, puto retrotrahi reprobationem
eadem ratione, qua dicimus de ratihabitione. Pro hoc dicta l. dispen
satorem, in fin. inf. eo. In negotio, quod est nostrum altero de tribus
modis, reprobatio non potest retrotrahi ad commodum gerentis,
sicut nec ratihabitio, vt dixi sup. eadem l. §. videndum. Nō enim po-
test tollere actionem contrariam, inf. ea. l. in fin. Ad hoc enim tendit
reprobatio, & prohibitio. s. ad gerentis incommodum, vt sup. eod. l.
prox. & C. eo. l. vl. Quantum vero ad præiudicium reprobantis, talis
reprobō non tendit, alias tenet, in istis trib. generib. negotiorū, iō de
hoc nō est q̃rendū. Venio ad ver. & quemad. iste ver. fm oēs ꝯtinet
dictū Sceuolæ ꝯ Pomponium. Quidam dicunt in totum ꝯ Pompo-
nium, vt gl. Quidam distinguunt dictum Pomponij, vt Nic. vt dixi
sup. in positione casus. Ex isto ver. habemus duo genera ratihabitio
nis. Primū est ratihabitio necessaria. Secundū ratihabitio uolunta-
ria. Pro huius, decīone intro glo. & quæro, vtrum super hoc debent
esse duo iudicia: vnum, quo quis cogatur hr̃e ratum: aliud, quo a-
13 gatur actione, negotio. gest. Et vtrum cogatur quis præcise habe-
re ratū, an liberet̃ soluendo interesse? Azo vr̃ dicere. quod dēnt esse
duo iudicia, & quod in tribus generibus negotiorum cogetur hr̃e ra
tum præcise: in eo, quod est nostrum ratihabitione, liberet̃ soluēdo
interesse. Nota diligenter illud quod dicit, quod ad hoc agatur, vt
ratum habeat, & sic sunt duo iudicia, prout loquitur in ratihabitio-
14 ne necessaria. † In quantum dicit quod cogetur habere ratum per
officium iudicis, antequam cogatur per actionem neg. gest. dico qđ
non est necesse quod lex ipsa habeat hoc pro rato, vt in te. t. ibi, ne-
cesse est apud iudicem pro rato haberi, impersonaliter loquitur, q.
d. ipse iudex, & quis alius, non dicit quod sit necesse quod per par-
tem ratum habeatur. Et hoc tenet Gul. quod placet, s. quod non sit
necesse a iudice hoc impetrare, cum fiat per legem, vt l. sub condiō-
nibus. §. fin. de cond. inst. & l. 1. in fin. inf. ad Municip. Sed & si pars
hoc vult petere, quod per iudicem declaretur, puto quod possit, si-
cut potest petere declarari sententiam nullam, vt l. 1. ꝟ. de fer. & dixi
in l. si expressim, de ap. Et in hoc no. multum gl. istam. Sed prout hęc
gl. loquitur in alio genere negotiorum, s. quod est nostrum ratihabi
tione, non video qualiter procedat. Aut. n. loquitur in casu, in quo
quis compellitur habere ratum & tunc compellitur præcise. † quia
15 vbicunque quis tenetur ad factum ex legis dispositione, compelli-
tur, vt l. stipulatio. §. 1. ꝟ. de ope. no. nunc. & quod vi aut clam, per to-
tum. ꝟ. de rei vendi. l. qui restituere. In casibus vero, in quibus non
compellitur, non potest agi contra eum, vt ratum habeat, sed forte
potest ꝯ alium, qui hoc promisisset. s. dñm ratum habiturum, vt pro
batur in l. si indebitum. ꝟ. rem ra. hab. Et prædictum modum agēdi,
s. vt quis sit certus, vtrum habeat ratū dñs, vel non, habetis in l. Iulia
16 nus §. si q. s colludente. ꝟ. de act. emp. † Scđo pro decīone l. & gl. quę
ro, in quo gñe negotiorum loquatur ista regula. s. qđ vtiliter gestū
b cogatur habere ratum? Io. qđ in omni gñe negotiorum & qđ est
nr̃m ratihabitione, ut š. eo. l. si pupilli. §. si Titi. i seruum. Sed ꝯ hoc op
po. ꝟ. de sol. l. dispensatorem. So. dicit Io. ibi non valebat gestor coge
re ad ratum hñdum. Item opp. secūdum hoc, si gestor vendidit rem
meam pretio cariori, cogor hr̃e ratum, & sic perdam inuitus dñium
rei meæ, ꝯ l. id quod nr̃m, de re iu. Sol. dicit Io. cogor habere ratum
quantum ad hoc, vt gestori tenear ad sumptus, non quantum ad a-
missionem dñij, adeo quod si gestor conuenitur de euictione, non
haberet regressum ꝯ dñm, ita dicit gl. Ista opi. Io. non placet, quia
si in d. l. dispensatorem. esset in arbitrio gestoris cogere dñm ad ra-
tum habendum, vel non, penderet actione ex voluntate eius, cui q̃-
c ri debet. Præterea qui vēdit rem meam, licet cariori pretio, si ego
nolo, non facit vtiliter, imo facit deteriorem cōditionem meam, vt
l. fi. ꝟ. de vsu, & ha. merito non possum cogi ratum hr̃e. Item ꝯ Io.
facit l. si pupilli. §. item q̃ritur. ꝟ. e. Sed ad aliud posset rñderi pro eo,
quia ibi loquit̃ qō negotiū non est meum nec res, sup qua gerit̃, sed
in qō. proposita licet negotiū nō esset meum, erat tñ res mea, q̃ ven
debatur. Sed pp pdictas rōnes non placet dictum Io. Examinemus
ergo gl. latius. Et pro istorum decīone latius videamus de ratihabi-
17 tione voluntaria, & necessaria. Et primo † de necessaria, quę fit q̃n
vtiliter gestum est negotium alicuius, vt hic in text. quod est verum
in negotio, qđ est nr̃m altero de trib. mod. vt dixi š. c. In negotio ve
ro, q; est nr̃m ratihabitione, dic: aut quis facit id q; dñs ꝯsuetus erat
facere vtiliter, & tenetur ratum hr̃e, arg. l. fi. ꝟ. q; cū eo. & l. vel vni-
uersorū. de pig. act. Si vero non erat ꝯsuetus facere, tūc aut si factū n̄
fuisset, res erat peritura, & cogitur ratū hr̃e, vt l. si pupilli. §. si Titij
š. e. fm intelle. gl. Aut nō erat res peritura, & nō cogitur ratū hr̃e, vt
l. dispensatorē. in fi. ꝟ. de sol. & q; not. in hac l. circa fi. tertiæ glo. Non
ob. opi. Io. posita in hac gl. Et hoc semper intelligo, quando negotiū
fuit gestum nomine dñi, alias licet ad eū pertineat altero de tribus
modis, non habetur pro rato, vt ratihabitio retrotrahatur, & man-
dato comparetur, sed tenetur solum in quantum factus est locuple-
tior, vt š. e. l. si pupilli. §. sed si ego. versi eod. loco, & effectus istius ra
tihabitionis necessarius est, vt quis videatur approbare factum non
qualitatem facti. Vnde si male esset factum, posset agi. Hoc expres-
se dicit iste versic. si bene intueatur, vt supra, posui casum. Item per
hanc ratihabitionem non videtur remissus dolus vel reliqua, vt su-
18 pra, in ver. sed superius, & supra, proxi. ver. certum. † Venio ad ra-
tihabitionem voluntariam, vt in negotio, quod est nostrum rati-
habitione, vel in negotiis quæ pertinent ad nos altero de tri-
bus modis, cum quis habuit sponte ratum, & accipio istum
secun-

ADDITIONES.

a In l. dispensatorem. Vide sup. quod no. Bar. in rub. C. de contrahen. emptio. in 20. q. & vide quæ dixi in d. l. si dispensatorem.

b Cogatur habere. Quando quis cogatur ratum habere, quod vtiliter gestum est, ad de Bar. in l. qui vir. cū seq. inf. sol. mat. & ibi ponit alium casum, & adde quod no. Bal. in l. si absentis. C. si cer. pet. & Bal. in l. 1. in 20. opp. C. qui admi. & quia Bald. est corruptus, vide ibi Cy. in 5. oppo.

c M no. Præterea. Soc. iun. consi. 62. nu. 34. lib. 1.

secundum casum, in quo loquitur lex ista. aut ratihabitio fuit facta
dolose, & qd iuris sit, dixi s. in ver. sed superius. Aut est facta ex cer-
ta scientia, aut per errorem. Primo casu aut fuit facta simplr, & tūc
vr approbare factum, nō qualitatem facti, nec remittere dolum, vel
reliqua: sicut in ratihabitione necessaria cui æquiparatur, vt hic.
Aut fuit facta approbatio de facto, & qualitate facti, & tunc tollitur
actio contra gestorem in omnibus quę omissa essent culpabiliter.
Non enim potest venire ꝯ ipsum quod approbatum est, vt hic in
prin. secundum Pomp. & in ver. sed in eo dicto. hoc voluit dicere se
cunda glossa in fin. quæ distinguit, aut habuit ratum per verbum,
19 aut per aduerbium † Per uerbum enim significatur factum, per ad
uerbium significatur qualitas facti, quia eius natura est qualificare
verbum Et similē distinctionem facit gl no. C. si in a. fa. ta. l. 2. quam
distinctionem nota ad multa. Non. n. sequitur, si habeo ratum fa-
ctum, ergo qualitatem facti faciunt ad ea quæ dixi in l. ab arbitro.
sup. qui satisda. cog. Non enim videtur remissus dolus, & culpa vel
reliqua, per generalem remissionem, nisi exprimatur, vt supr. ut di
ctum est. Nec ratihabitio potest tollere contrariam competentem
gestori, vt hic in fin. Si vero facta est per errorem, tunc non præiudi
cat. Non enim vr remittere id, quod ignorat, vt l. mater. de inoff. te
sta. & ita sentit glo. 2. circa fi. Circa hunc tamē errorem distinguam
plenius statim, & semper intelligas si est gestum nostro nomine, a-
lias nō prǽiudicat, nisi quatenus quis factus est locupletior, vt dictū
20 est. † Vlterius est videndum de negotio, quod est nostrum ratiha-
bitione. & hic articulus distinguendus est in tres casus, quia aut ge-
rens gessit nomine nostro aut nomine suo, aut nomine alterius. Pri
mo casu, aut negotium nullo modo potest ad nos pertinere, & rati-
tihabitio nihil operatur, vt l. si pupilli. §. quid ergo. supr. eod. Aut ad
nos potest pertinere, & tunc ratihabitio retrotrahitur & negotium
nostrum facit, vt d. l si pupilli. §. item quæritur. §. e. Aut est gestum
nemine gerentis, & tunc aut quæris vtrum ratihabitio trahat ne-
gotium ad nos, & non potest facere, quia non est gestum nostro no
mine, vt d. l. si pupilli. §. sed si ego. sup. eodem. Aut quæris vtrum vo
luntas nostra trahatur ad negotium, ita quod iuri nostro præiudice
tur, & hoc potest fieri, vt l. si fundum. §. 1. ff. de pignor. & C. de rei ven
di. l. mater. & ff. de pig. act. l. aliena res. in prin. Aut quęris utrum ra
tihabitione nostra possit esse nostrum negotium, ex quo oritur no
bis actio negotiorum gestorum? Et dico quod sic, vt l mater. C. de
rei vend. & l. si eum seruum. ff. si cer. pet. & ibi dixi plene, & ff. e. l. fin.
Quod autem dixi, non posse haberi ratum, vt negotium traheretur
ad nos, intellige nisi in subsidium. vt d. l. mater. C. de rei vendic. & ff.
eo. l. fi. Tertio casu, quando est gestum nomine alterius, & tunc si
ad illum potest quoquo modo pertinere, ipsa nostra ratihabitio ni
hil operatur, vt l. si pupilli, §. sed si ego. sup. e. Si vero ad alium nullo
modo potest pertinere, tunc gl. e. sup. l. si pupilli. §. si Titii seruum. vi
detur dicere, quod possit haberi ratum. sed ibi loquitur in negotio,
quod est nostrū re ipsa. Vel si intelligas, ratihabitione. ibi erat iō, qa
res erat alias peritura, & prædicta de ratihabitione ex certa scien
21 tia. † Quid si fuerit ratum habitum per errorem. Dic, aut fuit erratū
in substantia facti, quia erat venditio & putabat esse locationem, vel
similia, & non nocet, vt l. fin. plus ualere quod agitur. de re. alie. l. 2.
Aut fuit erratum in qualitate facti, & tunc potest esse talis qualitas,
quæ inducit mutationem in substantia, vt si credebam esse venditū
meo nomine, & vendideras tuo nomine, & una venditio differt ab
alia realiter, & nunc etiam non præiudicat, vt no. in d. l. mater. C. de
rei vend. s. e. l. si pupilli. §. sed si ego. in glo. super ver. nihil agitur. Qñ
que erratur in simplici qualitate & tunc nō præiudicat in eo quod
erratur, fm ea quæ dixi sup. in ignorante qualitatem facti, vt hic no.
circa fi. secundæ gl. Qñque erratur in iure, qa putat qs ratihabitionem
non præiudicare sibi, cum præiudicet, & tūc subuenitur sibi ope re
plicationis, vt no in d. l. si pupillus. § sed si ego. in fi. glo. s. prox. alleg.
22 † Quæro, postquam aliquis scit negotium gestum, & tacite, vtrum
taciturnitas habeatur pro ratihabitione seu contradōne. Doc. tan-
gunt in l. si absentis. C. si cer. pet. dixi plenius in l quo. n. §. x. rem rat.
hab. Quæro, intra quantum tempus dēat hr̄e ratum? Dixi in l. bono-
23 rum. ff. rem rat. hab. † Quæro, vtrum id quod factum est p aliquem
tanq̄ p nuncium, possit ratum [illegible]. Doct. tenent q non. C. si quis al-
te. vel sibi. l. multum. Quæro [illegible]trum illud, qđ factum est per procura
torem reuocatum possit hr̄i ratum? Vr quod non, quasi semel sit re-
probatum, vt l. dispensatorē. in fi. ff de sol. Cōtrarium puto, ibi enim
fuit reprobatum factum, quæ reprobatio habuit statim executionē,
vt s. dictum est hic vero reuocatum fuit mandatum. Et sicut nihil
prohibet mandatum nouum institui, ita nihil prohibet factum post
reuocationem ratum haberi. Vltimo, quia hic dicitur quod vtiliter
gestum debet pro rato haberi, quæro qualiter intelligatur utiliter.
Respon. determinatur in seq §. his autem. & ibi hoc videbitis.

L E X XI.

Sed an vltro mihi,

1 *Negotium vtiliter gestum, qualiter intelligatur mihi.*
2 *Gesti vtiliter articulandi practica.*
3 *Domum quis potest relinquere, nec cogetur eam reficere.*

§. Is autem. Sufficit negotium vtiliter esse gestum respe-
ctu domini, licet effectū vtilē non habuerit. h.
1 d. † No. quod negotium dr vtiliter gestū respectu domini, ad quem
spectant negotia, non respectu gerentis, vel rei gestæ, vt l. si pupilli. §.
sed & si quis negotia, inf. eo. Et ex hoc apparet, q qñ formatur arti-
a culus ad probandum, dēt concludi q vtile erat dño sic geri. Puto
2 tamen, † q si articulus concluderet, q sic geri cōiter esset vtile, suffi-
ceret, nisi dñs ex aduerso probaret sibi vtile non fuisse, vt hic innuit
tex. ibi, quasi impar sumptui dereliquerit, vel quam sibi necessariam
3 non putarit, &c. † Secundo no q licet derelinquere domum, nec qs
cogetur eam reficere. si derelinquere vult. Op. inf. l. prox. Sol. fallit in
casib. ibi positis. Quærit gl. de vna quæstione, dic vt in ea.

A D D I T I O.

a Vtile erat. Vide ad probandum utiliter gessisse, fallit tamen in minore. leg. 2. & ibi Bar. C. eo.

L E X XII.

1 *Negotiorum gestorum actione an ille, qui dimisit equum in pascuis, teneatur domino.*

Si negotia. Gestor tenetur de dolo & culpa; item de casu, si
negotia insolita inchoauit, & damnum in vno
ꝯpensatur cum lucro in alio. h. d. Facit ad quæstionem, quā format
Gul. de Cug. in l. nec non, §. si quis sæpius. inf. ex quibus cau. maio.
Quid si stetit sex mensib. vnius anni, & sex mensibus alterius? Dic
a vt ibi per eum. Opp. quod non tenetur a nisi de dolo, & culpa, ut sup.
ea. l. 3. §. interdum. Sol. ibi erant negotia deserta, & ideo dic ut ibi di
cit gl. Opp. quod alias teneatur de casu fortuito. vt supra eo. l. si pupil
li. Sol. vt in gl. quam vide & signa. Venio ad fi. Opp. ista negotia pti
nēt ad dominum ratihabitione, ergo potest approbare illud nego-
tium, q vult probare, & aliud reprobare, quia voluntas imponit ad-
ministrationi finem, vt l tutori. C. eo. Sol. quod imo totum dēt appro
bare vel reprobare, vt l. Caius. ff. de vsu. & l. cum quæritur, de adm.
tu. & supra de procu. l. in causæ. Non ob. l. tutori. C. eo quia ibi loqui-
tur de voluntate gestoris, quam habuit ab initio, nō de voluntate do
b mini. Opp. q ista lex cōtradicat sibi. b Nam primo dicit quod ad do
minum spectat commodum, ad gestorem damnum. Postea dicit, q
compensatur lucrum cum damno, & sic ad dominum spectabit dā-
num. Sol. dicunt quidam, q principium loquitur, qñ damnum, & lu
crum contingit in vna re: finis qñ in diuersis: ista non est vera, quia
proprie in vna re non potest esse damnum & lucrum, sed dr lucrum
deducto damno, vt l. Mutius. ff. pro socio. Nec in una re dr proprie
compensatio, sed magis computatio seu calculatio. Ideo alii dicunt,
& melius, q primum dictū loquitur qñ in ipsa administratione con
tingit lucrum tantum facta compēsatione, vel damnum tñ, finis lo
quitur, qñ in eadem administratione contingit lucrum & damnum
in diuersis rebus, & ista est vera. Op. inf. pro socio. l. de illo, & l ideo.
Sol. alud in ꝯtrib. aliud in quasi ꝯtrib vt hic. Sed ista nō placet, quia
idem est iudicium de ꝯtribus, & quasi, vt l. si ex duob. sup. eo. Dic er-
go quod ibi lucrum non compensatur cum damno ex casu emergē
1 te, & ita hic loquitur, & ista est vera. Vltimo c gl. super uer. sit solitus,
c in fi. inducit hanc l. in ar. ad q. de equo dimisso in pascuis. Istam q. for
mat Cy. de epi. aud. l nemo. in vlt. q. Quidam dicunt, q licet dñs con
sueuerat dimittere, qui potest esse negligens in reb. suis, tamen alius
non potest hoc facere, ar. ꝯ. inf. sol. mat. l. si constante. §. si maritus. Tu
dicas, hic aduertendum esse, vtrum istud dimittere, cadat in culpam
vel non. Si. n. in culpam non caderet, quia diligēs paterfamilias hoc
fecisset, non tenet, alias secus. Vltimo quęro in computatione lucri,
& damni, vtrum debeat inspici finis temporis totius, administratio-
nis, an vero de anno in annum. Et videtur, totius administrationis,
quia pro toto tempore est vna administratio, vt l. Pompon. inf. e. In
contrarium quod de anno in annum, uidetur casus hic.

A D D I T I O N E S.

a Non tenetur. vide l. si duorum, & quod ibi Bar. inf. de act. emp.
b Contradicat sibi. vide gl. & Bal. in l. etiam. C. mand.
c Meno. Vltimo. Dec. consi. 473, nu. 7. in fine.

L E X XIII.

Successori. Qui succedit ex lege Cornelia, uel per occupa-
tionem peculii, hēt hāc actionem, in qua ueniūt
omnia, quæ considerantur in gestione bonorum uiuentis, hoc d.

L E X XIV.

Debitor. Gestor nō tenetur de casu, nisi præcedat culpa. Est
autem culpa retinere pecuniam debitam credito-
ribus, si eam habet solutioni paratam, h. d.

L E X XV.

a **Si filius.** a Hæc actio datur de peculio & de in rem uerso. hoc
dicit.

A D D I T I O.

a Meno. Si filius. Cuiac. lib. 3. obser. c. 7.

L E X XVI.

1 *Pupillus non tenetur negot. gest. nisi quatenus est factus locupletior.*
Filiusfam. effectus sui iuris, pro negotio ante gesto non tenetur, nisi quatenus sit locupletior.
2 *Gestionis initium & sic cōtractus inspicitur, & tota gestio dicitur unus quasi contractus. Una gestio vel plures distinguuntur secundum diuersitatem animi gerentis.*
3 *Conditione personæ mutata in negotio gesto, quādo & quomodo varietur condemnatio.*

Gestio

4 *Gestio facta per plura tempora est unus quasi contractus, nisi ueritas animi probetur.*

Qui tenet unam possessionem, uel terram contra ciuitatem plures annos, unum est delictum.

5 *Contractus uel quasi, unam producit actionem, plures contractus, plures actiones.*

6 *Sententia debet esse conformis libello.*

7 *Initium in delictis an inspiciatur, remissiue.*

a **§.Verba autem.** Istud edictum diuiditur in quatuor partes. Primo prouidet absentibus, vel iusta causa impeditis. Secundo prouidet contra eos. Tertio prouidet contra negligentiam magistratuum Quarto ponit clausulam generalem concedendæ restitutionis. Secunda ibi item si quis. Tertia ibi, cum ne magistratus. Quarta ibi, item si qua.

ADDITIO.

a Pom. Verba autem. vide Alex.in l.cum quidam, inf.de acq.hær.

LEX II.

Hoc edictum. Iurisconsultus tractat hic de ultima parte edicti.

LEX III.

1 *Minæ illatæ a persona verisimiliter timenda inducunt iustum metum.*

2 *Citatus ad locum suspectum non cogitur ire.*

1 **Metus.** Quærit gl.† an minæ faciant iustum metum? Gl.tenet hic, q. sic. per l.interpositas.C.de trãsactionibus. Et intellige, quãdo minæ sunt illatæ a persona verisimiliter timenda, vt a quodam tyranno, ut est casus in l.Fulcin.§.1.quib. ex cau. in pos.ea. vel ab alio homine pestilentioso.l.1.C.si quis Imperat.ma. Ita debet a intelligi.C.quod met.cau.l.metum. † Vltimo a gl.allegat istum tex- 2 tum, quod citatus ad locum ei suspectum, non cogitur ire, ad hoc, inf.ad Treb.l.de ætate.& extra, de rescrip.c.statutum.lib.6. Ad hoc inf.de legationib.l.sciendum.

ADDITIO.

a Barb. Vltimo. Adde Bar.in l.de ætate.Bal. in l.ex quacunque.sup.si quis in ius uoc. non ierit.

LEX XV.

a **Ab hostibus.** a No.quod bonis absentis constituitur procurator. Pro hoc l.1.inf de priu.cred. No.gl. quę incipit, & si, idest, quamuis, &c.

ADDITIO.

a Ab hostibus. vide quæ dixi in l.mutuo.§.fi.inf.de tut.& quæ no Bar.in l.ignorare in fi.C de rest.mil.Et ad istam gl.uide omnino Imo.in l.qui bona.§.si alienas.in uer.item addo in quantum dicit, quod si dominus, &c.de dam.inf.& uide Bart.in l.1.in prin.inf.de bo.auth.iu.poss.uide Ang.in consi.114.per Imo.in l.si quis instituatur hæres in diem, post Bal.& Ang.inf.de hær.inst.& ibi Pau.de Cast.

§.Non autem minus. Glo ponit hic bonam materiam, utrum ille, qui est natus apud hostes, sit spurius, vel habeat ius postliminii? Dic ut in ea.

1 *Dictio, postea, denotat modicum tempus.*

Testis, qui dicit Titium possedisse tanto tempore, & plus, quomodo probet, remissiue.

2 *Quando lex non distinguit, an distinguendum sit, remissiue.*

3 *Statutũ de absentib. vel aliter impeditis, intelligitur cum adiectione, posteave.*

Abesse etiam dicitur quis in illo modico tempore, quo se præparat ad eundum & num.4.

Et sic potest petere restitutionem.

4 *Negligens quis non dicitur in illo modico tempore dato ad se præparandum ad petendam restitutionem in integrum.*

5 *Restitutio ad quid impetretur.*

Restitutio est in pristinum statum repositio.

6 *Vsucapio si est completa in præsentia per modicum tempus, & sic domino negligente, an ei dabitur restitutio, ut tempus absentiæ subducatur.*

7 *Indefinita non æquipollet uniuersali, quando resultat prauus intellectus.*

8 *Negligens hodie, quando præsumatur retro fuisse negligens*

9 *Iudicium rescindens est officium iudicis.*

10 *Libellus an requiratur in officio iudicis rescindente, & litis contestatio.*

11 *Officium iudicis rescindens, quando incipiat competere.*

12 *Restitutio in integrum, intra quantum tempus petatur, & terminari debeat.*

13 *Officium iudicis rescindens ad quid detur.*

14 *Libellus in officio rescindente, quomodo formetur.*

Sed quod simpliciter. Bñ hoc intendit, s̃m lect. q̃ intẽdo tenere. Quod disponitur de tpe absentiæ, intelligitur de modico tpe, q. excurrit postea, si in eo quis non fuit negligens q arbitrio iudicis determinatur. h.d. cum l.se.& diuiditur in quatuor partes. Primo ponit dictum. Secundo illud declarat. Tertio illud probat per rõnem. Quarto illud deducit in practicam. Secunda ibi, vt si. s̃m lec. q̃ teneo Sed s̃m lec. gl. 2. incipit ibi, non q̃ñcunque. Tertia ibi, in l.non.n. Quarta ibi, totũque. In tex.ibi, accipiendum est.i.accipiendum est cum ista adiectione, posteave, s̃m Pet.sed s̃m gl.illa uerba erant in edicto, q non hẽmus. Iste §.legitur in 3.parte trib.mo. Duobus modis s̃m gl. Tertio modo s̃m Pet.& melius, & notabilius.in 3 parte legitur duo.mo in glo. In tertia & quarta parte nõ est uariatio aliqua. Legemus ergo per partes, postea examinabimus materiã. Op.ad principiũ, quia ista uerba, posteave, non reperiuntur in edicto. Sol.dicit gl.fateor, sed erant in quodam edicto, q non hẽmus, & erant q̃dam verba ut ponuntur in gl.super uerbo ꝑtor edixit q̃ vide, & illud quod gl.dicit, q si fuit absens per xx.ann.non tñ restituitur totum illud tp̃s.intellige. q̃ñ quis fuit læsus vsucapione triennii Licet.n.per xx an.fuisset absens tñ solũ triennium eum læsit, & sic solũ istud tp̃s restituitur. Secus si fuisset læsus in prescr.xx.ann.quia totũ illud tp̃s restitueret eadẽ rõnẽ, s̃m 1 hanc lec.no. Vide glo.q̃ no.est.† q hęc dictio postea, denotat modicũ tp̃s & sic inducitur ad q̃õ.de teste, q dixit aliquẽ posedisse tanto tpe & plus. Quã quęst hic examinat Gul.Ego examinaui in l. cũ fuit i.j.de in lit.iu.Cy.ponit in l.si quis in suo. C.de inoffi.testa.tetigi in

a l.& si post três.sup.si quis cau.† Secundo no.gl.hic,q vbi lex non distinguit,nos tñ distinguemus,q dic,vt in l.de ptio.de public.in rem ac.Secundo mõ legitur in gl.vt ista verba.posteave, essent posita in edicto posito in l.1.sup.eo,Et ad illa verba continuabantur, q totū diuinare est.Dicas ergo ſm Pe,q ista verba,posteave, non sunt verba edicti,sed Iurisc.dicentis,q edictum ē simpl'r positum, de absentibus,vel alio mõ impeditus,dēt intelligi cum adiectione,posteave,q̄ adiectio ad modicum tps refertur, & hæc lectura magis placet. Ex 3 quo no.† q vbicunque statuitur aliquid de absentibus,vel al'r impeditis,intelligitur cum adiectione,posteave,q est valde no.Et eadem rõne putarem esse dicēdum,q leges, quæ dñt absentem intelligi ab eo die quo incipit abesse.l.abesse,cum l.seq.inf.eo.dēnt intelligi,an postea,vel intra illud modicum tempus,quo se præparat ad eundum,p istum tex,& ar.l.si pecuniam.in prin.sup.de condi.cā da. Et hoc ēt dēt dici,q illud,q dr in l.diuus.sup.de integ.rest.q ille qui est læsus in vno die,intra vnum diem,dēat petere restõnem, itelligi pōt illud modicum tps,q sibi dat' ad præparandum se. ante.n.dr non negligens,casus est hic.Sum expeditus de prima parte,venio ad secundā 4 particulam. Ex quo no,† q modicum tps quo quis dēt se præparare,hr pro absentia,vt sic posset petere restõnē.& in hoc oēs ꝯcordant.† Sed ad quid impetraretur ista restõ? In hoc sunt lec.diuersę, 5 qa Bulg.& Io.dicebant restõnem ꝯpetere, vt subducatur de medio tps vsucapionis,ex quo cæpit abesse,siue sit primum,siue ſm,siue vltimum.Mat.Plac. & alii dicebãt restõnem peti ad rem ipsam,& sic glossabant ibi super verbo.restõnis.Pro Mat & sequentib.facit.ĵ.e.l.Iulia.§.eum quoque.& ĵ.de cond.cau.da.& l.si mulier.& l.licet.ĵ.de jure do.Pro eis vr casus inf.eo.l.ait prætor.§.item ei.In ꝯtrium vr casus pro Bul.& Ioã.sup.de proc.l.qui proprio.§.item quæritur vbi vr q dēant esse duo iudicia.Primum rescindens,quo tollitur obstaculum vsucapionis.Secūdum rescissorium.s.quo repetit res.Pro hoc vr casus ĵ.eo.l.si quis stipulatus,vbi restituitur actio,non res.Veritas est ista,restõ est in pristinum statum repositio.l.q si minor.§.restõ.§.o.2.Aut ergo per absentiam quis fuit læsus in perdenda possessione,& dñio,tunc per restõnem consequitur vtrunque,& erit vnū iudicium,ut ĵ.e.l.ait ptor.§.item ei. Aut per absentiā non fuit læsus in possessione,quia ante eā pdiderat, sed fuit læsus in perditione dñii p vsucapione &tunc restõ reponet eū in pristinū statum,vt hēat rei vendicationē,sicut primo. Non aūt restitueretur res,quia eam non hēbat.l.si qs stipulatus.ĵ.eo.Nunc ad propositum,in text.ponitur q ante absentiā quis pdiderat possessionē:sed vsucapio fuit cōpleta in absentia.vel intra modicum tps,vñ merito non restitueretur ad rē, sed vt subducatur obstaculum vsucapionis de medio. Et sic est vera opi.Io.& Bul.per istum tex.hic in l.nostra. Ex pdictis hēs modū formandi libellum,q ĵ.c.arius dicā. Venio ad tertiam partem.hic dr, b q ille.qui differt,& est negligens,non dēt audiri, b q̄ro quō hoc in6 telli'r? Pone† vsucapionē ꝯpletam esse in pñtia per modicum tps,& sic dño negligēte,an ei dabitur restõ,vt tps absentiæ subducatur? In c hoc sunt opiniones inter glossatores nostros pdictos.Dicebāt Mar. Pla.& Old.nullo mõ restituendū,& hoc probant ex isto tex. qui dicit simpliciter,eū qui differt restõnem,non esse audiendum. Ioā. & Bul.dicebant eum esse restituēdū, vt subducatur tps absentiæ de medio,& tñ minus,quantū fuit illud,q cucurrit in negligentia, & sic intelligunt hic.dū dr eum.qui differt restõnem, non restituēdum,s. ad totum tps. Gl.nostræ tenent opinionē Io.& Bul.hic,& in l.q tēpore.C.de test.mil.& inst.de act.§.rursus, & Dyn.ibidem idē tenet. Pet.in d.l.q tpe,tenet opinionē aliorum, & Cy.sequitur eū,& Gul. hic.& ēt Iac.But.tenebat gl.nostras. Videamus ergo rõnes pro vtraque parte,Et ad examinandum istā qõnem.primo ponā rõnes, q̄ faciunt pro Mar.& ad eas ēt singul'r rñdebo. Scđo ponā rõnes Ioā. & ad eas ēt singulariter rñdebo. Tertio ponam rõnes & solutiones Doctorum,& eas damnabo.Quarto & ult.dicam,& ponam quid mihi videbitur.Et iste §.facit pro opinione Mar.qui dicit,non restituendū simpl'r.Et gl.respondet non restituendū,s.ad totū tps,sed ad tantum minus,q̄tum in pñtia fluxit.Contra hoc facit,quia tex.dicit simpl'r, 7 non audiendū,q † æquipollet vt i.l.si plurib.ĵ.de le.2. Sol.hoc verū, nisi resultaret prauus intelĺs,q esset,vt patebit ex rõnib.ꝯriis. Scđo negligentia circa vnum,nocet circa aliud,vt in q̄rela,in qua adhibita negligentia priuat hęreditatem.Idem in negligentia adhibita circa petendā bo.pos.l.scimus.in fi.C.de inoff.test.Sol.ibi loquitur in volentib.acquirere:secus aūt in perdentib.l.item si res,in prin.& q ibi notatur,de alie.iu.mut.cā fac.Tertio vr casus ē.prox.§.si damni.vbi negligentia adhibita in scđo decreto dato in pñtia, priuat restõnē, q̄ ꝯpetebat ꝯ primum decretum datum in absentia.Rñ.ibi fuerunt duo,s.negligentia partis,& factū iudicis,q factum iudicis partis esse vr,l.1.C.si in cau.iud.pign.& C.de euict.l.si ob cām,& ĵ.de euic.l.si plus,§.1. Hic vero fuit vnum tñ,s.negligentia partis. Quarto tēpus ꝯputatur a die reuersionis,C.de tem.in integ.rest.l.fi.Sed computando tps isto mõ,non posset petere restõnem in integ.ergo,&c.Sol.gl. q ibi dr a die reuersionis,subaudi,& læsionis cōpletæ,ſm gl.ibi positam & ēt hic,& sic tps restõnis adhuc restat. Quinto postquā fuit præsens potuit agere per se,& sic erat tutus iure cõi. & sic nõ datur ei rest.l.in cāæ.sup.de minorib.Rñ.illud verum,nisi in perdendo illo iure fuerit læsus,vt l.1.& l.fi.in prin.sup.de dolo. Læsus autē fuit pp tempus primæ absentiæ,quæ si non fuisset,non esset cōpleta vsucapio.Sexto,ille non debet restitui,qui eodem modo fuisset dãnificatus.si pñs fuisset negligens,l.pe.ĵ.eo. sed iste est huiõi, quia psupponitur q olim fuerit negligens,cum hodie sit negligens.l.si hi qui. C.de adul.& ar.l,cum quis.C.de naturalib.liber. & l.mouetor.C.si seruus exportan.ven.& l.1.§.si magr̃atus.ĵ.de magistra.conuen.Et ista fuit rõ Gul.Sed rñdeo,q in l.si hi qui,& l.cum qs.sunt casus spā8 les. Ad illud vero † gñale,q retro psumitur tale fuisse.rñdeo,q non procedit,qñ pñs status habet retro p aliquod tps ꝯtrium, necessariā ꝯñtiā,seu voluntatē.Exemplū,licet hodie sit serua, non tñ psumitur retro fuisse serua quia retro,est dare de necessitate aliqđ tps, q retro fuit libera.l.sicuti.§.sed si q̄rat'.si ser.ven.& no.per gl.& Doc.in l.si prius.ĵ.de no. ope. nunc.Idem in seruo, licet sit fugitiuus.hodie non presumitur,q retro fuerit fugitiuus,l.4.ff.de proba.quia de necessitate est dare aliqđ tps,saltē infantiæ,i quo nõ fuit fugitiuus.ita dicebat Old.in l.1.§.si magistratus, ĵ. de mag.conue.Ita in proposito,licet fuerit hodie in negligentia,non psumitur retro fuisse negligens,quia est dare aliquod tps,in quo nulla negligētia possit imputari,saltē tps infantiæ.Septimo,qa q est negligens in maiori,præsumitur in minori,l.2.C.ne fideius.do.den.Qui.n. vult dare vigintiquinque,vult dare decē.l.1.§.si stipulāti.10 fi.de verb.obl.Sed iste fuit neglīgēs in vltimo tpe,q est plus,ergo &c. Rñ.q pdicta sunt vera circa idē tps,sed hic est diuersitas tpis q̄ tollit ꝯtrium.Octauo,finis fiendi dēt inspici,vt ex eo colligat' vtrū restõ dēat dari,vel denegari.l.3.§.scio.s.d min.Rñ.ex his q̄ ibi dixi apparet solo. Nono restõ debet concedi,q p hoc non pjudicetur alicui actui, aduersus quē nõ debet dari restõ.l.3.§.sed vtrū.de minorib.Sed si daret' restõ,vt subducat' tps q curreret in absentia, destruet' pscriptio, q̄ est ꝯpleta in pręsentia,ergo fieri non dēt.Sol.illud q dr in §.sed vtrū,loquitur in his q̄ separabilia sunt secus si sunt ꝯnexa.& inseparabilia.C.si i cõi eademque cā.l.1.sed hic est huiõi,ergo &c. Præterea nõ pjudicat' illi tpi.q cucurrerit in pñtia,q tãto minus de tpe restituitur. Venio ad ſm.s.p Bul.& Io.& p eis vr casus C.de resti.mil.l.quo tpe.in eo q dicit,medii tpis.Rñ.ſm Mar.aliter,vbi ponit' casus,vt ibi notatur & sic nõ facit p eis.Scđo vr casus in l.cum miles. in prin.ĵ.eo.q̄ videtur hoc expresse dicere,& est forte art.ad hoc.Sed rñdēt illi,qui tenēt opinionē Mar.q ibi non possit imputari negligentia dño, qa erat absens hrs,vel nõ apprehenderat possessionem, vel dñs ignorabat.Tertio probatur p l.nec nõ.§.si quis sæpius ĵ.eod.vbi vr casus. d Sed rñdeo q ille §.est dubius,& aliter intelligi pōt,vt ibi no.Quarto q quia pæna non dēt egredi delictum.l.rescriptum,ĵ. de his quibus vt indig.Sed fuit negligens in parte tpis,ergo non debet in toto puniri.Sed potest rñderi,q in toto vr negligens,qa illud tps q pcessetat,nullā læsionē fecerat,& sic perinde esset,ac si amisisset actionē quæ ab initio tanti tpis fuisset. Venio ad tertium & pono determinationem Doctorum.Dy.dicit opi.Io.& Bul.esse veram.l.fi.in fi.C. de temp.in integ.resti.vbi dicit quod est casus. Sed Pet.rñdet,q illa intelligit',quando prescriptio cōpleta est in absentia,q est diuinare. Tu rñde aliter,q ibi loquitur in tpe petendæ restõnis, qđ est vtile quo ad hoc, vt in absentia non currat,vt ibi patet. Vnde in absentę ipso iure nõ currit,nec ibi loquit' de restõne,sed si curreret,& finis præscriptionis caderet in tps pñoæ,tunc non restitueretur,tenendo opinionē Mar.qa cessat æq̄tas,vt hac lege dr.Alii,ut Gul.de Cu.tenent idem.s.opi.Bul.& Io.per auth.quod si quis.C.de præscr.lon.tēpo.& in corpore vnde sumitur, vbi licet pręscriptio compleatur in præsentia,nõ tñ perdit priuilegium, q habebat pp absentiam.s.qđ tps duplicetur,& sic ibi vr casus.Sed rñdeo q ibi ipso iure nõ currit,& ideo nõ q̄ritur de restõne.Si.n.cucurrisset,non daret' restõ,qa cessat æquitas,ſcđm Mar.Alii,vt Iac.But.tenēt idem.s.opi.Ioan.& Bul.s.q oē tps absentiæ subducatur.l.nec nõ.§.si quis sæpius.ĵ.eod.& probat p rõnem.Nam solum tps præsentię non potuisset perficere vsucapionem,sed cum alio s.inmixto tpe absentię,sicut in legatis.Nam prima legata sine vltimis,non excedunt Falcidiam,& propter vltima oīa defalcantur,vt ĵ.ad legem Falc.l.pænales.§.annua.& l.in q̄titate.§.sed & legata.& q ibi no C.de inoffi.don.l.1.sed pt rñderi,qa hoc non vr gñaliter verum:nam eo ipso, q cucurrit aliqua pars tpis,illa operatur effectum suum,qa actio est effecta minoris vitę,vt statim dicam.Alii vt Pe.& Cy.sequendo eum tenent opi.Mar.p hanc l.in fi.& probant per rõnem,q̄ iam tetigi. Tps vero,qđ currit in absentia,facit actionē minoris vitæ.& in hoc læsus est absens.Sed aduersus istam læsionem nõ pōt restitui.l.pr qui castrēse.ĵ.de castren.pec.& l.qui bis,ĵ.de verb.obl. Si ergo cōpleta est vsucapio in pñtia, perinde est,ac si ab initio habuisset actionem tantæ vitæ,q̄tæ in præsentia pdidisset.Nõ ergo dēt restitui,quasi tota præscriptio i psentia cucurrisset.Sed certe licet illud dictum Pet.sit verū aliquo casu,tñ nõ est verū gñaliter, vt statim dicā, ponēdo sol.q̄ teneo.Odof.voluit concordare istas opiniones, dicens. Aut reuersus ignorat rē suā vsucapi,& hēt locum opin.Bul,& Io. aut sciuit,& habet locum opin Mar. & sequacium. Hoc tenent Iaco.de Are.& Cy.

ADDITIONES.

a Modicum tempus.Vide in l.quod tepore.C.de rest.mil & ibi per Dy.& Bal.quæ probatio requiritur in primo iudicio,an sufficiat summaria.

Meno.Vide Barba.consi.vlt.col.12.in fi.l b.3.

b Meno.Debet audiri.Ponit Ias.in §.rursus.nu.57.Insti.de actio.

c Dicebant.Vide Pau.de Cast.in l.diuortio.§.non solum.inf.sol.mat.ubi refert,qđ illa opi.communiter tenetur.

d Meno,Quarto.Balb.de præscri.1.par.princ.q 6.in fi.

a &C. Sed hoc mihi nõ placet, quia si tota præscriptio cucurrisset in pñtia propter iustam ignorantiam restitueretur, vt no. in l. cum filius.§.in hac. ff. de ver.ob.& per Dy.in l. ad diem.eo.or. & in cap. si b quis in ius, extra de re iu. lib.6. Venio ad quartum. s. ad opinionem quã teneo. Pro cuius euidentia dẽtis scire, q quædam sunt præscriptiones, in quib. quęlibet pars tpis operatur effectum suum, vt præscriptio, q̃ currit ↄ̃ actionẽ personalem, per quam principaliter reo nihil quæritur, sed actor perdit actionem suam per suam negligentiam. l. sicut. & l. cum notissimi. C. de præscr. 30. vel 40. ann. & in his procedit determinatio Pet. quam s. tetigi, quia ad illud tps, quod in absentia cucurrit, restitui non potest, & ad illud, quod currit in præsentia, non restituitur, quasi actionem tantæ vitæ perdiderit, vt dictũ est. Pro quo vr casus s. de min. l. fi. & in his procederet opi. Mar. & sequacium. Quædam sunt præscriptiones, quæ non operantur effectum suum in qualibet parte tpis, imo nullo modo operantur, nisi toto tempore completo, vt in præscriptione contra dominium alterius: non. n. quæritur mihi præscribenti aliquid de dñio, nisi toto tẽpore decurso. l. vsucapio. ff. de vsu. & C. de præscri. lon. temp. l. super longi. Nec exceptio quæritur contra dñm, nisi toto tpe decurso l. si quis emptionis. C. de presc. 30. ann. Et ex his apparet, quod in omni die vsucapionis fuit læsus. Debet ergo subduci tempus absentiæ. Et hoc probat text. optime in d. l. cum miles. ff. eo. & l. quod tempore. C. de rest. mil. non cauillando litteram, & l. nec non. §. si q. sæpius. ff. eo. Nunc ad propositum in § nostro est verior lect. Ioan. & Bulg. quia loquitur in præscriptione rerum, quod apparet, cum dicit, si inchoata sit bonæ fidei possessionis detentio. Quod intelligo verum, nisi tantum tempus cucurrisset in præsentia, quod absorbuisset tempus petendæ restitutionis, vt statim dicam, cum quæram quando istud ius incipiat competere.

c **His expeditis,** Quæ pertinent ad lec. venio ad materiam, quę hic tractatur in gl. Et debetis scire, q est duplex ius. s. offim rescindens, & istud est in integ. rest. quæ postulatur. Est & aliud, qd dr iudiciũ rescissoriũ & istud vocatur actio rescissoria, quæ intentatur post habitã restõnẽ in inte. de qua in l. nec nõ §. exẽplo. ff. e. & l. fi. C. e. & l. ab hostib. de cap. & postli. reuer. & Inst. de act. §. rursus. De primo videamus. s. de offõ rescindendo. Circa qđ q̃ro primo, quid sit. Scđo, qñ competat. Tertio ad q. Quarto 9 intra q̃ tpa. Ad primũ. † dñt quidã, q istud iudicium rescindẽs est d actio rescissoria, & hoc tangitur paulo ante fi. gl. sup verbo restõnis ibi, sed quidam d. cũt maiorib. iure actionis subuenire, asserentes rescissoriam statim eis reuersis dari. &c. & fundant se per legem fi. C. eo. vbi innuitur, quod statim isti rescissoriæ præscribatur, ergo est nata. Sed dic q ibi præscribitur, hoc est eius natiuitas impeditur, sed currit tps offõ rescindendi, hoc est bñficio petendi restõnem in integ. Dicit ergo gl. hic, q hoc est offm iudicis, q impertatur a prætore viuo, qui dat gestõnem authoritate edicti prætoris mortui ad instar minoris. s. de min. l. q si minor. in fi. qua restõne habita intentabitur rescissoria. Istud est verũ, q est offm fm oẽs Doct. vt probatur p tex. in l. si q. s stipulatus. ff. e. Et ego probo per rõnẽ, nam qñ verba edicti referuntur ad iudicẽ, tũc ex illo edicto inducitur offm iudicis & ad ipsum iudicis offm recurritur, vt patet in edicto de minorib. vbi dr, vnoque quæ ea res erit animaduertã. Ex quo oritur offm iudicis vt in d. l. q si minor. s. de minori. in fi. & no. in l. si soror. C. de col la. facit l. t. in prin. ff. de colla. bo. Dixi plene in l. j. ff. de cõd. ex lege. & l. 3. de a [illegible] ver. quæro quo iure. vbi vr casus. Sed istud edictũ est 10 huiõi. dicit. n. si qua mihi iusta cã videbitur, &c. † Sed quæro, quale sit istud offm iudicis, vtrum requiratur libellus, litis ↄt. & similia? e Inn. extra, de in integ. rest. c. cũ ex lr̃is. vr dicere, q aut istud offm. s. restõ, imploratur circa illud, quod factũ est extra iudiciũ, & tũc requiritur libellus, litis ↄt. & sitia, vt in c. fi. extra, de off. iud. Et hoc est qđ dr, restõ debet dari cã cognita. l. in cãæ. §. cã cognita. de mino. Aut petitur aduersus sñiam, & tunc põt expediri summariè, vt in offõ iudicis. Primum placet. Sed in hoc vltimo ego dicerem sic. Aut restõ petitur aduersus aliquod factum in iudicio, præterq̃ aduersus diffinitiuam sñiam, & tunc sine libello & litis ↄtes. fiat summariè, vt d. c. fi. Sic intelligo l. diuus. ff. de in integ. resti. & quod no. in l. fin. C. vbi & apud quem. Si vero petitur aduersus diffinitiuam sñiam, tunc puto q dẽt dari libellus, & lis contestari. Quod apparet, quia in integrũ restõ & applõ æqparantur. l. præses, s. de mino. sed in cã applõnis, q̃ agitatur vtraq; parte pñte, dẽt lis ↄtestari l. 1. C. ne liceat in vna eademq; cã tertio ꝓu. ergo & in ista restõne. Præterea hoc ꝓbat in l. minor autẽ magistratus. § j. s. de min. vbi apparet, q qñ petit restõ aduersus sñiam debent cãæ inseri, & nõ obscure, & incolorate peti. Ergo apparet q dẽt fieri solẽniter. Præterea cum restõ in integrũ possit peti corã alio iudice superiori, qs diceret hoc fieri per offm iudicis mercenarium actioni deseruiens, cũ de prima cã cognouerit. Certe non video, quia illud, qđ dixi de li. conte. intellige qñ hæc cã agitatur qualibet parte pñte. Si vero agitatur parte absente, tũc posset perueniri ad diffinitiuã etiã lite non conte. q tangitur hic in gl. ibi, & quia tñ in primum statum restituitur, vr quod etiam absente parte altera possit dari &c. Quod intellige, vt plene no. per Doct. C. si vt se ab hær. absti. auth. si omnes. in vlt. quæstio.

11 **Venio ad secundum,** Scilicet quando incipiat † competere istud offm iudi f cis. Gl. hic, & in l. fi. C. de temp. in integ. rest. rñdet, q a tpe reuersionis, subaudi, & læsionis cõpletæ. Et ex hoc sequit vna talis ↄ̃tia. Pone, q incępta est præscriptio 30. ann. me absente p annum, postea reuertor & sto pñs 41. annis. Certe finita præscriptione potero petere restõnem ad illum annum, q cucurrit in absentia. Ita tenet hic gl. circa fi & ibi. itẽ si fuit absens primo anno, &c. vide gl. Item ex hoc vr, q si ↄ̃ minorẽ 25. ann. vlt. anno inciperet currere præscriptio 30. annorum, q finitis 30. annis posset petere restõnẽ in integ & sic cũ esset 55. an. vel 65. si poneremus in p̃scriptione xl. an. vt no. in l. fi. C. de tẽp. in integ. rest. peten. & l. fin. C. de præsc. 30. vel 40. an. Iac. de Are. & Pet. hñt hoc pro inconuenienti, vt no. in l. fi. C. de temp. in integ. rest. 10 s. q. Nec mirum: cum. n. ipsi teneant opi. Mar. s. q qñ p̃scriptio completur, & currit in pñtia, non restituitur aliquo mõ, vt s. dixi, merito ista qõ non ꝓcedit, sed procedit illa qõ, tenendo opi. Io. & Bul. Do. Iac. Bu. Inst. de act. § rursus. tenet gl. simplr, & plus non examinat. Gul. de Cug. qui tenet opi. Bul. & Io. vt vidistis, dicit, q aut tps, quod currit in pñtia, est minus quadriennio, & põt dari restõ. Aut est plus quadriennio, & tunc secus, ne sit melioris ↄ̃ lõnis ille q plus est negligens, q̃ ille qui minus est negligens. Ille. n. ↄ̃ quem tota p̃scriptio cucurrit in absentia, hẽt quadriennium, & non plus: ille vero, ↄ̃ quem modica cucurrit in absentia, vel pñtia possit hr̃e 25. annos, quod esset inconueniens fm istam opi. Tempus, quod currit in pñtia, operatur duos effectus. s. quod complet præscriptionem & q absorbet tps petendæ restõnis in integ. Hoc vr ↄ̃ casum l. nec non. §. si qs sæpius. ff. e. vbi dr q si quis sæpius cã rei publicæ abfuit, ex nouissimo reditu tempus restõnis esse computandum. Prout. n. ibi loquitur in tpe petendæ restõnis, vt ibi dixi fm Iac. de Are non debet computari ex nouissimo reditu, imo tẽpus primi reditus minueret de tpe petendæ restõnis in integ. fm p̃dictam opi. & sic opinio Gul. vr ↄ̃. casum dicti §. Mihi vr sic dicendum. Qñq; præscriptio habet duo tpa, qa cœpit in pñtia, & finitur in absentia: & tunc fateor, q currit tps a die reuersionis, seu restõnis. l. fin. C. de temp. rest. in integ. fm oẽs. qñq; cœpit in absentia & finitum est in pñtia, & tunc fm Mar. & sequaces, ista qõ non hẽt dubium, qa non datur restõ, fm nos, qui tenemus restõnem dari. Aliquo casu procedit dubium, quo casu dic, aut erat in potestate mea, qui sum reuersus, ne finiretur læsio incępta, quia poteram agere, litem contestari, & similia: tunc puto veram opi. Gul. s. q si cucurrit in pñtia tm tps, quantũ est quadriennium, hodie non restituatur. Si cucurrit minus in eo tpe, quod restat, põt petere restõnem. Hoc patet p rõnem. Hoc ẽt probo, qñ negligentia adhibita in vno tollit id, quod est cã alterius beneficij, tunc negligentia nocet in illo beneficio. l. fi. C. de his qui a non dño ma. & no. l. item si res, in prin. ff. de aliud. mu. cau. fa. Sed hic, cã restõnis concedendæ ↄ̃ præcedentem præscriptionem, quæ currit in absentia est æquitas, quia ille non potuit se iuuare. Causa quare non datur restõ ↄ̃ præscriptionem, q̃ currit in pñtia est, qa vr ↄsentire, & alienare. l. alienationis. ff. de verb. sig. & iõ per illam patientiam præiudicatur ẽt in tpe petendæ restõns. Ad qđ optime facit s. proxi. §. si damni. Præterea, video in filio instituto sub ↄdõne ptãtiua, si negligit implere ↄdõnẽ, & si reperit se lęsũ & p̃teritum, non põt conqueri, qa in ptãte sua erat ne lędetur. Liuus quoque. §. j. & 2. ff. de hær. insti. Ita hic cum in ptãte sua erat, ne læderetur læsus non dẽt audiri. Pro hoc facit, quia sequerẽtur inconuenientia illa, quia peioris condõnis esset minus negligens, q̃ plus & quod plus de tempore haberet ille qui plus negligeret, q̃ ille qui minus, quia absurditas dẽt euitari licite oportet. § aliud. g ff. de excu. tu. Si vero non erat in sua ptãte impedire, ne læderet, tũc procederet gl. & tps inciperet currere a die læsionis completæ, si per mille annos differret, l. j. §. annus. ff. qñ act. o de peculio est annal s & l. bouem §. pe. de ædi. edic. Exẽplum, pone q testãr me substituit filio suo post mortem suam sub ↄdone, si intra annũ a die mortis testãris dã ẽ decẽ Titio. modo intra annũ, qa eram absens cã reipublicæ, nõ dedi, adhuc non sum læsus, quia non extitit ↄdõ substitutionis. Certum est, quod ↄdõne penitus debeo restitui. ff. eo. l. Iulianus § cũ quoque ẽt si multum differatur cõditionis euentus vltra quadriennium. d §. annus. & d. l. bouem. §. pen. Prædicta vera, nisi læsio contingeret ex sententia iudicis: tũc enim receptum est propter vtilitatem, vt a die latæ sententię currat tempus, non expectato conditionis euentu. ff. quando app. sit l. j. §. biduum. Quandoque præscriptio habet plura tpa, qa fuerunt plures

ADDITIONES.

a Non placet. Adde Bar. in l. Aemilius. sup. de min.
Ruer. Et sic videtur sibi ipsi CONTRARIVS, vt ibi no.

b P. Scilicet ad opi. Sed Bar. in d. l. quod tempore, tenet opi. Bulg. indistincte.

c Ruer. Ad materiam. Adde circa istam materiam Ang. de Are. & Ias. in §. rursus. Insti. de actio.

d Pom. Ad primum. Vide Ias. in §. rursus. Inst. de actio. vbi declarat.

e Vtrum requiratur. Et vbi proceditur officio iudicis, an requiratur litis contestatio. vide per Ant. post Inno. in c. quoniam frequenter. §. sunt & alij, vt li. non contest. & quod no. Bar. in l. 1. §. fi. de va. & extra. cog. Facit quod in inquisitione dicimus, an lis contestetur. Et vide etiam in d. l. diuus. & no. Bal. in l. fi. C. de temp. in integ. rest. & quod no. in rub. de interrog. act. per Bal. in l. 1. sup. de iurisd. om. iu. & ibi per Cy. in vlt. q.

f Meno. Officium iudicis competere. Rui. consi. 139. no. 26. lib. 2.

g Impedire ne læderetur. Ad hoc vide omnino per Mod. post Bar. in l. 1. §. biduum infra quando app. sit.

res absentiæ, vna præsentia, & tunc tempus computatur ex die vltimi reditus d.l.nec non.§.si quis sæpius.J.eod. Tempus.n.alterius pñuæ non absorbet tps petendæ restõnis. Rõ, quia non potest dici fuisse negligens licet aliquo tpe steterit quod non fuerit ɔquestus: forte cogitabat, vel præparabat se ad litigandũ, sed pp nouam absentiam fuit impeditus. Vnde tempus primæ absentiæ non attenditur propter nouum casum absentiæ l.& in totum, J. de impen. in reb.do.fa. Et ista potest esse ratio dicti §. si quis sæpius.

Venio ad tertium, & quæro, intra quæ tpa? Et dico olim intra annũ vtilẽ, hodie intra quadriẽnium ɔtinuũ.l.fi. C.de tẽp.in integ.rest. qd est verũ, ẽm glossatores nr̃os quñ restõ petitur aduersus ɔctũ, vel aduersus lęsionẽ cõtingentẽ ex tpe maiori quadriẽnio. Sed si peteretur aduersus læsionẽ minoris tpis, tũc illud.s.restõ dẽt peti intra tñ tps, quñ illud Terminari aũt dẽt intra quadriennium. Ita tenet gl.hic, & examinat latius.J.eo.l.sed & si p ptorẽ.§.quoties.& S.de mi.loterdũ & S.de in intc.rest.l.diuus.& l.fi. Alii dñt, quod ĩ p intra quadriennium. Et istã opinionem tenet Ia.Bu.Pet.& Cy.q̃ refert multum late.C. de tẽp.in integ.rest.l.fi.in 6.q.Io And. dicit, quod de ipsa opi. est casus extra, de in integ. rest.c.1.in cle. vbi põt peti restõ intra quadriẽnium, ẽt aduersus lęsionem minoris tpis. Ego teneo opi.gl.nostræ, p rationes, & leges allegatas per eam in l.sed & si per prætorẽ. § quoties.J.e. q̃ rõnes vrgẽt. Ad dictũ c.1.rñdeo, quod est casus ibi pro ista opi. Debes o. scire quod minori nõ currit tps petendæ restõnis integ.l.fin. C.de temp.in integ.rest, pe. sed ecclesia semp est minor. Ergo videbatur quod nunq̃ curreret sibi quadriẽniũ, pp qd statutũ fuit, vt ecclesię curreret quadriẽniũ a die læsionis in c.1. de in integ.rest.in 6.& sic in tpe quadriẽnii tractat vt maior. Ideo insurgebat dubium, vt qñ minus tps daĩ ad petẽdũ restõnẽ, vt puta aduersus lęsionẽ minoris tpis, an ecclesia sir dẽat hr̃e minus tps sicut maior? Et rñdetur, vt in c.1.ex̃, de in integ.rest lib.6. qd nõ: imo ecclesia sp hẽt quadriennium cõtinuũ, siue aduersus tps maius, siue minus. q.d. licet in alio maiore sic distinguat, volumus illam distõnem nõ hr̃e locum in ecclesia. Ad aliud inconueniens, qd datur pone, quod qs est læsus in vna die, ergo in vna die habebit necesse petere restõnẽ. Illud vr̃ inconueniens? Rñdeo, quod debet proponere vna die subducto quodam modico tpe an, qd datur ad pparandũ se, vt dixi S. circa principium, & subintelĩr, ante ve, sicut post ea ve. † Quarto quęro, ad qd

13 competat istud officiũ iudicis? Rñ. hic in gl. circa lec.§ sunt opi. tã in prima quam in secunda magna gl. Nam qdã dñt qd datur, vt restituatur possessio. Quidam dñt, qd daĩ ad hoc, vt tẽpus vsucapionis subducatur de medio, vt S. vidistis. quod tangitur in l.qui pro prio.§.itẽ q̃ritur S. de proc.& per Cy. in l.quod tpe. C.de rest.mi. in 4.q.& per Dy.& Ia.Bu. in l.rursus In st.de act. Tu dicas latius, & ad euidentiam præmitte, quod illud restaurat restõ, quod abstulit læsio l.quod si minor.§.restõ.S.de min. Qñq; ergo propter absentiam, ætatem, vel aliam instam causam quis lædit, quia perdit possessionem tñ, & tũc ad illud dẽt peti restõ.l.ait ptor.§.item ei.J.e. & tunc non habebit aliud necesse probare, nisi pp absentiam se pdidisse possessionẽ, vt ibi. Qñque quis priuatur dñio, vel actione sibi ɔpetente, & tũc restituitur, vt illa præscriptio, vel aliud obstaculum de medio subducaĩ, vt hic, & l quod tpe, de rest.mil. ẽm opi. Io.& Bulg. Qñq; quis læditur pp absentiam, vel aliam cãm in possessione, & proprietate, & tunc restituetur ad possessionem, & proprietatem. Et ita põt intelligi alia opinio posita super hac l. Et ita intelligitur gl. in d.l.qui proprio.§.item q̃riĩ. Qñque quis lęditur, quia non acquirit, & tunc non restituitur, vt acquirat, ita qd actio restituitur per prætorem, vt l.si qs stipulatus J.e. Et sic ɔpe-

14 tit restõ ad illud ĩ quo læditur. Et ex his † habes quaĩr libellus fieri dẽt fieri, vt ponantur causæ explicitæ.l.minor autem magistratus. S de mino. Nunc haberemus videre de secundo. s.de actione rescissoria, seu de iudicio rescissorio, quod per se esset vna alia repetitio, de quo forte dicam in l.nec non.§.exemplo.J.eo.

CONCORDIA.

Pro ɔcordia. Aduerte, qd Bar.in hoc §.sed qd simplr̃.vult, qd remedium rescindens, quod datur ad rescindendum obstaculum pscriptionis, dẽat peti de necessitate, anteq̃ intentetur rescissoria nec ante competit rescissoria. Contrarium tñ voluisse allegatur in l.in honorarii.§.sed cum rescissa.J. de act.& obl. Sed pro concordia in veritate Bart. in d.§.sed cũ rescissa, nõ tenet ɔtrium indistincte, sed distinguit, aut loquimur qñ præscriptum sint in actione reali, & tunc vera sit opinio cõis, & quod dixit in hoc §. sed quod simpliciter. Et rõ est, quia dñs tunc perdidit omne ius suum, ergo non adest aliquod fundamentum, vbi radicetur iudiciũ. Aut loquimur in actione personali præscripta, quo casu remanet adhuc fundamentum, ex quo potest fundari iudicium. Ideo nimirum si potest agi sine illa rescisione, & sic non contradicit.

LEX XVII.

1 *Error iustus licet habeatur pro titulo quo ad præscriptionem, non tamen quo ad excludendam petitionem hæreditatis.*

Iulianus. Miles absens restituitur aduersus possessorẽ hæreditatis, vel emptorẽ ab eo, si adeat: alias secus. h.d. Op. ad istã legẽ miles est tutus iure cõi, quia ppetuo põt adire vsque ad 30.ann.l.licet. C.de iure delib. ergo non est necessaria restitutio. Gl. legit duob.mo. Primo, quod hic miles fuit institutus sub ɔdõne ptãtiua, si aliquid fecerit intra certũ tempus, quod quidẽ non fecit pp militiam, iõ adire non põt absque restõne, & iõ petit restõnem. Vide gl. Mirandum vr̃ quod gl. dicit. Nam si debebat impleri ɔdõ intra certũ tps, & sic erat ɔdõ ptãtiua, si nõ stetit p eũ, hr̃ p impleta, vt l.quæ sub ɔdõne.§.quoties.J.de cõd.inst.& l.iure ciuili.de ɔd.& de.& sic non est opus restõne. Sol. Dicit gl. quod si miles sciuisset se institutũ sub dicta condõne, & potuisset eã implere, non tñ de facili pp impedimẽtũ militiæ. Igitur, qa qd poterat, ñ fecit, currit tẽpus, sed restituiĩ. Simile no.ĩ l.1.C.de rest.mil. & ibi dixi vobis plene. Scd̃o mõ legitur. Dicit glo. posito, quod possit adire de iure cõi, tñ petit restõnẽ nõ vt adeat, sed vt possit vẽdicare res vsucaptas. Contra hunc scd̃am lec.op. quod hæc lex non pcedat, qa petitio hr̃ditatis nõ datur ɔ titulo possidẽtẽ.l.1.ff.J.de pet.hær. Iste ergo possessor aut non hẽbat titulũ, & nõ pręscribit longo tpe. Aut habebat titulũ, & tũc non põt ẽt cõueniri de iure cõi, petitione hr̃ditatis, absq; instãtia militis: nec põt dicere, quod hic loquatur de pręscr. 30.an. seu longissimi tpis, ẽm gl. qa ista erat incognita ẽm illa tpa, quod no. Idem no. in l.q occidit J.ad le.Aquil. plene dixi in l.in oĩb. J.de ac.& obl. Ad ɔtriũ rñdet gl. notabiliter, & intelligas qd hẽbat iustã cãm credẽdi se hr̃dem, & sic hr̃ pro titulo quo ad vsucapionẽ, & præscriptionẽ,

1 l.Celsus. de vsucap. No. hic diligenter, † quod licet iustus error hẽatur pro titulo, quo ad pscriptionẽ, vel vsucapionẽ. non tñ hr̃ p titulo quo ad excludẽdã petitionem hr̃ditatis. Scd̃o op. quod emptor nõ possit conueniri, quia est habiturus regressum ɔ possessorem. l.sed & si.§.item si rem.J.de pet.hr̃d. Sol. intellige, quod non erat habiturus regressum contra possessorem, vel possessor erat malæ fidei.

1 *Doctor, qui debet habere salarium annuũ, si abest causa Reipubl. nihilominus habet salarium.*

§. Eum quoque. Absens causa Reipub. restituitur, vt periode percipiat cõmoda ac si pñs esset. h d. Vel sic. Absens restituitur. vt capiat legatum quod amisit

a propter conditionis defectũ. h.d. Quæro pro declaratione, ad quid restituetur. Gl. dicit, vt pecuniã capiat, nõ ãr vt restituatur actio qa non amisit. Quidã alii moderni dñt, quod restituatur actio, non.n. est læsus in pecunia, sed in hoc, qa deficit conditio, ideo restituitur ad hoc, vt hẽatur p impleta, & ex hoc competeret actio quod ergo hic dr̃, restituitur.s. vt legatũ capiat sibi relictũ, & sic cõpetit actio p eo. Op. si nõ steterit p eũ, hr̃ pinde ac si esset in Italia, ergo de iure cõi põt petere legatu.l.q cõcubinã.§.vxori.J.de le.3.& de cond. & de.l.si q̃s ita. Gl. soluit ɔcedẽdo ɔtriũ, quod hic restituitur de iure cõi. Vel dic, quod impediebatur p aduersarium vere. Tu tñ dic, quod

b hic loqtur in casu, in quo impediebatur esse in Italia, vñ nõ dẽbat hr̃e legatum, qa alterius fauore erat hoc adiectũ.l.Seio.in prin.J.de an.leg.& de ɔd.& de.l.illis libertis.& quod no. C.de le.l.1. pp priui-

1 legiũ tñ militis restituitur, vt hic. † Vltimo ista lex facit p Doctori. q debent hr̃e salarium annuum, nam si absunt cã Reipublicæ, nihilominus debent hr̃e salarium. Ad idem l.si quis stipulatus.inf.eo.

ADDITIONES.

a Meno. Quæro facit quod tra lit Ripa in tract. Pestis. in tit.de priui.vlt.vol.num. 43.pulchre Ruy.consil.199.nu.3.lib.1.

b Ruer. Esse in Ital.a. Adde Bar. in l.Titio centũ.§.Titio.el 2.inf.de cond.& dem. ibi Alex.in addi.vbi Bar. Videtur tenere CONTRARIVM.

LEX XVIII.

a Sciendum. Restõ ex hoc edicto non fit, vbi qs certat de lucro cum alterius iniuria, nec fit ex fictione postliminii, cum postliminiũ nõ porrigatur ad ea, quæ sunt facti, & cessat restõ, vbi æquitas cessat. h.d. No. cum duab.legib.seq. No. restitutionem non concedi, vt quis lucretur cum damno alterius.

ADDITIO.

a Sciendum. Et facit ad no.q.quam ponit Bal. in l.pen. C.de repu.hære. Crauet.consi.225.nu.9.circa med.

LEX XIX.

Denique. Summata est cum præcedenti. No. qd sine possessione non procedit præscriptio. Item no. quod possessor est facti. Itẽ no. q fictio postliminii nõ hẽt locũ in his, quę sunt facti. Et sic no, quod possessio non restituitur p postliminium.

LEX XX.

1 *Fictio cessat, vbi cessat æquitas.*
2 *Possessio quando sit iuris, & quando sit facti.*
3 *Fictio vniuersaliter fingitur in his, quæ sunt facti. raro, vel nunquam in his, quæ sunt iuris.*
4 *Fictio est triplex.*
5 *Postliminii fictio, vt locum habeat, quid requiratur.*
6 *Postliminium habet duo capita.*

1 Nec vtilem. No. † qd fictio, & restõ cessant, vbi cessat æquitas. Item no. quod primus dominus non perdit dominium, nisi alteri acquiratur. Dixi in l.si ego. S.de neg.gest. Contra gl. quæ dicit dominium esse in pendenti, oppo.J.eo.l.ait prætor.§.item ei. Solu. vt ibi. Oppo. de l.prætor.§.hi plane qui.& J.de vsucapio.l.si is qui pro emptore.& l.iusto.§.fin. Solu. dicit glo. hic per se possidebat, ibi loquitur de possessione, quam captus habebat per subiectas personas. Oppo. J.de vsuc. l.cęptam. Solu. regula est, quod præscriptio sine possessione non procedit. Fallit in aliquibus casibus, vt in l.rerum mixtura.§.Labeo.eo.tit.& per Dy. in cap-

tine

sine possessione. extra de reg. iu. lib. 6. Item op. dr hic qd possessio est facti. Contra, imo iuris, vt l. peregre. in prin. de acq. pos. & l. possessio. eo. ti. & no. in l. j. in prin. eo. tit. vbi diffinitur, quod possessio est insistendi &c. Sol. ɔcedo, † q possessio est iuris, tñ qñq; habet in se multum facti, & parũ iuris: quandoque multum iuris, & parũ facti: aliquando multum iuris, & multum facti. Gl. hic tangit, & in l. j. C. de acq. pos. quod examinare est longum. Dico plene in l. si is qui ꝓ emptore ℨ. de vsuca. Op. hic dr, quod fictio postliminij non hẽt locum in his, quæ sunt facti & gl. no. gñaliter nõ fingi circa facta. Eꝫ, vt plurimũ fingitur circa facta, nam fingitur natus ille, qui non est natus. l. qui in vtero, ℨ. de sta. ho. Fingitur retro fuisse qs in ciuitate. l. retro. de cap. esse in ciuitate est facti. Fingitur viuere qui est mortuus. l. bello. de exc. tut. & tñ est facti. Fingit mortuus ille qui viuit ingrediẽs monasterium, damnatus, deportatus, & similes. l. Deo nobis. C. de epi. & cle. & l. si necesse § si deportatus. de bo. lib. Fingitur pecunia numerata, & a me ad te profecta. l. singularia. ℨ. si cer. pe. Fingitur facta traditio rei, habuistis in l. solutum. §. soluta, ℨ de pig. act. & in omnib. cõsimilib casib. Et istud est verum. Et ideo dico, † q fictio vr fingitur super his, quæ sũt facti. Raro vel nunquam super his, quæ sunt iuris, vbi põt inducere fm veritatem, & ideo in oĩb. nõ est fictio. Exemplum in auth sed episcopalis. C. de epis. & cle. Item exemplũ in his, qui infamantur ipso facto l. j. de his qui not. infa. Cum .n. põt facere fm veritatẽ, non facit fm fictionem. l. quia ratio. de condi. insti. modo ad propositum pro intellectu huius legis, & ad euidẽtiam rei scias, † qd triplex est fictio. Sicut .n. naturaliter aut aliqua res, quæ non est in esse producitur, aut producta destruitur, aut vno modo producta transfertur in alium, ita per fictionem. Quædam est ergo fictio inductiua, vt qñ fingitur esse, quod non est. Quædam fictio priuatiua, vt qñ fingitur non esse, quod est. Quædam est fictio trãslatiua, vt qñ id, quod est vno modo, fingitur esse alio modo. Et ista tertia pertinet ad legem nrãm, & est nra mã, cum fictio postliminij fingit eum, qui reuertitur hodie retro fuisse in ciuitate, vt l. retro. & l. postliminium. in prin ℨ. de capt & postli. reuer. † In hac fictione sciẽdum est, quod ad hoc, vt locum hẽat, reqrit primo, qd subsit æqtas, d. l. postliminiũ, qua cessante cessat fictio, vt hic. Itẽ reqrũtur extrema habilia. hẽt .n. hæc fictio duo extrema: extremum, a quo, & extremũ, ad qd. Et si aliqd istorũ extremorum esset inhabile, cessaret fictio. exemplum: ratihabitio retrotrahitur: sed si hodie, cum ratum habeo, nõ posset negotium geri, ratihabitio non traheretur retro: qa est defectus extremi, a quo. l. bonorum. ℨ. rem ra. ha. Sit legatarius fingitur dñs retro a die mortis testatoris. Sed quid, si hodie cedente die legati, res est perempta? Certè nõ potest fingi retro, qa est inhabile extremum, a quo, vt l. huic scripturæ. ℨ. ad leg. Aql. facit ℨ. de ver. ob, l. eũ qui. in fi. & l. quoties. de noua. Itẽ vides, qd dõ facta a viro vxori confirmatur morte, & retrotrahitur, vt l. dões. C. de do. inter vi. & vx. quod intelligitur qtũ ad fructus, nõ qtũ ad dñiũ. qa dñiũ nõ põt qri vxori ɔstãte matrimonio, quo tpe fuit facta dõ, ergo nõ pt fingi retro qtũ, quia est defectus extremi ad quod. Ita no. in l. 2. C. de inos. do. licet quędã gl. dicãt ɔtriũ. Itẽ aliud exẽplum ℨ. e. l. ab hostib. §. j. nã natus apud hostes, si reuertat, nõ hẽt iura postliminij simplr. Rõ, qa ibi deficit extremũ, ad qd. nunq̃ .n. fuit captus. † Scdo sciendum est, q postliminiũ hẽt duo capita. Vnum fm veritatem, qa eo ipso qd captus reuertit, recuperat fm veritatẽ oĩa iura sua Scdm est fm fictionem, qa fingit retro fuisse ĩ ciuitate, vt l. retro. & l. postliminij. ℨ. de ca. Tertio est sciẽdũ, qd possessio hẽt plurimũ facti, q̃ quis hẽt per se, & eã nõ recuperat statim cũ est reuersus, nisi eã apprehẽdat. l. cum hrdes. ℨ. de acq pos. Quia ergo statim non recuperat cum reuertitur, apparet, quod nõ põt fingi retro possedisse, qa est inhabile extremũ, a quo. Et hoc est qd voluit dicere ista gl. cũ ea, q̃ sunt facti, non recuperãtur eo reuertente. postliminio ergo nõ fingitur retro possedisse, & vsucepisse. Exẽplũ in possessione, q̃ retinemus per filiũ, vel p seruũ in cã peculiari: illa, eo ipso q reuertitur, ẽt ignorãti acqritur sibi, merito fingitur retro vsucepisse, quia est habilitas extremorũ. Et hoc est quod gl. ibi dixit in sőone ɔrij: ibi p subiectas psonas. Et ista est rõ eorũ, q̃ habuistis no. ℨ. eo. in l. ab hostib. §. j. de eo, qui nascitur, si non reuertitur, cũ priusq̃ reuertatur, non potest fingi legitimus, quia deficit extremum, a quo. De habilitate extremorum tangit Cy. C. de sen. pas. l. fi. Et hanc materiam plenissime declaraui in l. si is qui pro emptore. ℨ. de vsucap.

LEX XXI.

1 *Episcopi statut constitutionr, quod qui non soluerit legata intra tres menses, sit excommunicatus: si agatur cõtra filium, quod non soluit legata, & producatur testamentũ, ex hoc non probatur excommunicatio, sed debet probari ipsum non soluisse.*

2 *Contumax verus ad hoc, vt quis dicatur, & possit perueniri ad secundum decretum, debent requiri amici.*

Item ait prætor. Hic incipit Iurisconsultus examinate fm caput edicti, & br hoc intendit. Quod quis amisit pp suam absentiam, eum non esset defensus, in inte. restituitur Item qui dicit aliquem non defensum, dẽt probare. h. d. Et ponit primo verba materialiter. Venio ad § hęc aũt. Dicit† cõstĩõ epi, quod q non soluerit legata intra tres menses, sit ipso facto excõicatus, ago, qa non soluisti legata patris tui, producto testim: Quæritur, vtrũ sit probata excommunicatio? Certe non quia debeo probare te non soluisse. Ita dicit Inn. extra, de censi. c. super. quod Cy. tangit aliqualiter in l. 2. C. de iure emph. Casus est. in l. hoc iure. ℨ. de verb. obl. & ibi examinaui plene. † Vltimo no. per hanc l. & glos. quæ est in l. hæc autem. ℨ qui. ex cau. in poss. ea. q ad hoc. vt quis sit vere contumax, vt possit perueniri ad secundum decretum, debent requiri amici. Quod examinat. Cyn. in l. cum proponas. C. de bo. auth. iud. poss. Ego plene in l. si finita. § Iulianus. ℨ. de dam. infec.

ADDITIO.

a Barb. Item ait prætor. Facit l. 3. §. pen. tof. in l. iol. Bal. in rub. de suc. edic.

LEX XXII.

1 *Citandi amicos ad defensionem alicuius practica.*

2 *Negatiua vbi est causa intentionis alicuius, ille qui dicit, debet probare.*

3 *Furiosis datur restitutio, & etiam aduersus eos.*

Ergo. No. istã l. ea qua colli practica, qd fiat pconiũ, q quicũque vult defendere talẽ, cõpareat. No. p gl. in l. hæc aũt. qb. ex cau. in pos. ea † hĩc no. casũ, qd vbicunq. negatiua est cã intẽtionis alicuius, ille qui dicit, dẽt probare. Nã hic peto restõnẽ ɔ absentem. quia nõ defendebatur. Et sic vr casus ad qõnem de ɔstõne episcopi, de qua dixi in l. proa. §. hæc autem. Item no. † quod furiosis, & aduersus eos datur restitutio, sicut conceditur absentibus, & contra absentes, Facit ℨ. de fideiuss. l. Marcellus, & ibi no.

LEX XXIII.

Ait prætor. Contra pñtẽ, q ea cã secum agendi ptãtẽ non facit, in integrum restitutio conceditur. h. d.

1 *Vsusfructus ius quasi possidetur respectu dominij, non quo ad extraneum.*

§. Is aũt. Captus ab hostib. non põt vsucapere, & reuersus ad hoc non restituetur: sest restituetur, vt fructus recuperet. h. d. Opp. qd possessio nõ recupetetur, captiuo redeunte. vt ℨ. eo. l. deniq. & l. cũ hrdes. de acq. pos. Sol. non recuperatur ipso iure virtute postliminij, nec fingitur retro possedisse, sed per restõnẽ in integrum eã recuperat, vt hic. Op. dr hic, vel vsusfructus quasi possessio, &c. Contra. vsufructuarius possidet rem vere, & naturaliter. l. naturalr. ℨ. de acq pos. Male ergo dicit hic. quasi possessionẽ. Rñd in vsufructuario debetis ɔsiderare duo. Primo fundũ ipsum, & illũ possidet vere, & nãliter, vt in ɔrio. Itẽ debemus ɔsiderare ius vsusfructus, & istud quasi possidetur ciuilr. Nã possessio vera in eo nõ cadit cũ sit qd incorporale. l. seruus. § incorporales. ℨ. de acq. re. do. vide gl. Vr ergo † velle gl quod ius vsusfructus quasi possideatur. Item no. in l. si plures. §. deiectum. ℨ. de vi, & vi ar. & in d. l. nãliter. in prin. & ℨ. vti pos. l. vlt. In ɔtriũ, sicut est separata cã possessionis, & dñij. l. nãliter. § nihil cõe. de acq. pos. ita cã vsusfructus, & possessionis, vt ℨ. de acq. pos. permisceri. Sed cõstat, qd quis non dr quasi possidere ius dñij, d. §. nihil cõe ergo nec ius vsusfructus. Rñ debetis scire, qd in corporalib. nihil est aliud possessio q̃ aduersarij patientia. l. quoties ℨ. de ser. & ideo ad habendam quasi possessionem requiritur quod dñs sciat quẽ vel, vt l. 2. C. de serui. Dico ergo, qd quantũ ad extraneum nõ possum dici quasi possessor iuris, quia eius patientia non tribuit mihi quasi possessionẽ, sed separata est hmõi possessionis, & vsusfruct' cã, si est possessor, d. l. permisceri. Sed respectu dñii põt dici quasi possessio iuris. Ita debet intelligi hic facit. quod habuistis in l. arborib. § vsufructuarius. & § sequenti. ℨ. de vsus. Hæc omnia tene menti.

1 *Captiui quare vsucapiunt per subiectas personas.*

2 *Captiui quare præscribunt contra actionem, non autem fundum.*

3 *C. Possessor. de reg. iu. libro sexto. non habet locum in prescriptione debitoris contra debitorem.*

§. Hi plane. Captiui p subiectas personas põt præscribere, & ab actionib. competentib. liberari, & eo casu ɔ ipsos restõ ɔceditur. h. d. † Quæro quæ est ratio, quod vsucapiunt per subiectas personas, & non per se? Dixi in l. denique ℨ. e. quia statim eo reuerso, recuperat illam possessionem absque alia eius scientia, vel facto, & sic reperiuntur extrema habilia. † Quæro, quæ sit ratio, quare præscribunt ɔ actionem, non autem fundum? Ratio est ista, fundi præscriptio causatur a possessione pręscribentis, & sine ea non procedit. l. sine possessione. ℨ. de vsucap. Sed captiuus non possidet: ergo &c. Actioni vero nõ præscribitur ex possessione debitoris, sed solum ex cursu tẽporis, & negligentia nõ petentis, quod currit illo existente in captiuitate, sicut si esset in ciuitate. † Et per hoc dico a quod c. possessor, extra, de reg. iu. lib. 6. non habet locum in pręscriptione debitoris contra creditorem, quia ista præscriptio nõ procedit ex præscriptione, sed ex negligentia actoris. Casus est in l. sequitur. § si viam, ℨ. de vsuc. & ibi pleoe dixi in ver. quædam est præscriptio.

ADDITIO.

a Barb. Et per hoc. Et male, vide An. in c. fi. de præscr. Pet. de Anch. in c. 2. de re iud. Ang. in l. 1. C. de iud. in repe. Bal. in auth. ad hæc. C. de vsuc. & l. omnes populi, de iust. & iu. in quæst. statuto cauetur.

1 *Latitatio requiritur tempore primi, & secundi decreti ad hoc, vt venditio locum habeat.*

2 *Dilatio propter absentiam aduocati.*

§. Deinde. Hic incipit exponere illa verba, secumve, &c. h. d. qui nõ patit secũ litẽ ɔtestari ex cã iusta vel iniusta, ɔ eũ restitutio conceditur, si qd ex hoc qsierit. h. d. Op. dr hic,

6 alias. Sed quæro † vtrũ forensis p̃bendatus hic, vel qui efficeretᷣ abbas in ciuitate ista, vtrum dicatur ciuis istius ciuitatis, dixi plene in (n) l. 1. inf. ad munic. Itẽ in eo, q dixit rõne studii scholastici, vr̃ ꝯdice- (o) re alteri glo. positæ in hac ea. l. super uerbo domiciliũ. dicas quod ratione studii scholastici sortitur forũ, vt si ibi ꝯhat, ibi posset cõueniri, vt in hac gl. Non aũt quod pro ꝯctibus, vel obligationib. antea factis conueniri posit, ut in alia gl. super verbo, domicilium.

ADDITIONES.

a Pom. Proinde & si merces. Limita, ut per Cre. sin. 4 2 2. per gl. l. vsuras. C. de solu.
* Meno. Cuiac. lib. 11. obser. pat. c. 13.
b Pom. Pro cuius declaratione. Vide Barb. consi. 3 1. 1. vol.
c Aut alio loco Barba. consil. 52. col. 1. libr. 3. Benuen. in tract. quomodo in causis mercato. proced. 2. parte. nu. 18. 21. 22. illen.
d Et prædicta vera. Adde ad hoc dicta Bar. & vide quæ late ponit Maria. Soc. in d. c. dilectus. art. 2. q. 10. extra de fo. comp.
e Secundo resp. Limita, ut per Ang. in l. 1. sup. si quis in ius uoc. non ierit.
f Distingue. Vbi Bal. in rub. C. quæ in frau. cred.

g Quid ergo dicemus. Et adde q licet iurisdictio alicuius iudicis sit prorogata ex eo, quia contractum sit in illo loco, si conueniatur alibi, ex contractu non potest . . . m decl nate, si alia ratione ibi sortiatur domicilium, ita dixit Ang. q probat singulariter gl. in l. si fidei commissum. §. tractatum. ver. & putem. ibi, vel dicebat si conueniatur Romæ &c. inf. eo. & satis sentit gl. hic in verbo, debebit. in princ. sui, quod no. Item alium casum singularem, secundum Bart. & quod ibi dixi in l. fin. C. de iurisd. omn. iud.
h Meno. Quæro. Arct. cons. 95. nu. 2. 3.
i Ad nundinas. Vel faciens ibi pergulam, vel tabernam, an possit conueniri. Et dic, quod sic, licet gl. contra vide Bal. in l. 1. C. de nund. no. tamen quod licet aliquis non possit conueniri, potest tamen cogi satisdare de stando iuri in loco domicilij. Item possunt res sequestrari secundum Bart. in l. fi. C. vbi in rem actio. & no. quod ubi de alio foro non apparet, quis sortitur forum in loco, vbi inuenitur, ut l. si in possessione. & ibi Bal. C. vbi causa status.
K Vagari per mundum. No. qualiter possit vbique suspendi, & qualiter possit citari, vide Inn. in c. si aduersus. de eo qui mit. in poss. Et vide Io. An. & Doc. in c. dilectus. 2. de rescr. Limita, ut per Bal. in l. 1. C. vbi de cri. agi opor. n. si vellet satisdare de stando iuri in loco domicilij pro prij. Adde Io. And. in add. ad Specu. in tit. de compet. iud. §. 1. ver. sed quid si debitor. vbi refert Pile. & Odof. disputasse de eo qui fugit cum monacha.
l Enumerat. Adde alios modos per Spec. de comp. iu. ad §. 1. & alium per assiduam conuersationem in loco per decem annos, licet interpollatam, s̃m Cyn. l. 1. C. vbi sen. vel cla. & qđ no. Bal. in l. sed & si susceperit. §. si in finalib. verbis. ⁊. eo. Item adde dum gl. dixit hic ratione communis patriæ. l. Ro. ad municipa. q hodie communis patria est imperialis, s̃m Ant. in c. si de fo. comp. sed Io. ibi tenet, q hodie communis patria sit Roma. Et adde casum, q per constitutum quis non sortiatur forum in loco constituti, prout videtur velle Bal. in rub. de cõst. pe. in fi. Item no. quod q̃n fideiussor capitur pro debitore, potest coram iudice aliter incompetenti conuenire reum, s̃m Bal. no. in l. cum eorum. C. de Ien. Et an propria ocεm partem fortunarum quis sortiatur forum, vide Ni. de Nea. in l. cum res in prin. de leg. 1.
m Clericatus. Sed quid si clericus minor contrahit cum laico in suis patrimonialibus, & volt petere restitutionem in integ. debeat eam petere coram iudice ecclesiastico, secundum quod no. dixit Aut. de But. in c. constitutus. de rest. in integ. Benefi. cit quod dixi sup. eo. l. post Bar. quod est no.
† Claud. Vel alias. Item intellige quando Eps ordinat nomine proprio, secus si ex alterius ep̃i commissione, s̃m Pan. in c. 5. ver. vltra hoc quæro. de foro compe.
n Studij scholastici. Tu vide Bar. in tract. represaliarum. § 13. q. prine. & ibi etiam quid de stipendiarijs, & alijs, qđ notat in l. lex Cornelia. ⁊. de iniu. & no. Bar. in l. 2. C. ubi de crim. agi opor. secus in Doctore. l. municipes. per Bar. ad municip.
o Pom. Domicilium. Vide Cre. sin. 75. Rom. singu. 35 2. Abb. in c. quod clericis. de foro compe. & ibi Arc.

a **§. Apud Labeonem.** Ratione contractus ᵃ celebrati per alium, quis sortitur forum. h. d.

ADDITIO.

a Contractus. No. quod ratione contractus celebrati per procuratorem generaliter constitutum, potest principalis in loco contractus conueniri, ita hoc probatur in tex. quem forte non habes alibi, vide Bar. in l. non solum. § si mandato, de iniurijs per Gul. de Cu. in l. centum Capuæ. infra de eo, quod certo loco.

§. Illud. In loco domicilii, & in loco, vbi est facienda solutio, quis potest conueniri h. d.

LEX XV.

a **Omnem.** ᵃ In loco contractæ obligationis regulariter quis potest conueniri. h. d.

ADDITIO.

a Meno Omnem Ant. Augusti. lib. 3. emend. c. 17.

1 *Confessio fit præceptum de soluendo in termino decem dierum.*
2 *Debitor, qui habet terminum quatuor mensium, vel decem dierum, debet cauere de soluendo in termino, alias potest carcerari, nisi cedat bonis.*

a **Si debitori.** ¹ In confessum non est ferenda sñia, sed danda est ei dilatio ad soluendum. h. d. Oppo. de eo, qđ quotidie obseruat̃. Nã ꝯfessis dat̃ spatium decẽ dierum. Gl. dicit fateor, quod hoc sit p hãc l. hodie ista gl. vr̃ sibi ꝯdicere in eo, q tempus, de quo hic loquitur, est quatuor mẽsium. Et postea subdit, q per istã l. statuitur tempus decẽ dierũ. Dicebat do. Iac. But. quod quando libellus est datus, tunc confessio h̃et vim lit. cont. & põt ferri sententia, & tunc habebit spatium, qđ datur iudicatis. Ita loquitur hic, ita sentit gl. in prin. l. ibi, velim actionem edere, subaudi, & eadem. Si vero

ADDITIONES.

a Si debitori. Vide intellectum huius l. per Bar. in l. inter omnes. sup. qui satisd. cog. & an ista lex locum habeat in arbitro & legato, dic quod non, quia ad hoc vt arbiter possit facere præceptum, requiritur li. contestatio. ita no. Bald. in l. eos. C. de execu. rei iud. pro quo facit quod habetur in c. vno delegatorum, de offic. deleg. vbi Papa arguit de iudice delegato, ad arbitrum. Item, an ille terminus decem dierum, qui datur confessis, habeat locum in arbitro. dic quod non, secundum Bal. in l. eos. Idem dicas in terminum, qui datur iudicatis ad soluendum, per l. si cum dies. §. intra autem quantum, iuncta glo. ibi. sup. de arb. Item an ista lex habeat locum in committente furtum, vel rapinam & confitente. Bal. quod non, in l. fin. de except. rei iud. & ibi etiam quærit, an hæc lex habeat locum in arbitratore. Et hanc legem limita in casu l. si reus paratus. de procu. de quo ibi vide Bal. Et dicit Ang. hic, quod talis sententia, quæ emanat a sponte confitente, potest fieri die feriato, & iudice non sedente pro tribunali. l. a procedente. C. de dilatio. cum ibi nota. & quod potuit talis interlocutoria reuocari contrario imperio, antequam sit missa executioni per id quod habetur in l. 1. in fi. de præto. stipu. & ab interlocutoria appellabitur, de quo glo. hic, & in l. fin. §. necessitatem. de bonis quæ liberis. & per glo. l. sancimus. C. de adm. tut. & hoc verum, quando nulla oblata petitione per actorem, debitor confitetur. Secus si processisset libellus & pars copiã habuisset, & postea confessa fuisset, quia tunc sequi deberet d ffinitiua. De hoc est gl. in l. proinde. §. si ad l. Aquil. ut no. gl. a. q. 1. c. nos in quemquam. probatur in Authen. de exhib. reis §. inceptio. aliquid per Specu. de sent. §. species. vide Felinum in rubr. . . . re iudicata. & in c. quod ad consultationem. de re iud.
Buer. Adde Ang. de Arc. in §. si. Inst. de mut. stipu.

vero libellus non est datus, tunc fit præceptum in ɔfessum, & daẗ
a spatium x. dierum, vt hic in fi. glo, & ita pt intelligi hæc lex. † Tu dicas clarius, q facere præceptū in cōfessum, & statuere sibi diem ad soluendum. est inductū p hāc l. in fi. Sed q̄ sit illa dies, de iure est tēpus quatuor mēsiū, sicut daẗ iudicatis. Hodie p ɔsuetudinē est lita-
a tū ad x. dies. Ita vult dicere gl. vlt. no. quod ad hoc, vt cōdēnatus hēat dilationē quatuor mensiū, vel ɔfessus 10. dierum dilationē hēt necesse satisdare dē soluenda illa quantitate in tpe statuto, vt hic in tex. ibi, competenti cautela, &c. Sed tunc oppon. C. Nemo conuentus suo noīe cogiẗ satisdare iudicatum solui. Insti. de satisdationib. §. sed hodie. Sol. Verum est pendēte iudicio sufficit. n. cautio de iudicio sisti. q̄ præstat, vt ibi patet, sed post latam sniam dēt cauere iudicatum solui, vt hic, rō, quia cautio de iudicio sisti. lata snia perimitur. l. Græce. §. & post litem. inf. de fideiussorib. Pro hoc, quia dila-
a tio a q̄ daẗ iudicatis, daẗ miseration. s gfa, l. si cum milit. §. 4. inf. de cōpēsationi. ergo interim dēt satisdare, l. vniuersa. C. de præci. imp. offe. Esset. n. iniquum si pendente illa dilatione debitor aufugeret & res suas forsitan exportaret, vt s. eo. l. si lōgius. §. 1. Et sic no. quod
b intra illud tēpus 4. mensiū, b possit debitor capi & incarcerari, nisi caucat, ut hic, vel bonis cedat, vt hic, & l. 1. C. qui bo. ce. pos.

ADDITIONES.

a Pom. Quia dilatio. Vide Rom. consi. 483.
b Quatuor mensium. Et ita etiam hic tenet Bar. in cōfesso, & vide Bar. in l. fi. de exacu. rei iu. Quod si debitor intra tps, q datur iudicatis, nō satisdari, pōt carcerari

LEX XXII.

Qui non cogitur.
Qui agit, cogitur se defendere. hoc dicit.

LEX XXIII.

1 *Cautela quando agitur ex contractu, vt probetur contractum esse factum ante iudicium.*
2 *Lite contestata si acciderit aliquid, quod est accessorium ad primum iudiciū quando debeat in primo iudicio cognosci.*

a ## Non potest videri.
a Quod post li. cōt. accidit, nō accessorium ad primum, in dcō iudicio non venit, sed noua instantia opus est. h. d. vide sup hoc Ioan.
1 And. in c. Abbate sane. extr. de re iu. li. 6. No. istū tex. ex quo istis cautus, q articuli tui concludant ɔctū, sup quo agiẗ factū esse ante cēptū iudicium, alias succūberes. Ita no. p Io. And in d. c. Abbate sane.
b Quæro exēplum huius l. Gl. ponit primo, qñ petiẗ aliquid futurum. Sed hoc nō est ,ppriū exemplum hic, sed in l. nō queadmodū. inf. e. Pone ergo, q petebā cētū mutuata, vel aliquid vt d pñti. & incipit dēri post li. cōte. Op. de l. ædiles. §. itē sciēdū. inf. d ędil. edi. & C. d iu. l. 1. Sol. ibi loquiẗ de his, q̄ sunt accessoria ad petita. hic de his q̄ sunt
2 principalia p se. Op. de l. qsitum, inf. de pec. Et bẗ † pro solone corū, q̄ hic ponūẗ in gl. dic, aut post li. cōte. accidit aliquid q est accessoriū ad primū, & venit in primo iudicio. Aut nō est accessoriū, sed æque
c principale, c & tunc aut non est defectus iuris ex parte agentis, d sed
d ex parte conuenti, vt puta, si petebam rem ego a te, dicens ipsam te possidere, quam non possidebas, incæpisti possidere post li. cōt. tūc
e venit in hoc iudicio. l. quæsitum. e inf. de peculio. & inf. de pet. hę. l. 3. de rei vend. l. sin aūt. §. 1. & ad exh. b. l. tigni. §. si quis. Qd̄ dic plene vt ibi, aut erat defectus ex parte actoris, & tunc aut supuenit ius ex
f cā de pterito, f & venit in hoc iudicio, † vt inf. de pign. act. l. si rem. §.
† fin. g & inf. man. l. si mandauero tibi vt a Titio. aut supueuenit ius ex
g cā noua, & non venit in præcedenti iudicio, ut hic in tex. Et sic fal-
h sa est opi. Io. posita hic in fi. gl prædicta vera, qñ actio proposita est spāẗr, secus si gñaẗr. nulla expressa cā, ut l. ult. de ann. exce. C. & est determinatum per Inn. in d. c. Abbate sane, in tex. circa fi. vbi Papa glossat legem istam. & glo. distinguit in l. neque. C. ad exhib. & de hoc no. per Cy. in l. 1. de aliena. iu. mu. causa fa. in 6. q.

ADDITIONES.

a Non potest videri. Ad intellectū huius l. vide Ias. Inst. de ac. §. si minos, & ibi plene per Io. Fab. & per Doc. l. edita. C. de eden.
b Quæro exemplum. Et in materia huius l. vide Bart. in l. an eandem, §. actiones, ɉ. de exc. rei iud. & in l. edita. C. de eden. Et de hoc uide omnino Inn. in q. facti in l. si filius qui patri. de vulg. & pup. & omnes no. in l. si quis iussus. §. fi. de dam. infec. & quod dixi in d. l. si rem §. fi.
c Aeque principale. Vide Inst. de actio. in prin.
d Ex parte agentis. Sed quid in reo, cui post li. contest. superuenit ius excipiendi, an profit reo? vide Bar. in l. 1. inf. de excep.
e Quæsitum. Intellige tamen, vt per Inn. in c. conquerente. de offi. ordinarii.
f Causa de præterito. Adde Bar. multum no. in l. si Titius. de ver. ob. vbi dicit, quod non requiritur isto casu nouus libellus.
Meno. Paris. consi. 125. nu. 13. lib. 1.
† Clau. Iudicio. Vide Ale. cons. 167. vol. 3. & Are. post Ro. in l. Titius. ɉ. de ver. ob.
g L. si rem §. fi. intellige, qñ nulla cā esset expressa, quia illa dēt probari per c. Abbate sane. de re iud. in 6. Item forte esset verum si libellus hēat formā aptam, secus si ineptam, ut quia ex eo non concluditur ius agendi competere, ut qa petiẗ debitum obligationis, quæ erat condōnalis, no. gl. in l. 1. C. de formulis. Et illis adde Bal. in d. l. 1. C. de alie. iu. mu. cau. & ibi quid econtra, & pulchre Bal. in l. per diuersas. in 13. C. mand. & etiam in 7. & 8. q. & quæ dixi post Bar. in d. l. si rem. §. fi. & per Ang. in tep. l. b quis vi. §. differentia. de acq. poss.
h Actio proposita. Vide per Bar. in l. & an eandem. §. actiones. de excep. rei iu. Pone q expressi unam cām, vñ illam expressi generaliter, ut ago contra te dicens, q res pertinet ad me ex cā emptionis, vel ago actione ex mutuo, non dico qñ, vel aliter factum sit. superuenit actio, uel contractus mutui pendente iudicio, an isto iudicio concludatur ipsi determinant quod non. Ratio est, tu scis quod quælibet actio hēt una cām proximā, & vnā remotā, vt l. de hoc. ɉ. eo. & hic glo. no. I realī est cā proxima, dñium, in personali est causa proxima, obligatio, causa remota cōtractus & traditio, quādo causam exprimo proximam, generaliter, vt dico ad me pertinere iure dominij, vel dico te obligatum ad hoc, & tunc ius superueniēs pēdente iudicio in isto iudicio clauditur. sed quando propono libellum generaliter ex cā remota, vt ex causa emptionis, vel ex cā mutui, tunc superueniens ius in illo iudicio non clauditur. Et ratio est, quia cā remota de necessitate præsupponit locum, & tempus, quia si dico, emptio, oportet quod sit facta certo tempore & loco & traditio non potest esse, q non sit facta loco & tempore, vnde cum dicis ex causa emption s, intellige de certa emptione facta certo loco, & tempore, sed qñ ponis causam proximam ut dominium, vel dico te obligatum ad decem, tūc obligatio, vel dominium non clauditur tempore contractus, si sui superuenientes, illo iudicio clauditur. Sed quid si expressi causam remotam venditionis, & donationis, & probaui, non tamen probaui de tempore & sic non apparet an ante li. contē. vel post fuerit factus? Resp. absoluetur, arg. eius quod no. de neg. gest. l. eum actum. in fi. per gl. & de ope. no. nun. l. non solum. §. sed ve probari. & Io. And. hoc tenet in c. Abb. quod est no. de his quæ ui, metusve causa.

LEX XXIV.

a ## Non alias.
a Hanc l. habuistis sup. & ideo non indiget summario.

ADDITIO.

a Non alia. v de Spe. de comp. iud. ad. § 1. ver. quid si quis per meum locū transiens. & Ang. in l. si fide iussor. qui satisd. cog.

1 *Conueniri potest transiens per ciuitatem cum re mea.*

§. Sed si postuletur.
Legatus non pōt ɔueniri actione in rem tpe legationis nisi eo cæperit possidere. h. d. Alias sic, Legatus non pot. si cōueniri etiam actione in rem ratione pñtis possessionis, quam ēt ante legationem
1 habuit: secus si tempore legationis cæpit possidere. h. d. † Per hanc l. in fin. voluit dicere quidam, q si per ciuitatem istam aliquis facit transitum cum equo meo, q possit h. c conueniri, rōne pñtis possessionis, quia speciale est in legato, ne hic conueniatur legatus. In contrarium videtur ius commune. Tamen in contrarium est veritas q dic vt l. fi. C. vbi in rem actio. Ne obstat hæc lex, quia hic legatus alias potuisset conueniri ratione communis patriæ.

LEX XXVI.

De eo autem.
Rōne quasi ɔctus, qui solo animo fit, legatus qui legationem gerit, non pōt legationis
a tpe cōueniri h. d. Op. s. e. l. oēm. a Dicit gl. ibi loquitur in ɔctu, hic in quasi ɔctu. Contra hoc vẗ inf. eo. l. interdum. §. fi. dicit gl. aliud in quasi ɔctu qui celebratur gerendo negotia alterius, aliud in aditione hæreditatis, quia dñs negotiorum certat de damno uitando. Hic legatarii certant de lucro. hoc est falsum, dicit glo. quia hic loquitur
b ēt de creditorib. Sed certe posset sustineri, b nam creditores non agunt ex quasi ɔctu, qui celebratur aditione, sed ex ɔctu antea celebrato cum defuncta, merito non possunt agere tpe legationis, cum solum legatarii incipiunt hēre actionem tpe aditionis hēditatis. Soluit gl. aliẗ, q ibi in senatore, hic in legato. Et potest esse ratio, q a senator est perpetuus, legatus ad tps, arg. de tut. & rat. distr. l. nisi. furiosi. do, lac. Bu. soluit aliẗ. Aditio fit ex quadā necessitate, ne forte decedens interim non transmittat, sed negotia aliena geruntur ex voluntate. Alii vero, quos Cy. refert in authen. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. in q̄ō. 3. dīt q hic in quasi ɔctu qui solo aīo celebraẗ, pro quo legatus non pōt cōuenīri. Sicuti. n. quasi ɔhendo nihil facit cum alio, ita eius noīe non pōt ab alio ɔueniri. Lex ɔria loquitur in quasi ɔctu, qui aliẗ q̄ aīo celebratur, & hoc placet. Op. hic dẗ, q dēt satisdare, ɔ sup. e. l. 1. §. sed & si dubitetur. Sol. dēt satisdare de legato, alias de legando, vel debitum præstando, vt hic, non aūt de defendēdo, vt ibi. rō, quia si non satisdat de soluendo patitur missionem tm̄, sed si teneretur satisdare, & non posset, cogeretur se defendere, & sic auferrit ab officio legationis quod est incōgruum. Præterea potest esse alia sol. q a in §. sed & si dubitetur, ɔueniebatur solum rōne cōis priæ, hic vero ēt rōne ɔctus, & sic cogitur satisdare, quasi istæ duæ rationes sint potentiores quā vna, vt in auth de consan. & vter. fra. in prin. C. comm. de success. auth itaque. No. quia idem in quolibet alio, qui se non defendit, quia solum missionē patitur, vt l. satisque. de in ius voc. Sol. alius pateretur missionem in bonis propriis: hic vero in bonis hæreditariis tantum.

CONCORDIA.

De eo. Pro concordia aduerte, q in eo, q dicit Bar. in hac l. de eo aūt. q quasi ɔhere cum creditorib hæreditariis, ut possit eis obligati ex quasi ɔctu, sicut obligatur legatariis, non dẗ hēs adeundo hēditatem. ɔrium tñ tenuisse alle. in l. apud Iul. §. i. ex quib cau. in pos. ea. si tñ bñ inspiciatur Bar. non venit arguendus de ɔrietate, nā in hac l. de eo. allegatur casus spālis in legato. ut non conueniatur tpe legationis, rōne aditionis, & sic sortiatur forū rōne quasi ɔctus. qui iniẗ cum incerta persona, prout fit adeundo. imo iniẗ ibi q obligetur, sed illo tpe non possit cōueniri, & c. in ɔrio loqtur ṙr, & ista rīa fm An. & Doc. dẗ cōis, & communiter ita tenetur per l. more. ɉ. de acq. hæ.

ADDITIONES.

a Pom. L. omnem. vide per Aut. in c. fi. de foro comp. vide Ias. l. cum res. de leg. 1. & contrarium tenet Bar. in rub. C. qui adm. 8. q. & ita etiam uidetur velle Bar. l. apud Iulia. §. fi. ex quib. causis in poss. ea.
b Posset sustineri. Sed Bar. vẗ velle contrariū in l. apud Iul. §. 1. qui. ex cau. in pos. ea. & vide Bar. in l. q certo loco. inf. de cōd. inde. dic, ut dixi post Bar. in l. apud Iul. §. 1.
Meno. Dec. l. qui cum alio, nu. 7. de reg. iu.
Ruer. No. hanc CONTRARIETATEM quia Bar. in d. §. vult quod creditores quasi contrahant cum hæredib. potest pro concordia dici, q Bar. nō firmat se super ista sol. sed transit ad alias, & approbando solutionem Cy. recedit ab illa. Adde Ias. in l. 2. §. cum res. inf. de leg. 1. in vlt. col. vbi no. hanc contrarietatem.

LEX XXVIII.

Sed & si restituatur. Ille, cui ex Senatusc. Trebelliano restituitur hǣditas tpe legationis, pro ea non poterit tunc conueniri. h.d. Op. de l.oẽ. §.e. Sol. talis est in aditione hæreditatis, q̄ fit solo aīo. vt s̄. dixi. Item in restitutione Trebellianicæ, quæ est ei sijs, vt hic. sed s̄, si hǣs restituit coactus, ergo legitime cogitur se defendere. l.2. §. sed si agant. sup. eo. Sol. d. ergo gl. istud fit officio iudicis. Hoc non placet, quia agens officio iudicis, dēt ita se defendere, sicut iure actionis, sup. de proc. l. sed & hæ. §. nō a solum. Vnde dicit gl. q̄ §. sed & si agant. loquitur, q̄ debet se defendere. s. dum agit. Secus si prima instantia est finita, quia tunc nō poterit conueniri de nouo, & hoc tene menti & no. gl. Secundo habetis hic q̄ priuilegium fori non transit ad fideicommissarium vniuersalem. Contra opp. j. ad Treb. l. 1. §. 1. sol. vt in gl.

ADDITIO.

a Pom. Vnde dicit gl. Refert & sequitur Ro. l. r. de arb. & vide Bal. in rub. de iu. C.

§. Ex quibus. Quo casu non cogitur quis defendere, non cogitur iuramentum præstare. h.d. Vidistis in l. nam postea, §. si is. de iureiur. inf.

§. Aedium. Non eget summario, quia breuis est & clarus.

§. Sed & si dies. Ex causa necessitatis cogitur legatus litigare, in quantū necessitas exigit h.d. No. bonū casum Not. q̄ illud, q̄ permittitur pp necessitatem, eatenus permittitur, quatenus necessitas vrget, & ideo quia lite contest. cessat necessitas non cogitur q̄s se vltra defendere. Sed si esset actio, q̄ litis cōtestōne non perpetuaretur, vt actio de dolo, et in inte. rest, cogeretur se defendere vsque ad sñiam, quia vsque ad illud tps necessitas vrget. hoc tenet hic gl. no. & signa. Secundo no. q̄ iudicium cæptum apud vnum iudicem, potest ex causa apud alium iudicem a prosequi & perfici, vt hic dum dicit, & ita in prouinciam transferatur, quod est no. Opp. de l. 3. §. in omnib. sup. eo. solue, vt ibi.

ADDITIO.

a Prosequi & perfici. Vide Inn. in c. quoniam Abb. de off. deleg.

§. Si pater. In ventre in dubio præsumuntur esse tres, ideo iā natus pro quarta hæreditatis tantum interim poterit conueniri.

LEX XXIX.

1 *Regula, qui prior appellat, prior agat, quando habeat locum.*

a **Qui prior.** Gl. nostra ponit casum trib. modis principlr, s̄m duos primos non loquit̄ de materia ꝯuentionis, & reconuentionis, s̄m vltimum sic. Primus casus est s̄m l. in oper. j. loca. quem casum gl. reprehendit, quia ibi loquitur de ordine satisfactionis, non de ordine cōuentionis. Præterea ibi non satisfit ei, qui prior egit, sed ei qui prius conduxit: vnde iste casus nō est bonus. Secūdus casus est in duplicib. iudiciis, vt ille prius substineat, qui prius ad iudicium prouocauit, sed s̄m hoc hæc lex esset superflua per l. in trib. s̄. eo. Tene ergo tertiam lec. secundū quam ponit ordinē inter duos quorū vnus conuenit & reconuenitur, vt ille qui prius egit in oīb. præcedat, quia prius iurabit de calumnia, prius r̄ndebit positionibus, prius examinabuntur eius testes, prius super cā sua sñia bit. tñ omnia ista simul fiēt. Et hoc est, q̄ dicit tex. qui prior appellat prior agat. Istum ordinem voluit ponere tex. in auth. de execu. & de his qui conue. & reconue. §. sancimus posita. C. de sent. auth. & ꝯñr melius. C. de compen. l. neque & j. quæ sen. sine app. rescin. l. 1. in fi. & extra. de mutuis peti. c. si. in fi. de ord. cogni. c. cum dilectus. Ad istam l. op. de l. præuaricationis. in prin. inf. de præuarica. & de eo quod no. j. e. l. de qua re. vbi dicit, quod prius super emergenti est pronunciandū.
1 Sol. Quandoque† ille, qui prior agit criminaliter, & recōuenitur criminaliter, & tunc non procedit lex ista, nec est nostra materia, sed dic, vt l. is qui reus. inf. de publ. iu. C. qui acc. non pos. l. neganda, & l. 1. Quandoque agit ciuiliter, & reconuenitur criminaliter, vel econuerso tunc idem quod non habet locum lex nostra, sed dic vt l. 1. & l. vl. C. de ord. iur. Qn̄que agit ciuiliter, & reconuenitur ciuiliter, & tunc procedit ista lex, quo casu vt soluatur ꝯrium præcedens, & alia quæ tanguntur hic in gl. dic, aut qō ciuilis superuenit ciuili incidenter aut per se principaliter. Primo casu non habet locum hæc regula, sed super emergenti est prius pronunciandum & cognoscēdum, quod dic vt in l. de qua re. inf. eo. & de ord. iud. l. 1. Secundo casu, qn̄ principaliter proponitur vtraque qō, tunc si quidem vna continet petitorium, alia possessorium, non habet locum hæc regula. quia possessorium debet ante terminari, cum distōne tamen, quam statim videbitis. inf. eo. l. si de vi. Aut vtraque continet petitorium, & si quidē vna est præiudicialis ad aliam, non habet locum hæc regula, sed habet locum materia inst. de act. §. præiudiciales, & inf. de pet. hær. l. si quis libertatem, & quod tangitur inf. eo. l. per minorem. Si vero neutra est præiudicialis ad alteram, tūc habet locum hæc lex, quod qui b prior appellat prior agat, & tunc procedunt ea, quæ dicūtur in materia conuentionis, & reconuentionis, quæ plene expediui hoc anno in materia auth. & consequenter. C. de sen.

ADDITIONES.

a Qui prior. vtrum ista l. qui prior, habeat locum in contractu transactionis, & aliqua de intellectu huius l. vide per Bar. in l. vbi pactum. post gl. ibi, C. de transl. & aliquid hic per gl. circa fi. & ibi dicit Bal. quod ista lex habet locum in iudicijs paribus non in præiudicialib. & potest facere ad no. q. quam ponit Bar. in l. qui bona, §. si quis quia. in fi. de dam. inf.

Et ad limitationem huius l. vide Spec. in tit. de iucid. q. ver. videmus, Meno. Forcat. dialog. 58. nu. 6.

b Pom. Prior agat Vide aliquid p... Barb. consi. 42. in 1. vol.

LEX XXX.

1 *Acta vnius iudicis non habentis certum locum maiorum, possunt in diuersis locis fieri, siue iudex sit ordinarius, siue delegatus, & quando in iudice habente locum maiorum.*

2 *Ordinarius potest delegare causam captam coram eo.*

3 *Iudicium qualiter intelligatur captum, vt ibi finiri debeat.*

4 *Exceptio iudicij capti coram vno iudice quando possit opponi, & per quem.*

a **Vbi acceptum.** a Hæc lex legitur duob. mod. vno mō vt vox, vbi, ponatur localiter: alio mō vt ib ponatur p apud, q. d. vbi ceptū est iudiciū, hoc est apud quē iudicem, ibi dēat accipere finē Nec curo vtrū in eodē loco, vel in 1 alio. † p̄ñt. n. acta vnius iudicis fieri in diuersis locis, vt s̄. de arbi. l. si cum dies. §. arbiter. Et hoc procedit sine scrupulo in arbitro, & in iudice delegato, vel ordinario, q. non h̄et certū locū maiorū, vt in Rectore n̄ræ vniuersitatis, vel alicuius collegi. Sed in eo qui h̄et locum maiorū, non procederet, & tūc staret vox, ibi, ꝓpriē, & localr vt dicamus, vbi. i. in quo loco. Hoc aūt fallit si voluntate partiū aīt fieret, ut dixi in l. vlt. de iust. & iu. Vel pp necessitatē aliq̄, vt si esset necesse, q̄ mitteret ad aliq̄ ꝑsonā egregiā, vt inf. d iurei. l. ad ꝑsonas. Vel absente, aut ad aliū iuste venire impeditū. C. de iurei. l. gn̄aliter, † §. his de p̄ñtib. & istæ lec. tāguntur in gl. Op. C. de peda. iu. l. pe. s̄. e. l. si longius, in prin. Sol. d̄t gl. fallit ibi. Tu dicas, q̄ non fallit, ut appa 2 rebit i seq. q. † Quæro, quid si iudex ordinarius delegat cām cæptā b coram eo? Dicit gl. q̄ p̄t, q. a idē auditoriū v̄r. Per hoc apparet mīsum ad ꝯtrium ꝓcedēs. Nā si iudex cām q̄ delegauit, ipsā reassumat, uel 3 alteri deleget, idem v̄r esse iudiciū apud eū agitari. † Expeditus de gl. quæro, d̄r hic, vbi ceptū est iudiciū, qualr intelligat̄ iudiciū eē cæptū. Dn̄t Doc. per solā citationē, vt s̄. e. l. si q̄s postea. Qđ intellige i eo qui h̄et p̄es iudices, quorū par est iurisdō, nec ipse h̄et priuilegiū declinandi aliquē. exēplū, in ciuitate ista q̄libet Perusinus h̄et iudicē, P̄tātē, & Capitaneū. Certe ille, q. præueniet ꝑ citationē, illius erit iurisdō, vt hic. Sed si aliq̄s ꝯueniret corā nō suo iudice, vel corā eo, quē posset declinare, non v̄r acceptū iudiciū ꝑ citationē. vt inf. c e. l. non v̄r. Itē aduerte, c ego intelligo istā l. vt ibi videat̄ cæptū iudiciū ad incōmodū citati, & ēt ad incōmodū actoris, ad cuius petōnē fit citatio, si citatus ꝯparuit. Nō. n. ꝓposset actor desistere, & ad aliū iudicē ire, C. qūo, & qn̄ iud. auth. q. semel. Sed si nos poneremus reum citatū fuisse ꝯtumacē, nō credo q̄ actor impediat iudiciū incipere alicubi, quia reus non poterit allegare alibi cęptū iudiciū q̄ ꝯtēpsit, q. a q̄tū ad eū illa citō posset peti circunduci, & annullari. † inf. eo. l. & post edictū. † Itē hæc r̄a ꝓcedit, qn̄ iudiciū cæptū est d de voluntate, sed si est cæptū ex aliqua necessitate corā vno iudice, poterit coram alio perfici, ut s̄. e. l. sed & si restituat̄. §. sed & si dies. Idē forte putarem si necessitas s̄uperueniret. Exemplū. Causæ sunt cæptæ in curia P̄tātis, mō illud offīm est sublatū. Certe puto, q̄ cāæ quæ ibi pendebant, poterunt perfici corā Capitaneo pp necessitatem, ar. d. † §. sed & si dies. † Salua meliori deliberōne tetigi hoc de sepul. vio. l. e sepulchri violati esset videndum. e † quis posset istam exceptionem 4 opponere, vtrum iudex poterit opponere alteri iudici ne procedat vel vtrū accusator posset opponere se iudici, qui inquirit. Dic vt ibi dixi. Et pro his facit quod dixi in l. si quis libertatē. inf. de peti. hęr.

ADDITIONES.

a Barb. Vbi acceptum. Et lim hanc l. vt pulchre notaui in tex. ibi oīno videas. Et limitate ēr, nisi partes consentirent ut ad alium iudicem iretur, ēt cæpto iudicio. Ita oo. dicunt Mod. in c. vt debitus, prope fi. de app. vbi dicunt, qđ si dimisso articulo appellationis, partes consentiunt, vt iudex ad quem, cognoscat de cā principali, poterunt, nec ob. iste text. quia procedit nisi partes consentirent, sed Car. ibi tenet cōtra per istam l. quod bene nota. Vide quod regula huius l. habet locū, vbi non fit præiudicium iurisdictioni alterius, vt no. Io. Mo. in ca. accusatus. de hær. in 6. quod dictum reassumpsit Bal. in c. 1. §. præterea. vlt. de prohi. feu. alie. per Fed. quia tunc ille, cui fieret præiudicium, posset inhibere per ea quæ dixi in l. iudicium soluitur. inf. eo. & hanc regulam limitat aliquib. modis Lud. in l. quamuis, in additioni. nouis, de dam. infe.

Meno. Dec. consi. pen. nu. 13. Coriet. singu. num. 10. in verbo iudicium incipit regula est.

Pom. Limita multis modis per Fel. in c. ex tenore. de resc. & adde Ias. in l. nulli. C. de iud. Et intellige, vt per Bar. in c. ex transmissa. de comp.

Brunus, consi. 54. nu. 9. Marsi. sing. 139.

† Claud. In gl. Ad intellectum, & limitationem huius, vide omnino Fel in c. ex tenore. de rescrip.

b Ordinarius delegat. Quomodo iudicatur lite pendente per citationem, dixi in l. cum notissimi. in prin. C. de præsc. 30. ano.

c Item aduerte. Idē d̄r in l. quāuis. de dam. infe. per illum tex. vbi dicit, q̄ si q̄s egit contra unum coram vno iudice, & ille non comparuit, sed fuit contumax, qđ licitum est agenti adire alium iudicem, ne sui contumacia reo proficiat, sed Ange. ibi tenet contrarium dicens, q̄ non prodest sibi contumacia, sed electio iudicis facta ꝑ agentē. Et ita ut̄ tenēre Gul. de Cu. in l. nemo pōt. C. de iur. om. iu. & Cy. in l. nulli. C. de iu. sic dicens, Pone, q̄ ego incæpi agere in una cā corā uno iudice, desisto ibi, & traho reū corā alio iudice, nūquid excipere poterit? Vr q̄ sic, quia maior conuenientia est vnius causæ ad seipsam, quā duarū inter se, ergo &c. argu. huius l. Præterea vr concedendū, per auth. qui semel. ista duo ar. vel iura nihil faciunt. Primo non ob. arg. huius l. q̄ maior est conuenientia vnius, &c. quia verum est eodem tempore, sed diuersis temporibus bene possum te conuenire coram diuersis iudicib. Item non ob. auth. qui semel, quia illa auth. resistit rei penitus desistentibus, sed hic non desisto penitus, imo ago coram alio, vnde nihil facit secundum Pet. Sed tamē alio iure probatur, vbi cauetur, q̄ qui fuit tractus in

vna

vnā causa per libelli editionē, non potest coram alio trahi. & qui traxerit, amittit cam, vt ar. inf. de asser. tol. l. 1. ad h. fin eu. Et p hoc allegat, q nu dēt interdici reo potentia purgandi moram, si vult sumptus reficere. l. sancimus. C. de iud. & l. si post tres sup. si q s cau. & quia acquisita dē iurisdō iudicialis, per l. si q s postea sup. eo. & si renuncietur instantiæ, non vr alius posse adiri, imo uexans reum in diuersis tribunalib. postea comparentem, perdit litem. l. t. in fin. C. de asser. tol. & no. per Gul. in d. l. in mo. licet Inn. sed m cum in c. ex tenore. de rescr. dicat, q poena perditionis litis non habet locum, nisi in casu illius legis. Et pro prædictis ē facit q acquisitum sit ius ita aduersario ut non possit alius iudex adiri, quod no Inn. in c. super literis. de rescr. & quod no. Io. And. in tit. de app. §. in q. bus. ver. quid si dictus. Sed certe opi. Ang. non placet, per illum text. ut l. contra. Nec ob dictum Gul. & Cy. quia non loquitur qñ reus est contumax. Et de materia bene facit quod no. Bart. in l. sepulchrum. de sepul. uiol. & eodem modo non ob. dictum Inn. & Io. And. Item vera vr opi. Bart. qđ non vr habere locum poena perditionis litis, nisi in casibus illius l. 1. §. 1. quia est ipse fauore libertatis, ut no. gl. in d. c. ex tenore. de rescri. Et pro hoc facit. quia poenæ sunt restringendæ, ut in regula, odia, de reg. iur. in 6 nec obstat, quod mora possit purgari, per d. l. & si post tres. & d. l. sancimus. quia illud ur verum re integra. Secus re non integra, ut videtur esse in casu proposito. Facit quod no. in l. & si post tres. & l. si mulier. de ver. ob. & adde quod dix. post Bar. in d. l. nulli. & forte posses dicere dictam opi. fore veram, quando reus contumax solueret expensas sed. in d. l. sancimus. quia tunc poterit cum consensu primi iudicis contra actorem, & conuenientem ipsū in secundo iudicio opponere de litis pendentia, quia si præoccupata erat iurisdū d. l. si quis postea, &c. proposuisti. de foro comp. potest iudex agere interdicto vti possidetis, contra turbantem iurisdictionem suam, per id quod no. Bart. in l. si, in prin. si quis ius d. cen. non obtem. Aut consensus primi iudicis non accedit, & procedat opi. Bar. & cogita tu, &c.

† Claud. Circumduci. Idem tenent Bar. ponens aliam limitationem in l. quāuis. inf. de dam. infec. Bal in l. 1. §. 1. C. de asser. tol. ubi etiam ponit aliam. unde Alex. in l. hoc amplius. j. de dam. inf. & in l. 1. inf. de re iud. Pan. in c. ex tenore. extra, de rescri. & c. pe. de foro comp.

d Post edictum. Facit l. quamuis. et ibi hoc no. Pau. de Ca. de in ius voc.

† Claud. Dies. Vide Bar. in l. 1. de offi. cons.

e Pom. Esset uidendum. Vide per Ang. in l. si quis posteaquam. inf. eo. ti.

LEX XXXI.

a **Si prætor.** Sicut inter hēdes diuidī actio, ita instantia super actione inchoata. h. d. Quod non procedit si lis sit super uidanduio, l. viæ. itineris, cum ibi no. j. de seruit.

ADDITIO.

a Diuiditur actio. Fallit si lis super diuiduo l. s. l. uiæ itineris. cum ibi notatis, infra de seruit.

LEX XXXII.

Si iudex. Tempora apposita in prima delegatione vñr repetita in persona eius qui in locum primi est delegatus. h. d. Quæro qño tpa intelligūtur a repetita in seq vtrū integra an vero illud q superer at. hic in prima glo sunt opi. Veritas est, q integra tpa intelligantur repetita, ut hic in tex. ex integro. &c. Op. gl. de l. properandum. §. sin autem vtraque. vers. sin autem, in medio de iud. Bī secundum duos primos modos, q cqd glo. dicat, nō obst. quia ibi loquitur de tempore, quod statuitur a l. instantiæ, hic vero de tempore, quod statuitur a iudice delegante iurisdictionem iudici delegato. Secundum tertium modum obstat l. illa. sed solue, vt in gl. quod hæc intelligatur secundum aliam.

ADDITIO

a Intelliguntur. Vide bonam gl. in c. dilecta. de test. in glo. pen. et istam l. no. allegat Bar. in l. licet Imperator. in fi. d. leg. 1.

LEX XXXIII.

1 *Exceptio declinatoria debet opponi in initio, & si ea non opposita opponitur aliæ respiciens personam iudicis, uel actoris uidetur in iudicem consentire.*

a **Non videtur.** Qui petit copiam libelli, nō vr cōsentire in iudicem. h. d. Quæro, exceptio declinatoria fori qñ dēat opponi. Quidā dixit vsque ad litem cōtest. Alii dicūt vsque ad viginti dies, ut in auth. offeratur. C. de l. cōte. Bī tex. 1 in l. 1. C. de except. dicit, q quod debet opponi in initio. Quod intellige antequam per aliquē actum uideatur in iudice consentire. Et iō si b coram iudice opponeret aliquā exceptionem, vel ꝯ libellum, vel ꝯ personam agentis, videretur in iudicem cōsentire. nec posset postea iudicem declinare, ut l. sed & si susceperit. in princ. inf. eo. & extra de re iud. c. inter monasterium. Rō, quia litium, cum ꝯs opponit exceptionem vr velle, quod super ea pronuncietur & sic consentit in iudicem. Sed ille, qui petit copiā libelli, per hoc non cōsentit in iudicē Non. n. ex hoc concludit, q iudex aliquid faciat, sed dicit q ipse c deliberare vult, ut hic, & d. auth. offeratur Et ideo est practica, qđ prima exceptio, quæ opponeretur, sit declinatoria fori. Demū subditur, quod si, & in quantum, dicta exceptio non obstaret, opponeret contra libellum, & personam agentis.

ADDITIONES.

a Consentire. Limitat hanc l. quādo ille iudex nullo modo erat competens, secus si esset iudex suus, qui tamen posset declinari, iam tunc per illum actum uidetur prorogari iurisdictio eius. Facit l. si quis postea. sup. eo. Ita uidetur uelle Ang. in l. sed et si susceperit. inf. eo. quod no.

b Opponere. Et uide quod no. Inn. in c. præterea, de dilatio. & Bar. in l. si conuenerit. inf. de iurisd. om. iud. et Sal. in fi. C. eo.

c Est practica. Vide clarius in l. quamuis. de dam. infec. l. quidam consulebant. de re iudica.

LEX XXXIIII.

Si is qui. In successorem transit instantia, quæ debet terminari in eodem loco. h. d.

LEX XXXV.

1 *Annuū aliquid recipere debens potest agere, vt debitor condēnetur in futurū.*

a **Non quemadmodum.** a Iudicium non pōt esse sup futuro. h. d. Vel sic, Tractus futuri tpis, non spectat ad iudicem. h. d. Opp. de l. in l. Aqu. si deletum j. ad l. Aquil. Sol. ibi obligatio, & actio erat de præsenti, licet executio dēret differri, ideo tex. hic in fi. dicit, ante quā aliqd debeatur, vt respiciat obligationem, & actionem magis quam executionem. b Quærit gl. b † quid si promisi tibi aliquid annuum? c vtrū 1 possim agere q ꝯdemneris ad præstandum in præsenti, & in futurū? Bī casus est, q sic, vt in l. 1. C. de fideic. & facit j. si ser. ven. l. haris. & l. egi. ne cogatur de suo iure annis singulis protestari, vt l. male agitur. de præscr. 30. an. Nec obst. hæc lex: quia super futuro nullū potest esse iudicium, si de præsenti aliquid non dētur sed si aliquid debetur de præsenti, eius rōne possunt ēt futura venire in iudicium, et hoc est quod dicit tex. hic in fi. antequam aliquid dēatur. Not. q dicit, aliquid non. n. requiritur, q totum, q petitur, dēatur pro præsenti, sed sufficit q aliquid dēatur pro præsenti. d. l. 1. C. de fideic. Contra prædicta facit de vsur. l. 1. Sol. ibi est in potestate actoris exigere totum debitum, ita q in futurum non dēantur vsuræ, & ideo non permittitur sibi, q agat de futuro debito, secus in qōne nostra, quā modo dixi. Op. inf. qñ app. sit. l. 1. §. biduū Sol. hic loquit de iudicio, hoc est de instantia iudicii, ibi loquitur de sñia. quę pōt ferri sub cōditione, licet illud, q deducebatur in iudicium, esset debitum pure.

ADDITIONES

a Non quemadmodum. Ad hanc legem vide gl. in c. Ravn. de testa. quæ incipit sed nunquid, & quæ no. in l. seruus. §. fi. de ver. ob.

Pom. Limita, ut per Ale. in l. edita. in prin. uer. sed quando. C. de edendo.

b Pom. Quærit gl. vide Imo. consi. 72.

c Annuum. Vide plene per Bar. in l. ubi autem non apparet. §. qui sortem, de uerb. ob. & ibi Ang. & Imo. in l. si stipulatus. §. cum stipulamur. eo ti.

LEX XXXVI.

Interdum. Ex cā potest iudex dilationes ꝓrogare. No. bene istos casus hodie qñ morit ꝯsanguineus alicuius, est limitatū tps nouē dierū. C. de sepul. vio. auth. sed neque. et 1 per hoc a mortalitate citra excusaui multas dñas, quæ mortuo marito non petierant tutorem filiis suis. Non. n. cogebantur infra illa tpa ire ad iudicē, q dic, vt latius tractaui in l. 2 §. confestim. ad Ter.

1 *Religiosus exemptus, assumens executionem ultimę uoluntatis, non obstante priuilegio, poterit pro eo conueniri.*

§. Senator Vbi quis gessit negotium, ibi dēt se defendere, non obstante priuilegio fori. h. d. Opp. s. e. l. de c. r Sol. vt ibi dixi. Hic §. facit ad q. si aliquis religiosus † exemptus assumat aliquam fideicommissariam vel executionem vltimæ uolūtatis q pro hoc possit conueniri coram epō, non obstante priuilegio.

LEX XXXVII.

1 *Petitorium, & possessorium, an possint simul intentari, & an proponi in codē libello & quid differat una quæstio ab alia.*

2 *Possessorium quare prius examinatur, quam petitorium.*

3 *Interdicto retinendæ possessionis agenti, quando obstet exceptio dominij, & quid in interdicto recuperandæ; & quid adipiscendæ.*

a **Si de vi.** Hæc lex legitur in glo. duob. mo. Vno mō, vt ponat ordinem inter iudicium criminale, & ciuile, & fm hanc lec. ista l. non hēt dubium. Glo. tñ istam lec. non sequitur, sed eam tangit post medium gl. fm eam bī h. d. Accusatio crīalis de vi prius dēt expediri, quam qō ciuilis de proprietate. Secunda lec. est vt proponat ordinem inter petitorium, & possessorium iudiciū. & istam prosequitur gl. & in istam sunt hic opin. & h. d. Si inter eosdem esset qō de proprietate & possessione, cā possessionis dēt primo terminari. h. d. Ad istam lec. opp. primo de test. qui dicit de vi. Sol. expone vi. i. violēta possessione, & q sequitur possessione, expone. i. proprietate. Opp. de lata. in. aliter. §. nihil cōe. de acq poss. Huius ti-1 more sunt in l. ista opin. quas glo. † recitat per duas qōnes. Prima vtrum petitorium, & possessorium possint simul intentari. Secunda, an petitorium, & possessorium possint proponi in eodem libello. Et si dicis, quid differt vna qō ab alia? Resp. petitorium, & possessoriū possunt proponi a diuersis partib. & tunc non procederet qō, vtrū possunt proponi in eodem libello. Nā cum sint diuersæ partes dant diuersi libelli: ideo non quæritur, an possint proponi simul. Itē pōt proponi ab vna eadēque parte, & tunc procedit qō, an possint proponi in eodem libello. In ista materia fuerunt opi. Nam quidā dixerunt, q nullum possessorium concurrit cum petitorio. Alii totum eꝯ. s. q oē possessorium pōt simul cum petitorio intentari. Et istā tenet Pet. C. de rei vend. l. ordinarii. & de interd. l. incerti. Quidā dixerunt, q interdictum recuperandæ, & interdictum adipiscendæ possessionis concurrit cū petitorio. Secus in interdicto retinēdæ possessionis, vt hic, & ideo tex. dicit de vi. i. violenta turbatione possessionis. Ratio est, dicit gl. quia dum ago rei vendicatione, dico aduersarium meum possidere Dum ago interdicto uti possid. dico me possidere, & sic essem mihi ꝯrius. Ista est opi. q̄ tenet glo vbique. Dices tu, Rō ꝯrietatis facit, vt non possit simul proponi. l. 1. C. de fur si ser-2 uus extero. l. 1. Sed quare prius dēt examinari possessoriū, † quam petitorium? Rñ. Ratio proprietatis facit ne simul proponantur. Ratio ordinis

ADDITIO.

a Meno. Si de ui. Cuiac. lib. 5. obseruat. ca. 15. & lib. 1. ca. 35. Constan. Laudens. prætermi. c. 5.

ordinis facit, vt possessoriũ præcedat. Est ãt ordo, vt ex hoc sciamus in iudicio proprietatis quis dẽat sustinere partes actoris, & quis rei. Hoc est, q̃ dicit tex. C de rei ven. l.ordinarii, q.d. Rõ, ordinis hoc facit, expressius. C. de interd. l. incerti. ibi, vt ex hoc ordine, &c. Sed si poneremus casum, in quo petitorium, & possessoriũ retinendæ non essent ꝯria, tunc admitteretur cõcursus. d. §. nihil cõe, & de acq. pos. l. clã. §. qui ad nundinas. & plenissime examinaui istam materiã in d. §. nihil cõe. † Quæro, vtrum agenti a interdicto retinendæ possessionis obstet exceptio dñii. Et dicit glo. q̃ sic, si aduersarius est paratus incontinenti probare de dñio. Vide gl. istam. b Dy. in c. qui ad agendum. ext. de reg. iu. li. 6. tenet glo. in oĩb. interdictis, præterq̃ in interdicto recuperandæ. Idem vr̃ velle Dy. C. de edi. diui Adr. tol. l. 2. vbi gl. tangit. Tangitur ẽt in l. fi. quo. bo. & in l. 1. quo. leg. In eo q̃ dicit Dy. de interdicto adipiscendę, verum dicit vt d. l. fi. quo. bo. & qđ ibi no. & d. l. 2. C. de edi. diui Adr. tol. & quod ibi no. in eo vero qđ dicit hanc gl. non procedere in interdicto recuperandæ, non dicit verũ simplr. Procedit. n. vbi illata est vera violentia, ita q̃ possessor añ oĩa restituendus est, l. 1. C. si per vim vel alio mõ, & C. ad l. Iuliam de vi l. si quis ad se fundũ. secus in quasi violentia, de qua loquitur. C. vñ vi. l. cũ quærebatur, & ibi gl. dicit. Itẽ in eo qđ dicit Dy. de interdicto retinendæ possessionis, non dicit verũ, quia ꝯ casum, & gl. in l. si de eo. §. fi. de acq. pos. Posset tñ intelligi dictum eius qñ in cã possessionis probõnes essent vtrinq. pares. vt tangitur per Iac. de Are. & Cy. refert. C. vti pos. l. 1. Dixi latissime in d. §. nihil cõe.

ADDITIONES.

a Agenti interdicto. vide A. ex in consi. 94. 4. vol.
b Vide gl. istam. Adde Bal. in l. 1. in prin. si de mom. pos. fue. app. & Bar. in §. nihil cõmune. & in interdicto adipiscendæ, est gl. & Bar. & Bal. in l. 1. C. quor. bo. Meno. Communis est contra Bar. hic, Berou. c. 1. nu. 31. de rest. spoliat.

LEX XXXVIII.

a **Quod legatur.** a Spẽs dẽt solui vbi est, q̃titas vbi petit, nisi aliud actum sit. h. d. Gl. hic summat istã materiam per duas q̃ones. Prima vbi dẽat solui. Secunda vbi debet peti res legata, & est gl. multum plana & clara. Cy. refert eã. C. vbi fideicõ. pet. l. 1. & ibi est ista lex. Aduerte tamen quod hic est quædam gl. parua. s. tertia glo. quæ dicit quod si actor vult rem perferri ad locum vbi agit non auditur, cuius contrarium dicitur in gl. magna & bene probatur §. de eden. l. prætor. §. si eum l. seq. & l. si in b Alia. §. 1. inf. depo. & gl. b in l. cum res, in ver. transtulit. de leg. 1.

ADDITIONES.

a Quod legatur. Allegat Spec. in tit. de compe. iud. adi. §. 1. versi. quid si rusticus portans canistrum frumenti, vendit decem corbes, debet in dubio expensis emptoris conduci.
b Et gl. Et In. in l. cum res. in ver. transtulit, de leg. 1. & ibi vide de hac materia plene per Bal. & Doct.

LEX XXXIX.

1 *Furiosus etiam habens dilucida interualla, non potest esse arbiter.*
2 *Iurisdictio acquiritur ignoranti.*
3 *Ignorans & absens potest iudex delegari.*

Cum furiosus. Valet quod fit coram iudice furioso tpe quo habet dilucida iterualla, nec potest a furoris tempore pronunciare. h. d. Opp. de l. cum prætor. sup. eo. Sol. 1 Intellige hic de eo, qui habet dilucida interualla, & addit gl. † vnum nouum verbum, quod licet possit effici iudex furiosus, qui habet di 2 lucida interualla, tamen arbiter esse nõ potest. † Vltimo no. hic tex. quod iurisdictio acquiritur ignoranti, ibi, neque enim in adiciendo, &c. Idem no. in l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iud. dixi plene in 3 l. absenti. de donatio. inf. & in l. pen. de test. milit. † No. quod potest delegari iudex, qui est absens, & ignorans.

ADDITIO.

a Pronunciare. Et quod dicitur, quod furiosus non potest pronunciare, limita, nisi sententia lata a furioso, lata esset qualiter tulisset homo sanæ mentis, quia tunc lata tenet, & no. Doct. in c. 2. extra, de consue. quod sing. tene menti. Adde ut per Andræ. Sic. consi. 60. vbi refert illud Valerii, de eo, qui erat furiosus, & fecit testamentum tanquam sapiens.

a **Non quicquid.** Non omne, quod iudex potest, necesse habet facere, h. d. de hoc plene in l. 1. C. quomodo, & quando iudex, vbi vide.

ADDITIO.

a Poma Non quicquid. vide Fel. in c. exceptionem de excep.

1 *Iudex qui non condemnat victum victori in expensis, vel in fructuum restitutione, tenetur parti. 2.*

§. Iudex. Iudex qui omittit id, q̃ facere debet, punitur, h. d. 1 primo exemplum glo. † ponit, si non condemnauit victum victori in expensis, vt l. properãdum, §. sin autem. C. de iud. Hoc autem intellige eo casu, quo debeat fieri condemnatio expensarum, quia non habebat iustam causam litigandi, ita tamen si hoc fuerit petitum a parte. l. 4. §. hoc autem iudicium. inf. de dam. infec. a & ibi dixi. Quando tamen in libello ex parte actoris petit, iudex si non condemnaret, tenetur. In reo vero debet peti: aliter non tenetur. Secundo ponit gl. exemplum in restitutione fructuũ, vt de fruc. & li. expẽ. l. pe. Quod etiam intellige si fuerit petitum, l. ædiles. §. itẽ sciendum. inf. de ædil. edi. & d. §. hoc autem iudicium. Itẽ aduerte, quia text. hic dicit, dolo malo. Quæro, quid si per imprudentiam: nam leges, quæ dicunt teneri iudicem qui per imprudentiam male 2 iudicauit, loquuntur de iudice faciente, non de omittente. † Itẽ quæro, qñ iudex omittit aliquid facere, qua actione conueniatur. An teneatur illa actione in factum ex quasi maleficio, de qua loquitur §. eo. l. si filius. & Inst. de ob. ex quasi maleficio. in princ. & l. ex maleficus. §. si iudex. §. de act. & ob. & l. fi. de var. & extraord. cog. Quæ leges omnes vr̃ loqui in faciente, non in omittente. Tetigi in d. le. fi. de var. & extraordi. cog. & l. 1. C. quomodo, & quando iud.

ADDITIO.

a Pom. Quando tamen. Vide Fel. in c. cum inter. de re iud.

LEX XLI.

a † **In omnibus.** a Qui tenentur ad diẽ, vel sub cõdõne, põt cõueniri ad p̃standũ cautionẽ. h. d. Opp. de hær. vel act. ven. l. 2. Sol. dicit gl. ibi petebat q̃s satisdare cum fideiussorib. quod non dẽt fieri: hic cauere nuda cautione. b Vñ vr̃ q̃ glo. intelligit istam l. in cautione nuda. Certe si hoc esset verum, modici effectus esset ista lex, quia tantã cautionem hẽo postea. q̃tam primo. Iõ Doc. dñt q̃ debet intelligi de satisdatione cum fideiussorib. ne sit vanum consilium huius. Ita probatur in l. si creditores. de priui. cred. facit. C. de præcibus. Impe. offe. l. vniuersa. Non ob. l. 2. de hær. vel act. ven. quia hic dicit tex. Et cãm iustam intelligo, si debitor est suspectus, d. l. si creditores. sed in d. l. 1. non suberat alia iusta, merito non cogitur. Item c opp. inf. de cond. cau. da. l. dedi. in princ. Sol. dicit gl. ista l. loquitur in iudiciis bonæ fidei, illa in stricti iuris? † Et hoc idem videtur tenere gl. in d. l. 2. post prin. inf. sol. mat. Veritas est, q̃ habet locum ẽt in iudiciis stricti iuris, vt dixi in d. l. dedi.

ADDITIONES.

Iudicia particularia, per quæ fieret præiudicium petitioni hered vel pparatorijs eius, debent differri quo ad iudicium vsq; finẽ accipiat, ad quod põt per iudicem certus terminus statui: secus in iudicijs particularib. q̃ vñ pĩudicium non pariunt. h. d. Diuiditur in tres partes prin. ſm veram lec. q̃ intẽdo tenere. Prima, qñ quis petebat libertatem ex testõ, & filius exhrdatus agebat q̃rela ꝯ testm. Scda, qñ quis petebat ex testõ libertatẽ & hæreditatẽ. Tertia, qñ qs petebat libertatẽ non ex testõ, sed aliunde. Scda ibi, nã cũ Tertia ibi, quoties sunt. Prima subdiuiditur in tres, q a primo recitat mẽtem Senatusconsulti Scdo mentem rescripti Imperatoris circa idem. Tertio ponit vnã limi. ad prædicta Scda ibi, sed & diuus. Tertia ibi, ita demũ. Scda pars subdiuitur in quatuor. Primo format qõ. Secundo rñdet ad eam eo casu, quo seruus erat in possessione libertatis, & hæreditatis. Tertio qñ erat in possessio. libertatis, & non hæreditatis. Quarto ponit circa p̃dicta decisionẽ vnius dubij. Scda ibi, diuus Pius. Tertia ibi, non vero. Quarta ibi plane. Itẽ tertia pars subdiuitur in duas. Primo ponit vnum dictum Secundo ad remouendũ dubium dat vnum consiliũ. Scda ibi, adiecit. Reassumo q̃libet particulã nostræ legis per se, & primo de intellectu principali huius l. Circa quod sciendum est, quod prima gl. mag posuit casum, quod quidã Licinianus seruus erat institutus hrs & iussus esse liber cohærede sibi dato, & filio exheredato, & istam lec. ꝗ sequitur gl. vsq; ad ver. ideoq; alij, in eadem gl. Sed quia hic de hæreditate Liciniani nulla fit mentio, ideo glo. ab ista lec recedit, nec de ea vobis faciã mentionem de cætero: sed quia gl. circa eã dicit aliqua vtilia, reassumam eam p qõnet. Vera lect. est in isto prin. quæ ponitur hic in gl ante fi. Vel dic, ꝗ simpľr fuit relicta libertas, &c. Pone ergo casum, qđ seruo fuit relicta libertas, extraneus fuit institutus, filius fuit exhrdatus. Certe si seruus petit libertatẽ, differetur cã libertatis pp qõ de testõ. & istũ casum psequere in tota prima parte principali. Circa istam partẽ primo q̃ro quis possit obijcere istã exceptionem, quod non procedatur in cã liberali, ne fiat p̃iudicium qõni de testõ. Gl. in hac casus põne dicit, ꝗ hoc petit filius exheredatus. Idem expressius dicit in prima casus positione, quam reprobaui. Ex quo dicto no. † quod licet duo litigẽt inter se, põt venire tertius, cuius interest, & opponere exceptionẽ, & facere differe illud iudicium. quod in se puto verum. Facit l. Titia. ꝫ. sol. mat. ſm verã lect. q̃ ibi dedi, vbi filia venit, & impedit iudiciũ inter patrem, & maritum. Ad idem s. titu. j. l. si suspecta in prin. & C. de litig. auth. nunc si hrs. & ꝫ. ad Treb. l. ita tñ. §. quoties. Istud tñ examinemus latius. Aut. n. istã exceptionẽ vult opponere filius, & põt, vt dictũ est. Aut hrs ꝯuenius, & nõ põt ſm gl. hic in prin. & l prox. in fi. 1. gl quod non placet, q a vi ꝯ casum l. 2. ꝫ de exce. rei iud & de ac. & ob. l. q eũ hr̃de. & d bo. q̃ li. l. q̃diu. & de bo. pos ꝯ tab l. si præteritus & C. e. l. fi. in pri. Vnde dico, † quod hrs põt istã exceptionem op. Et hoc forte voluit dicere gl. hic circa prin gl. mag. vbi dicit, nisi id peteret noĩe exhrdati. q. d. hrs ꝯuentus istã exceptionem opponit pro interesse exhrdati, licet nõ p suo. Item est videndum an ille, qui se petit in libertatem, possit petere hoc iudicium differri? & gl. dicit, ꝗ non, & bene, quia sua spõte venit ad iudiciũ, ergo cogitur psistere, vt in auth. qui semel. C. quõ & qñ iudex. † Itẽ quæro, an iudex ex officio suo, ẽt nulla parte opponente, possit cãm libertatis differre? Rñ. quod sic, licet gl. nõ tãgat. & hic est casus in primo dicto huius legis, vbi oĩa verba referũtur ad iudicẽ, si bñ inspiciat. Et huius rõ est, q a iudex non dẽt manifestare motum animi sui, vt s. de off præsi. l. obseruandum. & C. de fal. l. vbi sed si pronunciaret aliquem esse liberũ ex testõ, iã vr ostẽdere motũ animi sui, quod testm̃ esset validum; & sic ipsi iudici fieret p̃iudiciũ, si sup hoc pñũciaret. Merito dẽt differri, & hoc vult mẽs Senatusc. vt tex. hic aperte dicit. † Ex quo no. ꝗ in his, in qb. iudici, vel iurisdõni pararet aliquod p̃iudiciũ, iudex põt supplere ex se, ẽt non opponente parte. s. de post l. quos phibet, & facit s. de pc. l. filius. §. veterani. dixi in l. 4. §. hoc aũt iudiciũ. ꝫ. de dã. inf. tetigi de sep. viol. l. sepulchri. eo. tit. ver. circa ſm qñ, in fi. Quæro, circa istud principium, qđ p̃iudiciũ fieri † posset p sñiam latam super libertatis qõne, qõni de testõ, cũ sit inter diuersas psonas: ergo, &c. C. res inter alios acta, & c. p totũ, &c. Rñ. dicit gl. fieri qualequale p̃iudicium, licet nõ plenũ. ꝫ. de ap. l. a sñia. cum si. hoc tãgitur in prima gl. magna, & ẽt in scda. Ex hoc dixi tibi in l. admonẽdi. ꝫ. de iureiu. qđ testes recepti inter alios faciũt p̃sumptionem, & forte semiplenam probõnem inter alios. Venio ad ver. sed & diuus, & primo q̃ro, qd est hoc dictũ, aut ĩducatur, aut finẽ accipiat? Expone vt in gl. inducatur, hoc est, fiat absolutio ab obseruatione iudicij Finẽ accipiat p diffinitiuã sñiam. No. ex gl. b dñiam inter inducere, † circũducere, & cãcellare. Simile C. de sol. l. inductũ. & licet sit dñia in modo, tñ in effectu nulla dñia est. Quæro in quo differat iste ver. a p̃cedentib? dicunt quidã in nullo, sed s. fuerunt recitata verba, vel mens Senatusconsulti. & verba rescripti. Tu dic, ꝗ s. loqtur generalius, q a quæstio de libertate differt, si speratur moueri qõ de testõ, siue testm̃ dicaẽ falsum, vt s. l. px. & l. diuus in fi. siue dicaẽ nullum, vel inofficiosum, siue speraẽ moueri ꝯtab. vt l. ita tñ. §. quoties. ad Trebel. hic vero verba rescripti erant spãlia in qõne inofficio. & ita dicit gl. hic posita super verbo, sed & diuus, &c. Item s. verba fuerunt relata ad iudicẽ, ex quo apparet quod committitur offõ iudicis: hic fuerũt prolata simpliciter. Venio ad ver. ita demum. dr hic, si iã de inofficioso iudicium ꝯtestatum est, qd est hoc dictum. Quidam intelligunt si lis est ꝯtestata, tunc debet subaudiri, vel ꝯtestari speretur, & ita sentit gl. qđ verum est, vt d. l si præteritus. de bo. pos. ꝯ tab. Posses ẽt exponere ꝯtestatũ, hoc est, protestatũ, vt l. posthumus. in fi s. tit. 1. Venio ad secundã partẽ principalem. s. ad ver nam cum qdã. Et primo q̃ro de intellectu huius versic. Rñ. quod gl. in ista parte tãgit casum verũ in gl. magna circa mediũ. ibi, ideoq; alij ponunt Licinianũ, &c. Et ponas casum, Licianum fuisse hæredem institutum, & iussum esse liberum, & filium exhæredatum, quem Licinianũ filius exhæredatus vẽdicat in seruitutem. Licinianus opponit hoc nõ posse fieri nisi prius agaẽ q̃rela, & petitione hęreditatis, q̃ritur an ista exceptio obstet. Et sic vides quod in formatione qõnis non declaratur vtrum Licinianus sit in possessione libertatis, vel non: declaratur aũt hoc in rñsione, vt videbitis. Sed iuxta hoc dubitatur de tex. ibi, dicens se suscepturum, &c. Ex hoc innuit quod ipse possidebat hæreditatem, vt ꝫ. sequitur, & petiturũ hæreditatẽ. Ex hoc innuit, quod nõ possidebat, quia si possideret, non peteret. Rñ. illa verba sunt ambigua, iõ Imperator declarat in rñsione p distinctionem: possunt. n. dicta verba intelligi de possidẽte hoc mõ, suscepturum. istud stat proprie, & quod ꝫ. sequiẽ, & petiturũ, repete, & se susceptu rũ Petiturum, hoc est, illum q petit hr̃ditatẽ. q. d. paratus est se defendere ab eo, qui petiturus est hæreditatem. possunt ẽt intelligi in non possidente, & illud quod dicit, se suscepturum in non possidente, stat improprie: quia in modum exceptionis ei opponetur, & quod ꝫ. dicit petiturũ, stat proprie. Venio ad ver. diuus Pius. & iste est ver. planꝰ, q a si seruus possidet hr̃ditatẽ, differtur qõ de libertate, nisi prius agatur de testõ & hr̃ditate Venio ad ver. non vero. iste ver legiẽ in gl. trib. mod Primo ſm Azo. gl. q̃ incipit, nñc, mutat casum. q̃ lec. tenuit diuidendo legem. s. dixit differẽdã esse cãm libertatis, qñ seruus est in possessione libertatis, & hr̃ditatis: hic dicit, qñ seruus non est in possessione hr̃ditatis, sed libertatis, cãm nõ esse differendã pp qõnem separatã inofficiosi testi. Rõ est, q a est ĩ ptãte serui agere petitione hæreditatis, & ille cogiẽ in modũ cõditionis opponere de q̃rela, vt l. Pap. §. si filius. s. tit. 1. Si igitur seruus non agit, imputet sibi. Sed ꝯ hoc instaẽ, saltem iste seruus debet agere petitione hr̃ditatis, ergo donec finiatur petitio hæreditatis, nõ debet agi de libertate, vt s. de arbi. l. non distinguemus. §. si is. Rñde, & istud no. Cõcedo, q a si seruus ita opposuisset exceptionem, debet differri iudicium de libertate, q a intendo agere ꝯ te petitione hæreditatis, cui non debet fieri præiudicium, certe qõ de libertate fuisset dilata, vt in contrario. Sed hic male opposuit exceptionem, q a dixit, dico, quod qõ de libertate dẽt differri, nisi prius agas q̃rela inofficiosi testi: iõ hoc prætextu seruus nõ põt obtinere, & hoc est, quod tex. dicit, vide lrãm non vero, &c. † No. ergo ex hoc, quod q exceptionẽ proponit inepte, ita succũbit, sicut q pponit actionẽ inepte, vt l. 1. § Labeo. ꝫ. de flu. & de do. exce. l. 2. post prin dixi plene in l. 1. ꝫ. de exce. Scdo mõ legitur ſm Guar. vt non mutet casum, & sic totum de vna parte cũ seq. ver. plane. & dicas sic, Dñe, si dẽt differri donec iudiciũ de testõ finem accipiat, expectabimus ergo vsq; ad quinquennium, qñ tãto tpe durat q̃rela. Rñdet Iuriscõsultus, quod nõ dẽt expectari. plane iudex debebit cã cognita certũ tps statuere. h. d. vsque ad §. quoties, & ista lectura est satis vera in se. Tertio mõ legitur ſm lo. vt mutet casũ, sed parat quandã limitationẽ ad p̃cedẽtia. Dictum est s. quod qõ de libertate dẽt differri, donec iudiciũ de inofficioso finẽ accipiat, nunc limitat, ꝗ hoc est verũ intra quinquennium. Nam post qnquenniũ querela inofficiosi non dẽt durare & iõ ppterea non differẽ qõ de libertate Ista ẽt põt esse vera, tene quamuis. Seqtur ver plane. Iste ver. legiẽ duob. mod. vno mõ, quod referatur ad primã partẽ, alio mõ quod referaẽ ad proxima p̃cedẽtia, mihi placet qđ referatur ad pxima p̃cedẽtia, & ad dicta in prima parte, & sic ad vtrũque. & dicit duo. qñ opponiẽ dicta exceptio, ꝗ cã libertatis dẽt differri, pp separatã litẽ de inofficioso, iudex prius dẽt examinare vtrũ ista exceptio opponaẽ bona fide, an aĩo calũniæ, & cã differendi: nã si cã differendi, exceptio ista non admittetur vt l. hæc aũt. in prin. ꝫ si cui plus quam per le. Fal. & C. de fal. l. 2. & quod dixi tibi s. ti. 2. l. prætor. §. Marcellus. Secũdo dicit † quod iudex põt statuere certũ tps ad agendũ, ꝗ no. licet gl. s. ti. 1. l. Papinianus.

ADDITIONES.

a Meno. Ex quo. Afflic. decis. 15. nu. 3. & esse communem practicam.
b No. ex gl. Vide Fel. in c. significasti. de testi. in fi.

nus,§ si quis post. dicat hoc non esse verũ in ciuilib. tamẽ male dici, vt ibi dixi, de quo per Dy. in c. indulsũ. c̃tra de reg. iu. li. 6. plenissime dixi in l. Tiria. ff. de acc. Circa istã partẽ quæro, q̃a hic dr̃, iudicẽ libertatis, &c. cui loquitur hic Imperator? Rñ. loquitur iudici ordinario, qui iubeat iudicẽ delegatum cognoscere de libertate: & sic est hic casus † quod cã simplicis libertatis põt delegari. Ita no. Iac. de Are. ff. de dam. infe. l. 1. in fi & per Cy. C. de ped. iu. l. placet. vbi refert verba Ia. de Are. Venio ad vlt. partẽ: & primum dictum est clarum, q̃ cã quæ nullo mõ contingit petitionem hæreditatis, non debet per eam differri, quod examinabo plene ff. in materia illa. Venio ad finẽ gl. quæ inducit istũ tex in ar. † q̃ testes producti super vno articulo, non debent interrogari super alio. Contra hoc induc. t. gl C. de testi. auth. si testis productus. vbi testis interrogatur de c̃dõne sua. Sol. Testis non debet interrogari super alio, nisi illud aliud pertineat ad finẽ eius, de quo principaliter interrogatur. Ita loquitur lex c̃traria, nã scire condõnem testis pertinet ad iudicem, vt l. 2. & 3. vbi no. ff de test. & de hoc dixi in l. si duo patroni §. idem Iul de iureiur Ego induco d in ar. † imo pro casu, istum tex. ad notabilem practicã, si inter me & te trãsactum est de lite rei ex certa cã. & tu postea p̃poponis c̃ me rei vendicationem nulla cã expressa, si ego oppono de trãsactione præcedenti, quæ fuit limitata ex certa cã. iudex debebit pron̄ciare litẽ esse contestandã: ita tñ quod in hoc iudicio nullo modo deducatur illa cã de qua fuit transactum, & hoc exprimat in pronunciatione. casus est hic. Expedita litera, veniamus ad c̃tra, & examinabitur mã. Opp. primo quod qõ de libertate debet ante omnia examinari. C. de adul l. qm̃ Alexandrum. dicit gl. ibi in modum exceptionis, quod ẽt hic permitterem: hic autem in modum recõuentionis. Tu dic clarius ibi qõ de libertate erat præiudicialis ad accusationem, non accusatio ad eam, ideo de ea prius cognoscitur. Facit l. ordinata, de lib. cau. hic autẽ qõ de libertate erat præiudicialis ad qõ. de testõ, & qõ de testõ erat præiudicialis ad eam, ideo supersedetur in cã liberali, & præfertur cã de testõ tãquã maior & vl̃is, vt statim dicam. Op. ff. de iud l. qui prior. Sol. dicit gl hæc est causa magna vl̃is, & centumuiralis, vt C. eo. l. vlt. ibi est causa ciuilis, & singularis. † Pro huius decĩone dẽs scire, q̃ in hoc iudicio vniuersali tria sunt specialia. Primo, q̃ in iudicijs particularib. illa causa debet præferri, quæ prius intentetur, si sunt inuicem præiudiciales, vt d l. qui prior. hic vero præfertur causa vl̃is. Secundo, quia illa iudicia particularia ita demum inuicem se impediunt, si sunt inuicem præiudicialia omnino ratione pleni præiudicij, ita quod absolutoria lata in prima parit exceptionem rei iudicatæ in sc̃da, vt l. fundi. & l fundum. de excep. rei iu. al's secus, vt l. sed si ante. eo. tit. Sed in vniuersali est hoc speciale, quod differunt alia iudicia, etiam ratione qualisqualis præiudicij, vt hic patet. Tertio, quia in illis iudicijs particularibus considerantur causæ præiudiciales, inter easdem personas tantũ. d. l. fundi. & l. fundum. sed hic inter diuersas personas, vt hac l. Et huius ratio est, ut tangit ista gl. quia illa cã dr̃ esse magna, vniuersalis, & centumuiralis, hic est, inducta a senatoribus, qui erant centum numero, ideo p̃p eius nobilitatem assumit sibi istud priuilegium. Oppo. C eo. l. fi. dicit gl. in hoc lex ista hodie corrigitur, quia hodie si legatarij, vel creditores, vel serui libertate donati nolunt agere, adhibetur distinctio, quæ ponitur in d. l. vlt. C. eod nec differunt ista iudicia simpl̃r, vt ibi patet. Ista glo. dicit veritatem, q̃n petitor, vel possessor conuenitur a tertio: sed si conueniunt se inuicem aliquo iudicio particulari, per illam l. nihil disponitur, & sic remanet incorrecta hæc lex in versi. nam cum quidam, & l. non distinguemus. §. si is. ff de arbit. Item l. fi. C. eo. loquitur q̃n conuenitur possessor vel petitor, sed q̃n ipsi agerent, nihil ibi dr̃, & ideo hoc casu remanet incorrecta. l. si bonæ fidei. & ibi no ff. e. & ideo pro huius decĩone distingue in ista materia bñ, quod aut inter petitorem, & possessorẽ mouetur aliqua qõ particularis, aut mouetur cum extraneis. Primo casu, aut illa particularis erat de possessione, & nõ impeditur, ut l. 2. C. de edi. diui Adr. tol. & no in l diuus. in fi ff e. Aut non erat de possessione, & tunc aut erat cã summaria, & non differtur, ut l. ille a quo. § si de testõ ff. ad Tre. Aut erat cã quæ requirebat plenã causæ cognitionem, & illa differtur hodie. & olim. in hac l. ver. nam cum quidam. & ff. de arb. l non distinguemus § si is. Secundo casu aut possessor, uel petitor c̃uenitur ab alio, aut agit. primo casu olim differebatur, vt hic: hodie vero adhibetur distĩõ, q̃ ponitur in d. l. vlt. C. eo si uero ipsi agunt, tunc aut res uel actio erat t̃pe peritura, & possunt agere l. si bonæ fidei. ff e. & l. cum hæreditas ex Trebelliano. ff. ad Senatusc. Treb. Sed si res non esset tempore peritura, non possunt agere, imo debet differri. l. 2. ff de excep. rei iud. & l. qui cum hærede. ff. de ac. & obl. & de bon. lib. l. quandiu. facit l. si præteritus. de bo. pos c̃tab. nec iura antiqua in hoc corrigũtur, p̃ iura noua. l. per l. fi C. e. Et prædicta vera, donec iudicium vniuersale pendet, vel moueri sperat: secus eo finito, ut hac l. secundo tñ: & in §. non ut, s̃m unam lect. & ff de exce. l. si post. s̃m unã lec. ubi tractatur ista mã. Item prædicta uera in iudicijs particularib. q̃ tangũt iudicium vl̃e, quoquo modo, saltem ratione qualisqualis præiudicij: secus si nullo modo, ut hac l in fi. † Quæro, vtrum iudicium vniuersale p̃p aliud differatur? Resp. si quidem ista duo iudicia sic se habent, quod unum est s̃m testũ, aliud c̃ testũ, differtur illud iudicium quod est s̃m testm̃, ne fiat p̃iudiciũ qõni de testõ. Hoc voluit hæc l. in prin & ff. l. proxi. & l. diuus. in fi. p̃batur expresse in l. ita tñ. §. quoties. ff. ad Treb. in l. 2. § expectandi. ff. de bo pos. s̃m tab. si vero vtrumq; iudicium est s̃m testm̃, vel vtrũq; c̃ testm̃, seu ab intest. tunc vnum per aliud non differtur l. pe. ff. eo. † Quæro quid si est qõ de hæreditate, & non de testõ, an silebunt e iudicia particularia? Vr̃ q̃ non, nã verba Senatusconsulti, & verba rescriptorum, de quib. hic fit mentio, solummodo loquuntur, q̃n est qõ de testõ, sed puto, q̃ quocũque modo speretur qõ vniuersalis de hæreditate, iudicia particularia debent silere, vt de arbi. l. nõ distinguemus. §. si is. & l. vlt. C eo. & de excep. l. si post. † Iuxta hoc f quæro, quid s̃ in alijs iudicijs particularib vel vniuersalib. puta inter duos est contentio de præbenda, vel iurisdictione alicuius castri, vtrum iudicia particularia debeant interim silere? Inn dicit q̃ idẽ, de conces. p̃ben. c. cũm in cunctis. in fi gl. magnæ quod est hodie. c. 1. de conces. præb. lib. 6. Vltimo gl. signat unum arg. c̃trium, & non soluit, vide eã ibi, arg. contra. C. de sent. l. nemo iudex. Sol. non præiudicat ad plenum præiudicium, sed ad qualequale sic.

ADDITIONES.

a Cognoscere. An causa libertatis possit delegari, ad quod vide l. imperium. de iur. om. iud. vide in Auth. de col. §. prohibemus, & no. gl. in d. l. placet.

b Pom. Venio ad vlt. De ista q. uide Fel. c. de testib. in gl. 1. de testib.

c Interrogari. Testis extra articulos potest interrogari circa id, quod pertinet ad fidem eius, & sic potest interrogari, an aliquid attineat parti, vt dixi post Bar. in l. Lucius. ff. de infam. Vide quod habes per Gui. de Suza. in auth. sed iudex. C. de eps. & cle. & Inno. in c. cum Bertoldus, de re iud. vbi ponit quæ spectant ad officium examinantis testes, & dicit quod si tabellio interroget de aliquibus contingentibus factum, & respondeatur, valent vltimo posita in interrogatorijs. Et dicit Bald. in l. pen. C. de transa. quod iuramentum testis non refertur ad articulos impertinentes. & Bal. no. in l. non nudis. C. de prob. quod si in art. ponit quod Titius est filius Caij, & testis deponit de fama, vel quod Caius tractabat eum, vt filium vel similia. dicit Bal. quod hæc probatio valet, secus si ponit quod fama est; quod Io. est Rex Franciæ, & testis deponit de veritate, & non de fama. & quando articulus est ineptus, sed probatio est apta, unde Bal. in l. 1. in fi. ff. de iur. om. iu. & vide Ang. in l. a. in prin. eo. tit. & Ang. & Imo. in l iam dubitari. inf. de hær. inst. & Bar. in l. 1. inf. si cert. pet.

d Meno. Ego induco. Adde Iaf. in l. fratris. nu. 3. C. de transac.

e An silebunt. Pendente iudicio vniuersali, an interim debeant iudicia particularia silere, facit ad no per Bal. in l. fundum. ff. de excep. & adde inf. eo. l. si bonæ fidei. & ad no. hic, vide latius Bar. in l. si post. inf. de excep.

f Quæro, quid. Facit ad quæstio. Bal. in l. emptorem. in ver. sed pone, quidam, C. lo. c., & ibi an interim possit solui lite pend.

LEX VIII.

Legitimam. Qui elegit ius competens, non vr̃ renunciare iuri, quod sibi ignorabat competere h. d. Lex ista legitur duob. mod. Primo in testõ rumpendo per querelam, & hoc s̃m prin. gl. ibi, dum ponit casum p̃ l. mr̃. ff tit. prox. Alio modo legitur in testamento rupto ipso iure. & hoc innuit sequens gl. parua super ver. hæc tñ gl. super dicto verbo, vires, nullibi extat. Opp. de l. postquam. ff. eo. dicit gl intellige hoc q̃n agnouit ignoranter: secus si scienter. Prout te refers ad testm̃ rumpendum, gl. est clara, quia agnoscendo scienter vr̃ approbare. Hoc habuistis in multis legib. ff. tit. 1. Prout te refers ad testm̃ nullum ipso iure, tunc si quidem est nullum p̃p fauorem istius qui agnouit vt puta, quia erat præteritus, tunc idem, vt l. filio præterito. de iniu. test. Si vero esset nullum p̃p defectum solẽnitatis, tũc agnoscendo scienter non posset approbare. C. de test. l. non dubium. circa fi. Sed licet non possit testamentum approbare, an ex hoc videatur repudiare ab intestato. dic vt in l. Clodius. ff de acq hær.

LEX IX.

a Regulariter. a Iurisconsultus ad euidentiam dicendorũ præmisit vnam distinctionem vsque ad l. diuus. postea posuit quædam rescripta pertinentia ad hanc mãm, vsque ad hanc l. hic ponit vnam regulam iuris antiqui, q̃ declarat vsque ad l. item veniunt. §. prætor. ibi recitat Senatusconsultũ factum in hac materia, & illud prosequitur exponendo vsque ad fi. tit. & quia ponit regulã, nõ põt breuius summari, q̃ se summat. Opp ff. l. nec vllam, §. si quis. Sol. hic de directa, ibi de vtili petitione hæreditatis. Item op. quod ius non possit possideri. l. seruus §. incorporales. de acq. re. do. Sol. dicit gl quædam est possessio propria, quædam impropria, quędam improprijssima, licet Doctores dicant contra. C. de serui. l. 2. q̃ non intendo hic examinare.

ADDITIO.

a Parif. Regulariter. Limita istam l. vt per Iaf. in l. fi. C. de edic. di. Adr. toll. Vide qđ no. in l. 1. C. de inoff. test.

LEX X.

1 *Petitio hæreditatis datur pro minima re, & sic curandum est de minimis.*
2 *Conclusio in petitione hæreditatis.*

Licet. No. † hanc actionem dari ẽt pro minima re, & sic de minimis curamus. dic vt ff. de dam. inf. l. si proprietatis. Sc̃do no. † modum cõcludendi in libello super petitione hæreditatis, quod quis petat pronunciari se hæredem insolidum, vel pro parte. Tetigi. ff l 2. in prin. & quod officio iudicis cogatur restituere. de quo dixi ff. in l 3. in prin. de eden.

1 *Pro hærede, sumitur tribus modis.*
2 *Petitio hæreditatis, quare non datur contra titulo possidentem.*

Pro hærede. Hic incipit exponere verbũ pro hr̃de. c̃, ista actio nõ dat̃ c̃ titulo possidẽtẽ. l. cogi. C. eo. & l.

& l. hæreditatem C. in quib. cauſ. ceſ. lon. temp. præſc. ſed poſſidere
1 pro hærede eſt hñe titulum, ĩ pro hærede. ꝑ totum, ergo &c. † So. ꝑ hĩ de põt ſumi trib. mod. vt in gl. hic vero accipitur ꝑ eo, q̃ non eſt
a hr̃s, ſed putat ſe eſſe hr̃dem. Quæro, q̃d de eo qui putat ſe non eſſe
2 hæredẽ. R̃n. notab. r. vt hic. † Sc̃do q̃ro, q̃ eſt rõ quare petitio hæreditatis non dat̃ ꝯ titulo poſſidẽtẽ. gl. ponit vnam rõnem in d. l. hr̃ditatẽ. C. in q̃b. cau. ceſ. lon. temp. præſc. Doc. ponũt veram rõnẽ in d. l. cogi. C. e. Et eſt rõ q̃ a q̃ agit petitione hr̃ditatis, mouet̃ ſolũ ex titulo, non. n. fundat ſe ex aliquo iure ſuo, quod hẽt in re. Si igitur aduerſarius poſſidet, & cum titulo hẽt tale ius quale hẽt ipſe, & tantũ plus, quia poſſidet: merito non poteſt conueniri petitione hæreditatis. Ad hoc facit de publicia. l. ſiue autem. §. 1. & ibi no.

ADDITIO.

a Pariſ. Sed putat. Vide Alex. conſ. 80. vol. 3. l. ſ. in l. fi. ad ſi. C. de edi. diui Adr. tol.

§. Pro poſſeſſore.

Hic incipit exponere quod dixerat, pro poſſeſſore.

LEX XII.

1 *Teſtis ratio quando eſt eadem cum dicto, nihil valet.*
Teſtis ſi in reddenda ratione dicat, ſcio quia ſcio, non probat.
2 *Heredem qui falſo ſe contendit eſſe, conuenitur vt prædo.*
3 *Poſſidere pro hærede, vel poſſeſſore, quomodo cognoſcatur.*
4 *Interrogatus qui reſpondit ſe emiſſe a compote mentis, poterit iterum interrogari an emerit magno, vel paruo precio.*

1 **Qui interrogatus.** No. † quod qñ rõ eſt eadem cum dicto, nihil cõcludit, & ideo dictũ
a teſtis nihil valet, qñ dicit teſtis, ſcio, quia ſcio. Et eſt ratio, quia o-
b portet quod illud quod probat, aliquid ſit clarius, & manifeſtius illo quod probatur. Vnde ſi dico, fuit ne vulneratus Titius? dicis tu quod ſic. Interrogatus quomodo ſcis? dicis tu, ſcio, q̃a ſcio. Iſtud ni-
2 hil probat, q̃a oportet, q̃d rõ ſit clarior. † Quæro, q̃d ſi contendat q̃s
3 ſe eſſe hæredem, ſed ꝑ mendacium. R̃n. conuenit̃ tanq̃ ꝑdo. † Quæro, q̃ũo ſcies vtrũ quis poſſideat ꝑ hærede, vel pro poſſeſſore? Gloſ. hic ponit tres opiniones, inter alias ponit opinio. Pla. qui fuit multum laceratus in hac mã. Finaliter ordinem interrogãdi ponit hæc gl. & aduerte circa principium huius interrogationis. Quæro, quid ſi rñderit ſe non poſſidere? Et certe habet locum l. vlt. ĩ. de rei ven.
4 † item quæro circa finem, poſito quod dicat ſe emiſſe, & a compote mentis, vtrum iterum interrogabo eum a quo? Azo hoc clarius dicit in ſumma huius tit. l. cogi. in ver. ſi dicat, quid ad te. Certe Docto. dicunt, quod ſic, vtrum emerit magno, vel paruo precio, vt inf. eo, l. ſi quid poſſeſſor. §. iuſtus. & Cy. refert. C. eo. l. cogi.

ADDITIONES.

a Pariſ. Quia ſcio. Vide Are. in l. qui hæreditates. inf. de acq. hær. vide ad reg. Alc. cõſi. 136. 1. vol. Iaſ. in l. fi. inf. de offic. proc. Cæſa.
b Eſt ratio. Adde Bart. per illum text. in l. fi. de offic. proc. Cæſ. omnino Bal. in l. conuenticulam. C. de epi. & cle. Bar. in l. ſi quis ita. inf. de teſt. tute. vide no. per Bald. in repe. l. 3. C. de reſc. vend. & quæ ſaltem remiſſiue ſcripſi in l. qui teſtamento. in fi. de teſta. & cum hoc dicto concor. Ioo. in c. cauſam. extra de teſt. & Bal. in l. ſolam. de teſtib.

LEX XIII.

Nec vllam aliam,

§. Omnibus. Qñ titulus hr̃ pro non titulo, quis pro poſſeſſore, vel pro hærede poſſidere dr̃. h. d. Dr̃ in tex. ſciens, quid ſi fuit ignorans. Br̃, aut fuit ignorantia talis, quæ præſtat cauſam iuſtã vſucapiendi, & non tenetur pet. hær. alias ſecus. facit l. cum q̃. in prin. de publ. Vide gl. q̃ ponit duas opi. finaliter vr̃ tenere primã opi. quod non teneatur pro hærede, vel ꝑ poſſeſſore. Iſtud facit aliquantulum ꝯ id, q̃ habuiſtis no in l. non ſolum. ſ. de alie. iud. mut. cau. Cogitabitis Quærit gl. quid ſi prædo habeat titulum? Dicit gl. titulum magis attendi, l. etiã. §. ſi quis ſciens. inf. eo.

§. Is autem. Qui non poſſidet, non tenetur hac actione, niſi dolo deſierit poſſidere. h. d.

LEX XIIII.

1 *Succeſſor vniuerſalis non præſcribit, quando defunctus habuit malam fidẽ.*

Neratius. Alias eſt §. l. nec vllam. Licet quis poſſideat vero titulo, tamen ex perſona authoris ſui, qui pro hæ-
a rede, vel pro poſſeſſore poſſidebat poterit conueniri peti. hær. Op. iſte poſſidet vero titulo pro hærede, ergo petitione hæreditatis nõ tenetur. l. pro hærede. ſ. eo. Sol. hic conuenitur ex perſona defuncti, quia hæres, & defunctus videntur eſſe eadem perſona. Iſta lex in-
1 ducitur per gl. in ar. quod † ſucceſſor vniuerſalis non præſcribat, qñ defunctus habebat malã fidẽ, q̃ dic. vt l. cum hr̃s. de diuer. & temp. pſ. & ꝑ Dy. in c. poſſeſſor. de reg. iur. lib. 6. & C. de pſcr. lon. temp. l. 1.

ADDITIO.

a Conueniri. No. quod poſſidens titulo, conuenitur hac actione. Sed an publiciana detur contra titulo poſſidentem pro hærede, alias dubitaui in q. facti, & mihi uiſum eſt, quod non, quia poſſidens pro hærede habet publicianam ex perſona ſua. l. cum ſponſus. §. 1. & ibi no. Doc. ergo talis poſſidens pro hærede dicitur habere titulum parem titulo actoris, ergo potior eſt cauſa poſſidentis. l. ſiue autem. §. duob. de publ. uide quæ ſcripſi Inſtit. de ac. §. actionum. dum tractaui an per. hær. detur contra titulo poſſidentem. Adde Ro. conſi. 434.

LEX XV.

Etiam ſi putauit hæres. Alias eſt §. l. nec vllam. & incipit, Idem & libro ſeptimo ait, etiam ſi putauit.

§. Quod ſi quis. No. in duob. caſib. hic expreſſis petitio. nem hær. dari ꝯ titulo poſſidentẽ. Op. ĩ. eo. l. ſed & ſi. §. item ſi res. Sol. ibi loquitur, quando vendita fuit res particularis: hic quando vendita fuit res vniuerſalis. Quærit glo. hic licet iſte teneatur petitione hæreditatis, an iſte præſcribat? Videtur, quod non. Contrarium eſt verum. Cum enim hic excedat ſuos terminos, exceditur a non ſuis terminis.

1 *Prædo non eſt, qui precium numerauit.*
2 *Poſſeſſionem qui poſt titulum inuadit, non dicitur prædo quantum ad hanc actionem, ſed quantum ad vſucapionem.*
3 *Donatarius ſi poſt mortem donantis ingreſſus fuit rem donatam ſua authoritate, eſt prædo.*

§. Sed ſi quis ſciens. Poſſidentis titulo, etiã mala fide, non põt hac actione conueniri, ſed tanquã emptor vr̃is põt vtili cõueniri h. d. Vide vltiam gl.
1 q̃ incipit, ergo. & no. finẽ eius. † No quod nemo ꝑdo eſt, q̃ numerauit, vt de re iu. l. neoio. Op. de l. ſi ex ſtipulatione. ĩ de acq. poſſ.
2 & C. de acq. poſ. l. nec ex vera. Sol. gl. hic firmat illam opi. q̃ † ẽt ſi poſt titulũ ſequatur inuaſio poſſeſſionis, nõ dicatur ꝑdo q̃tum ad hoc, vt poſſit cõueniri hac actione, licet quantũ ad vſucapionẽ, & alĩs dicatur prædo. Idẽ no. ſ. eo. l. nec vllam. §. 1. in gl. ſuꝑ ver ſciens.
3 q̃d tene mẽtẽ ꝑ q̃õne. Teſtor † donauerat cuidam quãdã rem. nec tradiderat, eo mortuo donatarius igreſſus eſt ſua authoritate: certe licet ſit prædo quo ad alia, non tñ poterit petitione hæreditatis ꝯueniri. Opp. & vr̃, q̃ nõ teneatur vtili ſimplr̃. ſed debet diſtingui, vt ſ. prox. § Sol hic loquitur, qñ emit mala fide, quo caſu tenetur vtili ſed bona fide, diſtingue, vt in præced. § & vide gl. q̃ circa hoc plene diſtinguit. Opp. ad vltimum dictum de l. bene a Zenone. C.
a de quadr. præſc. Sol illa loquitur[a] in alienationib. ſingularium rerum, ſ̃m Azo. vel illa corrigit iſtã. Et hanc tenet Pet quod videtur verius, quando emptor habiturus eſſet regreſſum contra fiſcum.

ADDITIO.

a Illa loquitur. Sed Bal. in l. 1. C. de hær. vel act. vend. aliter reſpondet.

§. Apud Marcellum. Et ita cõiter habet. Si hr̃ditas datur in dotẽ, maritus vtili petitione hr̃ditatis tenetur. h. d. Quæritur vtrũ iſta lex habeat locum, ſiue maritus fuerit ſciẽs, ſiue ignorãs. Gl. vr̃ dicere q̃ fuerit ſciens, vt ſ. §. prox. Alij ꝯ. quod puto verum, q̃a mulier nõ hẽt dotem, nec dotis exactionem. ergo, &c. vt ſ. l. prox. §. quid ſi quis.

a **§. Hæredem autem.** [a] Iſte eſt fortis §. & habet duas partes. In prima variatur caſus trib. mod. ſed vltima lec. eſt vera, ſ̃m quã h. d. br̃. Hæres poſſeſſoris cũ titulo põt vtili ꝯueniri, ſicut defunctus poterat, & directa, qñ defunctus abſque titulo poſſidebat. h. d. Op. ad primam partẽ, hæres poſſidet titulo tam ex perſona ſui, quã ex perſona defuncti. l. 3. §. ex plurib. de acq. poſſ. ergo pet. hæ. non põt teneri. So. dicebat Io. q̃ vere erat hr̃s, ſed non in omnib. Nã iſta ſi rerũ non habebat dñium. Certe de hoc non curo, q̃a ſiue habeat dñium, ſiue non, titulus excuſat eum ab hac actione, vt vidiſtis ſ. l. prox. §. ſi q̃s ſciẽs. Vñ alij ſoluũt, q̃ hic loquitur, qñ defunctus poſſidebat mala fide. certè nec hoc placet, vt d. §. ſi q̃s ſciens. Non. n. põt ꝯueniri ex perſona defuncti, vt ibi patet, nec ex ꝑſona ſua. Licet. n. poſſideat ꝑ hr̃de poſſidet ꝑ hr̃de vnius. & petitur hr̃ditas alterius: & ſic petitione hr̃ditatis nõ tenet̃. l. 1. ſ. e. & l. Nerati⁹. circa fi. magne gl. Pone ergo caſum, vt in vltima parte gl. hic ponit, vel q̃ defunctus poſſidebat titulo, q̃a emerat vniuerſitatẽ, eo. mõ ergo poterit ꝯueniri hr̃s ei⁹.

ADDITIO.

a Meno. Hæredem autem. Cuiac. lib. 9. obſerua. cap. 25.

a **§. Si quis abſentis.** [a] Qui alieno nomine poſſidet, nõ põt nõie proprio petitione hæreditatis cõueniri. h. d. quẽ caſum no. No. q̃ ille qui poſſidet nõie alieno, q̃diu durat, dr̃ iuſte tenere: ea finita dr̃ tenere iniuſte. Oppo. de l. officium. ĩ. de rei vend. & l. 2. vbi in rem act. So. aliud in rei vend. vbi ex ſola detentione quis poteſt cõueniri: aliud in petitione hr̃ditatis, vbi non põt cõueniri, niſi poſſideat ꝑ hr̃de, vel pro poſſeſſore. puto tamen quod hic, qñ iſte cõuentus nominat dñm in iudicio, erit expediendus proceſſus, ſ̃m formam l. fi. C. vbi in rem act.

ADDITIO.

a Si quis abſentis. Et vnum quod ponunt hic no. Doct. vide per Bal. in l. cogi. C. eo.

§. Non ſolum. Qui non poſſidet, ſed vt poſſeſſor ſe obtulit, hac actione tenetur. h. d.

1 *Poſſeſſoris ſolutio liberat doloſum, nec econtra.*
2 *Exceptio competens actori, quando tranſeat in ſucceſſorem.*

§. Item ſi quis dolo. Qui dolo deſijt poſſidere, vt poſſeſſor tenetur, qui liberatur, ſi poſſeſſor liti ſe offert. ſed ſatisfactio eius, qui dolo deſijt poſ-
1 ſidere, non liberat poſſeſſorem. h. d. † No. quod ſolutio poſſeſſoris liberat doloſum, non econtra, concor. ſunt in gloſſ. Op. ĩ. de nox. l. de illo. in fi. & l. ſe. & ĩ. ſi fa. fur. ſe. di. l. quoties. & de dolo. l. ſi plures So. dicit gl. ibi loquitur in actionib. perſonalib. hic in reali, ſeu mixta. hæc non vr̃ vera quia idem in perſonalib. C. de cond.
a fur. a l. j. & ideo dicas, quod in ꝯrio cõuenitur q̃s ad quantitatem, merito

ADDITIO.

a De cond. furt. Adde Bal. in l. 4. C. de cond. fur.

merito vnius solo liberat aliū. Hic ꝯuenitur ad spēm, merito si vnus soluit q̄titatē, non liberat debitorem spēi. Op. fortissime ꝭ. de reb. eo. l. illicite. Sol. dicit gl. q̄ ibi fuit soluta vera æstimō, hic vero fuit iuratū in litē. Et sic vr̄ pœna esse soluta. Et sic ēt pertransibat Ia. de But. q̄ solutio p̄t esse bona, sic intelligendo. q̄ hic loquitur in iis qui fuerūt in dolo. Vn̄ solo vnius nō liberatur aliū. ibi vero cessauit dolus. Et hoc vult sentire gl. in eo q̄ hic dicit de iurō in litē, q̄ non præstatur, nisi ꝯ dolosum, l. in actionib. ꝭ. de in lit. iu. Possemus ēt alr̄ soluere, vt ibi
a no. in gl. Op. si fa. fur. a fe. di. l. quoties, §. plane. Sol. gl. hic, & bn̄, q̄ dēt
2 intelligi qn̄ † possessor nō erat habiturus regressum ꝯ dolosum. alr̄ secus, vt in l. ꝯria, q̄ mihi placet, & hæc posset esse solo ēt p̄cedentis ꝯri. Alii dn̄t distinguendum, aut exceptio incipit competere authori meo ante ꝯtum vendōnis, aut post. q̄ distinctio non est bona, cū indistinctè exceptio superueniens authori transeat ad successorem, l. ēt si in rem. ꝭ. de iureiu. l. si tibi. §. pactum. s̄ de pac. & per Dy. in l. si tertius, §. si quis prius, de aqua plu. arce. Vnde teneas istam, siue p̄cedentem, quæ bona est. de qua per Cy. C. de alie. iud. mu. causa fa. l. r. in 1 q. & inf. de cond. fur. l. 1. ego dixi in d. l. quoties. si fa. fur. fe. di.

ADDITIO.

a Op. si fa. fur. Et adde no. Bar. in l. si seruus. §. boue. inf. de cond. fur. vide etiam no. per Bar. in l. si quis dolo. §. 1. post gl. de re iud. & l. locum. §. condēnatio. de tab. exhi. Et istam sol. etiam approbat Dy. in regula, bona fides, in 6. plene per Ang. in l. si duo §. 1. si quis cautio.

§. Item quæ a debitore. Debitor, quasi possessor iuris hac actione tenet̄, siue sit ex ꝯtu siue ex delicto, dum tn̄ p̄ns sit debitū. Itē siue ꝯxerit cum defuncto, siue cum hæreditate: secus si cū hr̄de. Item qui hr̄dita rio noīe h̄t actionē hac actione tenetur tanq̄ iuris possessor, h. d. cū l. seq. vsque ad si l. quod si in diem. Op. de l. si debitor. ꝭ. eo. Sol. vt in gl. quia quo ad quid, dr̄ia est vtrum sit debitum ex delicto, vel ex ꝯtu Op. inf. e. l. quod si in diem. § nō solum, ver. sed si hæredis. Sol. ibi contraxerat cum hærede, hic cū hæreditate, vel seruo hæreditario.

LEX XVII.

1 *Cautio debet præstari in omni debito, siue in diem siue sub conditione.*

Quod si in diem. Summaui cum præcedenti. Opp. q̄ ante diē non potuerit agere, sed debuerunt induciæ duplicari, ut inst. de excep. §. t̄pales. Dn̄t quidā pro sol. q̄ hic de facto fuit admissus, q̄ non placet. Sed dic quod egit petitione hr̄ditatis simplr̄, non pro illo debito. Op. de l. quæsitum. ꝭ. de
1 pec. Sol. vt ibi dixi, & s̄. de iu. l. non potest. † Vlt. tenementi, §. finaūt. Ex quo vr̄ probari, q̄ in omni debito, siue in diem. siue sub condōne præstari debeat cautio. & hoc gl. expresse tenuit super verbo, officio.

1 *Actiones descendentes ex delicto cedi possunt.*

a §. Iulianus. Supra dixit de eo qui est possessor, hic de eo qui est creditor. hoc est, qui h̄et aliq̄ actionē p̄sona-
1 lem ad hæreditatē. No. q̄ actiones descendētes ex delicto p̄nt cedi.

ADDITIO.

a Qui habet Aliquid per Bal. in l. per diuersas. in 16. q. C. mand.

LEX XIX.

Quod si possessor. Possessor victus h̄et retentionē rerum pp̄ expensas per eum factas, & pecuniam solutam, si sibi culpa imputari non possit. h. d. Op. quia
a cum indebite soluit, non dēat imputari, vt ꝭ. e. l. si possessor. §. ait sena
b tus. Plures sol. sunt in gl. teneas illā. b q̄ ibi mota erat ꝯtrouersia, hic non. Vel teneas aliā, hic non potuit sibi imputari aliqua culpa, ibi sic.

ADDITIONES.

a Meno. Possessor. Boer. q. 44. nu. 14. 15.
b Teneas illam. Adde gl. & Bar. in l. cum indebitum. inf. de cond. indeb.

LEX XX.

Item uidendum. Si pecunia per possessorem deposita perditur, possessor cedendo actionē liberatur.

§. Si quis cum. Possessio iuris, vel rei, pendente iudicio superueniens, venit in hanc actionem, h. d.

1 *Feudum non uenit in iudicium petitionis hereditatis.*
a *Frater si fecit fratri quietationem de omni eo, q̄ petere posset in hæreditate paterna, non impeditur petere feuda, nec partem bonorum emphyteuticorū.*

a §. Vunc uideamus. a Hic exponit verbum vel tē hæreditariam, positum in l. rir. sup. e. & br̄ hoc intendit. In hoc iudiciū veniunt oēs res, siue sint iura, siue sint corpora, siue ad defunctū spectabant iure dn̄ii, siue possessionis
b siue detentionis, h. d. cum prin. l. seq. Op. in s. l. proxi. in fin. Sol. dicit
1 gl. excipe seruitutē, vt ibi. q̄ intellige, vt ibi dicam statim. † Quærit
c gl. vtrum feudum veniat in hoc iudicio. Et gl. vr̄ tenere q̄ sic. Re-
d perio Cy. in quibusdam suis addi. tenere ꝯrium. Nam feudum nō h̄r
e iure hæreditario de succes. feu. c. 1. & hoc in extraneo est indubitanter verum. sed in filio licet non possit repudiata hæreditate paterna habere feudum, in vsib. feudorū, an filius, vel agn. rep. hær. c. 1. tn̄ cum adhuc non adiit, non h̄et vt hæres, sed ex pacto, vel ex lege, d. c. 1. de suc. feu. Facit optime ꝭ. de acq. hær. l. pro hærede. §. si quid tamē, de ope. li. l. vt iursiur. §. si liberi, & ideo non venit in petitione hære. &
2 ideo reperi Dy. consulentem, † quod si frater fratri fecit quietationē
f de omni eo quod petere possit f in hæreditate paterna, q̄ per hoc nō
g g impeditur petere feuda, vel partem possessionum emphyteuticarū quia non petuntur tanquam ex hæreditate paterna. Facit quod dixi vobis in d. l. vt iusiurand. §. si liberi.

ADDITIONES.

a Nunc videamus. An feudum veniat in hac actione, vide Bald. in l. liberti libertæque. C. de ope. lib. & in l. qui se patris. C. unde lib. Add. Bal. consi. 287. li. 4. & col. 73. lib. 2. col. consi. 336. & consi. 82. lib. 2.
b Par. f. Detentionis. Vide Ale. in l. 1. no. inf. de acq. hær.
c Ruer. Quærit gl. Adde dum Bar. hic reprobat in totum hanc gl. quod illam tenet in l. si patroni. in prin. ff. ad Treb. cum dist. de qua ibi per eum, & sic est sibi CONTRARIVS, vt ibi no. Meno. Dec. consi. 78. nu. 4. & consil. 269. num. 14. Socin. iun. consi. 65. nu. 17. lib. 1. Goza. consi. 9. nu. 53. 54. Curt. sen. consi. 50. col. 16. circa fin. Dec. consi. 395. nu. 6.
d Barb. Quærit gl. vtrum. Adde quæ no. Bal. in c. 1. de suc. feu. Et ad Bal. in l. liberti. C. de ope. lib. vide Bal. in l. cum verum. C. de fidei. Sed aduerte, quia Bar. est in hoc sibi contrarius, vide eundem in l. vlt. §. iusiurandi. §. si liberi. de ope. li. & l. si patroni. ꝭ. ad Treb. & ibi vide Io. de Imo. qui concludit quod non, post Bart. & dicit se non legisse apud Cano. Vide Ale. consi. 93. & consi. 18. consi. 226.
e Paris. Verum feudum. Vide Ias. in præludiis feud. Ale. in l. si patroni ꝭ. ad Treb.
f Paris. Petere possit. Secus si facta esset per verbum, bonis, s̄m Spec. in tit. de loc. §. nūc aliqua. ver. 158. in vlt. iurib. vide de vtroque Ias. in auth. vnde si parēs. C. de inof. test. & in præludiis feu. & latius in l. si non sortem. §. libertus. inf. de cōd. indeb. & l. Gallus. §. 1. de lib. & posth. vbi hoc non firmat in feudis. vide ad dicta Bar. Ale. in consi. c. vol. 1. ad si. limitantem dictum Bar. hic: nisi feudum esset hæreditarium, quia receptum pro filiis, & hæredibus. super quo uide late Ale. cons. 19. volum. 5. vide oīno pro alia limitatione Iac. de S. Geor. super feu. Itē cum pacto de ipso feudo q̄ vr̄ verum, nisi agereretur contra tertiū non habentem ius aliquod in feu. super quo vide etiam Ale. in l. si procurator. in prin. inf. ad Tre. post Bar. ibi.
g Pom. Non impeditur. Idem tenet Bal. in l. is qui, de rerum diui. & in auth. si quis. C. de sacrosan. ec. late Ale. l. tres fratres. de pac. Et illud videtur procedere etiā si renunciatio hæreditatis paternæ esset cum iuramento, p. illud, quod dicit Bal. c. 1. in ti. de feu. cog. uer. filia. uer. Sed quæro quid si filius. Et limita, ut per Ias. in præ lu. feu. quū vtitur. uer. hæreditatis, secus in uer. bonorum ut ibi per eum.
Ruer. Non impeditur. Adde, q̄ idē tenent Bal. & Ang. hic. & Ias. in p̄lu. feu. col. 14. ubi hoc singulariter limitat, nisi in renunciatione sit positum uerbum, bonis.

LEX XXI.

1 *In petitione hæreditatis ueniunt res, quas defunctus detinebat.*
a *Officio iudicis agit, qui rem sibi commodatam apud alium reperit.*

1 Et non tantum. Summaui cum præcedenti. † No. q̄d in petitione hæreditatis veniunt res,
2 quas defunctus non possidebat, sed solum detinebat. a † Quæro, q̄d
a si rem tibi, alias commodatam, reperis apud alium, vtrum habeas aliquod remedium contra illum? Dicit gl. quod de facili, sed forte officio iudicis. Hoc ego dixi vobis in l. & ideo. §. Neratius. ꝭ. de cond. fur. Casus est ꝭ. de va. & extraor. cog. l. de vsu aquæ.

ADDITIO.

a Detinebat. Ille. n. in hæreditate esse dicitur, ut l. si de eo. §. 1. C. de acqui. poss. & iō secundum Ang. ib., debet poni in inuentario ut ponit Bal. hic.

a §. Quod si pro emptore. Quod non fuit defuncti, sed est hæredis, in hac petitione non venit. h. d.

ADDITIO.

a Quod si pro emptore. Et uide quæ no. Sne. de sol. §. 1. uer. sed quid si debitor.

§. Veniunt. Res, pro quibus defuncto non cōpetebat actio, sed retentio, veniunt in hoc iudicio.

§. Seruitutes. Quod non potest restitui, in hac actione nō venit. h. d. Oppo. de l. 1. §. quod ait. ꝭ. quo. le. Sol. ibi loquitur in seruitutibus debitis a prædio hæreditario: hic in debitis a prædio possessoris, prædio hæreditario. Ipsæ. n. seruitutes non veniunt in hoc iudicio, quia non possunt restitui. Et si dicis, possessor non præstat patientiam. Certe tunc incipit esse debitor hæredis, non hæreditatis, merito in hoc iudicio non veniunt, vt s̄. eo. l. q. si in diem. §. non solum.

LEX XXII.

1 *Empta hereditatis occasione, ueniunt in petitione hereditatis.*
2 *Empta causa possessoris non ueniunt in hac actione.*

Item ueniunt. Empta causa hæreditatis, si hæreditati sunt necessaria, veniunt in hanc actionē.
1 h. d. † No. quod empta occasione hæreditatis, veniunt in petitione
2 hæreditatis. † No. quod si essent empta causa possessoris, in hanc actionem non veniunt, vt ibi, si sui causa, & c. Et ista sunt multum vtilia, quia quando agitur petitione hæreditatis, res sunt quandoque maioris pretii, quam emptæ fuerunt, vt puta animalia impinguata, & similia. Quæro de quo possessore loquatur hæc lex. Glo. hic intelligit in malæ fidei possessore, quod dic vt in ea.

§. Simili modo. Res vendita absque necessitate, venit in hanc actionem: quid si vēdita est ex necessitate, tunc pretium eius venit in hanc actionem. h. d. inf. eo. l. si possessor. §. fi. Gl. ponit hic plures so. dic vt ibi videbitis, tota. n. gl. magna, est de hoc.

1 *Fructus, & aliæ accessiones huius augent hereditatem.*
2 *Rei vendicatio, & petitio hereditatis circa fructus differunt.*
3 *Dos est nomen iuris, sicut hereditas & peculium.*

§. Item non solū. Hereditas augetur accessionibus; iō omnes accessiones eius in hāc actio
1 nem veniunt. h. d. † No. quod fructus, & aliæ actiones augent hæreditatem. Et ex hoc dicebat Guar. antiquus glo. quod fructus non efficiuntur possessoris, etiam bonæ fidei, quo dicto nihil est falsius.
2 dicit glo. vt habes in ea. † Quæro utrum in fructibus sit aliqua differentia in petitione hæ. & in rei vend. Glo. subtiliter loquitur, quod in malæ fidei possessore quis non facit fructus suos, in rei vendi.

fructus

fructus pñt vendicari, sed est alia vendicatio, q̃ ea, quæ competit p̄ te, sed in petitione hæreditatis veniunt illi fructus, & est eadem hæreditatis petitio. R õ. quia hẽditas est quid vniuersale, & ideo recipit augmẽtum in se. sed res singularis, q̃ vendicatur, nõ auget fructibus. Fructus.n. sunt separati a re, & ideo noua vendicatione opus est, quod tene menti. Simile vidisti in peculio. l. peculium nascitur. j. de pac. Simile in dote. l. si marito. in fin. sol. mat. † Est.n. dos nomen iuris, sicut hæreditas, & peculium. l. quod dicitur. & ibi no. j. de iniuris. De hoc dicam. j. sol. mat. super rub. pen.

ADDITIO.

a Veniunt illi fructus. Et h c no. quod in iudicio vniuersali fructus veniunt, licet nõ petantur, secus in particulari. latius per Bal. in l. 1. de fruct. & lit. expẽ. & Bar. in l. 4. eo. Adde gl. similem in §. 1. Insti. de offi. iud. in ver. fructibus.

§.Cũ prædixerimus.

Qñ vna actio deuoluitur in aliam, itelligitur deuolui s̃m nãm primæuam, ñ s̃m accidẽtalẽ. h.d. Idẽ dicit gl. i actione q̃ mer. eau. idem in certi condictione, quando proponitor loco actionis legis Aquiliæ, vt no. in l. certi condic. j. si cer. pet. in gl. 1. magna.

1 *Soluendi facultas durot vsq. ad executionẽ, si vnũ est in obligatione, aliud in solutione. Secus si ex dispositione hominis, qa durat vsq; ad litẽ cõtestatã.*

2 *Debitor si ad centum possit etiam pro illa quantitate dare terrenum, lite cõtestata super debito, non poterit amplius dare terrenum.*

3 *Pro debito ex dispõne testãris vsq. ad q tps durot facultas soluẽdi remissiue.*

4 *Debitor in obligationibus fosti, vsque ad quod tempus habeat facultatẽ soluendi interesse, vt liberetur.*

5 *Iudicati actio non habet executionem paratam, & super ea lis contestatur.*

a
§.Idem recte.

Qñ vnum est in oblĩone, aliud in solutione ex dispositione legis, tunc permittitur potestas soluendi, donec super actione iudicati lis fuerit cõtestata h.d. No. quod dixi in summario. Opp. & vr̃ quod facultas soluendi perimatur litis contestatione, super actione principali. l. si quis stipulatus fuerit x. in melle. j. de sol. Sol. † qñ vnum est in oblĩone, aliud in solutione, ex dispositione b legis, tunc durat facultas soluendi, quo ad quis conuenitur iudicati, vt hic. Aut ex dispõne hoĩs, & tunc durat quo ad quis conueniatur sup actione prima, vt ibi. Et † per hoc in dispõne de facto, q dam tenebat dare alicui cẽtũ, hoc acto, quod si debitor vellet dare pro ista quantitate terrenũ, cogatur accipere. Certe perdit istã facultatem dãdi terrenũ, ex quo patitur litẽ contestari super debito. † Si aũt esset debitũ ex dispõoe testãris dixi in l. si qñ. §. hrs̃. j. de leg. i. & pro hoc l. stipulationes nõ diuiduntur, j. de verb. ob. Ego † quæro, in oblĩone facti habemus, quod qs soluẽdo interesse liberat, vsque ad quod tps hẽt istã facultatem? Et solutio colligitur ex p̃dictis. Pleoius dixi in d. l. si q s stipulatus fuerit x. in melle. Quæro, h c dicitur quo ad iudicati conueniatur, qũo hoc intelligitur. Guar. dicit. i. quo ad iudicati potest conueniri, hoc est, vsque ad quadrimestre tempus. Azo dicit vsque ad lit. contesta. etiam post quatuor mẽses, & de hoc expresse dicit tex. si bene aduertaos. loquitur enim de eo qui suscipit iudicium quod fit per lit. contesta. Ex quo no. † illud, ad quod allegaui tibi hunc §. s. ti. i. l. qui de inoffi. quod super actione iudicati, debet lis contestari, nec habet paratam executionem, licet gl. aliter ibi dicat.

ADDITIONES.

a Idem recte. Vide quod dixit Bar. in l. 1. in fi. de pe. leg.

b Ex dispositione. Adde Bar. in l. si oratot. C. de transac. quid si unum est in obligatione, aliud in solutione ex dispositione testatoris, vide per Bart. in l. si quando. §. 1. de lega. i. illum tex. limita s̃m Ang. in l. si insulam. insl. de verb. obl. nisi reus ante lit. conte. in primo iudicio fuisset in mora, sed Imo. ibi contra. tenuit.

c Contestar. Si super actione iudicati debet lis contestari, non habet executionem paratam, vide Bar. in l. a. C. de execu. rei iudi. Vide in l. minor 25. annis, de min. vtrum autem super ea dicatur dari instantia, vltra alios per Lu. in rub. de arb. & ad Bar. hic, vide latius in l. ncra. iot. de re iu. vbi plene. Et illud intellige, quando intentatur actio, secus si iudicis officium, per oo. in l. 5. C. de iud. & in c. cum ad sedẽ, de resti. spo. in nouel. & Spec. in ti. de sen. §. pen. in ver. sed si causa. & de lit. cont. §. nunc dicendum, ver. 25.

§.Præter hæc.

Hic incipit quarta pars huius tit. in qua Iurisconsultus continuat se, volens recitare verba senatusconsulti, & eius expositionem in hac materia. Et primo continuat se. Secundo ponit narrationem. Tercio ponit statutũ senatusconsulti vsque ad §. aptanda. Secunda ibi, pridie. Tertia ibi, cum antequam. & quia senatusconsultum loquutum est multũ br̃, & non recipit summarium, ideo sequitur, pridie, & c. aptanda, & c.

1 *Dicta in lege extẽduntur ad oẽs res, casus & personas, in quib. est eadẽ ratio.*

2 *Bona vacantia in ciuitatibus non recognoscentibus superiorem, applicantur ipsis, in alijs ciuitatibus fisco.*

a
§.Ait senatus.

a **§. Sed & si ipsi.** Malæ fidei possessor, quod sibi debetur non deducit, nisi hoc petitori expediat, secus in bonæ fidei possessore. h. d. No. astum casum, quod malæ fi-dei possessor non deducit, nisi petitori expediat. No. quod bonæ fi-dei possessor deducit etiam debitum naturale.

ADDITIO.

a Meno. Sed & si ipsi. Cuiacius. lib. 5. o[illegible]

---

§. Sicut autem. Malæ fidei possessor deducit sumptus factos in hæreditate, & ꝯ eum hr̃ ratio negligentiæ, præterquam in action. b exercẽdis, sed bonæ fidei pos sessori non potest negligentia imputari. h. d. op. de l. nõ solum. ʝ. de rei uendi. Sol. ibi erat malæfidei possessor. Op. de l. sed & si lege. s. possessor. Dic vt in gl. super verbo, sumptum.

a **§. Quod autem,** Quod possessori ẽ solutũ, indistincte restituitur, & debitores liberatur. h. d. Circa legẽ istã oĩa sunt recitata, excepta glo. magna, q̃ q̃rit & reuo cat in dubiũ, vtrum illud possessori solutũ, imputeẽ vero hr̃di q. est Gl. distinguit ꝑ multa verba, q̃ vide & signa, & in nullo supplet ꝑ Doc præterq̃ in vno, qñ malæ fidei possessor soluit sciẽter, quo ca-su dicit gl. q. nõ repetit. Pet. ꝯ vt refert Dy. C. de ꝯd. ind. l. si a patre. in : . q. Quęrit gl. q. d si bonæ fidei possessor soluit dbitũ nãle, & i pe. hæ. ñ deduxit Arguit ꝓ, & ꝯ & nõ determinat. Finaliter magis vẽ inclinare, quod non repetat, q a hmõi est retentio, non repetitio.

ADDITIO.

a Meno. Quod autem Ioannes Robertus lib. 3. sententia. iur. c. 5.

LEX XXXV.

Per seruum. Quæsita per seruum hæreditarium extra rẽ possessoris ueniunt in hac actione. h. d.

LEX XXXVI.

Nisi ex re hæredis.

§. Iulianus scribit. Si venditur res nõ necessaria hr̃di taris, possessor malę fidei tenet ad pretium: si necessaria, si nõ extat, ad pretiũ alias ad rẽ, si extat. h. d.

LEX XXXVII.

a **Filij familias.** a Filiusfamilias ex testõ habet hæredem, et ideo eius potest peti hæreditas. h. d.

ADDITIO.

a Meno. Filii familias. Cuiac. lib. 13. obseruat. c. 8.

---

§. Si seruus. Si filius, vel seruus teneat hęreditatem, uel eius pr̃, vel dñs potest conueniri hac actione. h. d.

LEX XXXIX.

Si a patre, vel a domino. Petitio hæreditatis, q̃ datur contra patrem, vel dominum, non habet naturam actionis de peculio, nisi quate-nus datur ad personales præstationes. h. d.

§. Sed & a filiofamilias. Hac actione potest filius-familias conueniri, & per translationem in paternam potestatem hæreditatis petitionis cœ-ptam instantiam non extinguit.

§. Si possessor. Pro seruo occiso a malæ fidei possessore datur hæc actio, & legis Aquil. sed altera dẽt esse ꝯtentus: sed si post aditã hr̃ditatem fuerit occisus, legis Aq. actio tñ ꝯpetit, h. d Op. q. possessori non imputetur si occidit, ut s.

Opp.

Opp. quod etiam seruo occiso post aditam hæreditatem teneatur malæfidei possessor, vt inf. de ver. obl. l. si seruum, & l. si ex legati. Solut. seruus bene venit in pet. hær. sed si vellet conuenire possessorem tanquam debitorem, ad æstimationem, seruo occiso, post aditam hæreditatem, non ven. et in pet. hær. vt hic.

§. Si prædo. Re a prædone vendita perempta, est in electione actoris vtrum pretium iustum, vel conuentum exigat h. d. Opp. quod prædo indistincte de interitu teneatur, vt l. illud. in prin. inf. eo. Huius timore legitur hæc lex duob. mod. in gl. tene secundam lec. quam gl. tenet, & nihil ob. h. d.

3 *Locupletior essectus, ut quis dicatur quod tempus inspiciatur.*

a §. Quo tempore. An quis sit locupletior, tempus rei iud. inspicit h. d. Opp de excep. . l. in pupillo. & ff. de solutio. l. in pupillo. Gl. soluit satis bene. Dico quod inspicitur vtrumque tempus. s. litis contestatæ, & rei iudicatæ & vera est ista, quia si tempore litis contest. est locupletior, licet postea desinat, nihilominus esset eius periculum: quia incipit esse prædo, nisi res naturaliter interierat.

3 l. illud. ff. e. Vel dicendum vt alias dixi. Quandoque an aliquis sit locupletior, est causa actionis concedendæ, & tunc inspicitur tempus lit. contestatæ, ut in l. contra. quandoque, an aliquis sit locupletior, est causa moderandæ condemnationis & tunc inspicitur tempus rei iudicatæ, vt hic. Et hoc apparet ex verbis senatusconsulti dicentis, in quantum facti sunt locupletiores, condemnandos. No. condemnandos, dixi in l. rei iudicatæ. inf. sol. mat.

ADDITIO.

a De exceptio. Adde Bar. & ibi no. in l. rei iudicatæ. sol. mat. & quod dixi in l. litis. sup. de neg. gest.

§. Fructus. Omnis possessor deducit sumptus factos cum fructuum, h. d. & no. in l. quod si sumptus. inf. eo.

1 *Malæ fidei possessori pro expensis consulitur officio iudicis.*
2 *Possessori malæ fidei, quare non consulatur pro expensis per doli exceptionem.*
3 *Exceptio, & officium iudicis differunt.*
4 *Statutum prohibens non posse opponi contra instrumentum aliquam exceptionem, non prohibet officium iudicis.*
5 *Statutum ut excludat officium iudicis, debet dicere quod aliqua non possit opponi exceptio, nec defensio.*

LEX XL.

a Plane. a Expensas vtiles, & necessarias factas ad perpetuam rei vtilitatem, quilibet possessor re extante deducit. sed re perempta bonæ fidei possessor necessarias tamen omnino deducit, voluntarias vero bonæ fidei possessor deducit. Secus in malæfidei, licet auferre possit, quæ sine detrimento rei possent auferri. h. d. & est not. l. No. tex. ibi, officio iudicis, &c. Venio ad gl. sup verbo. desideratur. † Quæro, vtrum malæfidei possessori pro expensis consulatur per doli exceptionem? Dic, quod non sed ei succurritur officio iudicis. Et ista differentia est quantum ad subtilitatem, non quantum ad vtilitatem. Idem dicit in l. in fundo. ff. de rei vend. Sed certe secundum Doc. Mo. aliqua vtilitas esse potest in modo practicandi. Nam malæ fidei possessor pro expensis potest iudicis officium implorare, sed si exciperet, succumberet per hunc text. Ita dicit Dy. in l. domum. C. de rei vend. † Quæro de ratione, quia dicit Pet. exceptio doli in prædone non habet materiam præexistentem, seu sufficientem ex qua oriatur, non dicit plus. Declaro. exceptio doli nititur æquitate. l. 2. in prin. de excu. mu. & l. æquitate. ff. de doli excep. Item debes scire, quod ista æquitas exceptionis inspicitur ex parte opponentis. l. qui ex liberis, in fi. ff. de bo. pos. contra tab. Sed hic ex parte malæ fidei possessoris opponentis non est æquitas: quia est quod sibi imputetur, ideo sibi doli exceptio non competit, vt hic, sed competit officium iudicis, ideo quia iudex ex officio suo respicit æquitatem quæ est ex vtraque parte. l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cer. loco. ideo officium iudicis ad hoc se extendit. Et hoc vult iste tex. dum dicit, quod ista est æquitas, non. n. debet petitor ex aliena iactura, &c. & sic oritur ex æquitate ex parte eius contra quem opp. sic declaro dicta Doc. Sed certe ista videtur contra l. multis codicillis, §. veteranus. ff. de test. mil. Resp. ex æquitate oritur exceptio doli, quæ æquitas est ex parte eius contra quem opp. licet non sit ex parte opponentis. Vnde propter hoc recedo ab opi. gl. nostræ, & teneo opinio. Mart. antiqui gl. in hoc qui dicit prædoni doli exceptionem competere. Vult ergo iste tex. dicere, In persona prædonis habetur ratio sumptuum per officium iudicis, licet non opponatur doli exceptio. Non. n. est necesse, quod illa opponatur, l. fi. in fi. ff. eo. Hoc probatur in textu ibi dum dicit, sed benignius, &c. ponitur. n. dictio, sed, sine copula, & sic aduersatur ad præcedentia. Hoc etiam probatur ex dictione, plane, quæ sequitur vbi innuit, quod inter

3 prædonem, & possessorem solum est differentia re extante. Quicquid † tamen sit, nota mirabilem differentiam inter exceptionem, & iudicis officium.

4 Simile in l. 3. §. fi. sup. nau. caup. sta. & inf. e. l. fi. Propter quod † ego di

e co quod si in statuto dicatur quod contra instrumentum non possit opponi, nisi exceptio solutionis, de qua apparet publicum instrumentum vel falsitatis, &c. quod si est aliqua alia exceptio, quæ si non opponatur, actor locupletaretur cum aliena iactura, quod licet non possit opponi doli exceptio, tamen poterit officium iudicis implorari. quod no. Ad quod faciunt notata in l. fi. inf. eo. Vt igitur hoc tollatur, quan-

5 do dictat statutum, † facias quod dicas, quod non possit opponi aliqua exceptio, nec aliqua defensio, vt etiam officium iudicis comprehendatur. De quo dixi in l. 1. quod vi aut clam.

ADDITIONES.

a Meno. Plane. Cuiac. li. 15. obseruat. c. 26.
b Par. §. Quæro verum. Vide Ias. in l. 1. & ibi Ray. sup. de iurisd. om. iud. vide Bar. in l. sinus. §. pactus. ff. d. pa. & ideo dicit notab. Bar. in l. in contractib. in prin. de non num. pec. quod vbi per calumniam imploratur officium iudicis, iudex potest denegare. Secus si per viam exceptionis. Et hic adde Bal. in l. peremptorias. io ver. quæro quomodo intelligatur.

c Poma. De ratione. Vide Barb. cons. 37. 1. vol. & cons. seq. & consi. vol. Felin. cap. quod ad consultationem. de re iud. Barb. consi. in 2. uol. & consi. 42. eo. vol. Rom. consi. 325. Abb. c. dilecti filii. in fi. de iud. & c. nouit. en. tit. Car. consi. 10. Imo. cons. 31. alias 136. ad fi. & 142. & 144. cum duobus sequent.

d Videntur contra. Ad materiam notum vide Bar. & quæ ibi dixi in l. cum quæreretur. §. prædiis. de leg. 3. vbi quod no. per Bar. post gl. in l. fundo ff. de rei ven. vbi late. & vide quod dixi ibi. Meon. Opinionem Martini late tenet Mod. Pari. in consuet. Parisi. tit. 1. §. 1. glo. 5. nu. 97. 38.

e Ego. dico. Adde Bar. ubi. & ita §. nouissime. ff. nau. cau. sta. Item adde secundum Bal. hic, quod licet statutum vteretur verbo defensionis, tamen posse officium iudicis impartiri, ubi factum esset ita notorium, quod iudex suppleret ex seipso non ad petitionem partis ponit exemplum, cum est euidens calumnia, vel prauitas facti, facit quod no. C. de accu. l. reus. & Innoc. in c. 3. de offi. vic. facit quod no. in l. 1. qui & aduer. quos. & l. & si forte. §. Labeo. ff. si ser. vend. & quod no Barto. in l. post legatum. ff. de his quib. vt indi. Et istis in materia adde Bal. post Barto. in l. cum mulier. sol. mat. Idem Bar. in extrauag. ad reprimendum, io ver. ad denunciationem, & dicit Bar. io l. domum C. de rei ven. quod post terminum datum ad excipiendum, potest implorari iudicis officium. Item adde quod verbum defensionis refertur tam ad actorem, quam ad reum. l. 1. secundum vnam lec. gl. & ibi Bal. C. de testa. & Bar. in l. 1. C. de exce. Adde dictis per Bar hic, quod imo iudex poterit supplere ex officio, ut notat Bal. in rub. de in. li. lib. vide tamen inf. eo. l. fi. Item adde quod si quis non potest agere, vel excipere vigore statuti, potest tamen negare, secundum Bal. in l. peremptorias. Idem dicit in exceptione facti, uel intentionis. Adde tamen quod in notoriis, implorare iudicis officium non dicitur defensio, secundum Imo. in l. pe. §. ad crimen. de pub. iudi. Si statutum dicit quod alicui non reddatur ius, an poterit se defendere, uide per Bal. in l quoniam. C. de adul. & adde his dictis per Barto. quod no. Inn. in c. cum olim de censi. quod sequitur Bald. in rub. de manu. & Ang. post Rich. Malum in l. quos prohibet. de postulan. vbi stante statuto quod quis non debeat audiri per viam actionis, vel exceptionis, poterit tamen iudicis officium implorare. & quod no. glo. in l in fundo. ad fi. gl. magnæ infra, de rei ven. & Inno. de rescrip. c. dilectus. imo videtur quod etiam si dicatur nulla defensio, si iudici notorium est, succurritur officio iudicis etiam non implorato l. 1. C. qui & aduer. quos. l. vbi pactum. C. de tran. fac. in glos. uide Bal. in l. 1. C. de condi. ind. Adde quod dicit Bald. in l. non tantum. §. quod si. pro emptore, in glo. nimis ibi restringere, &c. ff. eo. quod quandoque ista uniuersalis negatiua, nulla exceptio &c. ponitur in rescripto quod emanat ad iuris obseruantiam, & tunc intelligitur remouere, nisi friuolas exceptiones, ut not. Arch. 2. q. 7. latqe. Quandoque apponitur in iure communi, tunc non dicitur remouere exceptiones permissas per aliam leg. l. ita pudor. C. de adul. & quod no. in c. fine exceptione. 11. q. 3. Quandoque ista clausula apponitur in statuto disponente contra, uel præter ius commune, tunc uidetur quod ista clausula sit præcise seruanda, arg. l. prospexit. qui, & a quib. Alii dicunt quod statutum vel consuetudo debet interpretari sane, vt non inducat iniquitatem. c. cum dilectus. de consue. l. 2. C. de non & secundum illos exceptio odiosa non potest opponi, fauorabilis sic, nisi statutum specialiter quasdam exceptiones enumeret, quia tunc omnes aliæ videntur resecatæ, qualescunque essent, arg. l. tribunus, in fine de test. mil. De hoc Barto. in l. 1. quod vi aut clam. & in extrauag. ad reprimend. in uer. non obstantibus & per eum in fi. in l. 1. §. nonciatio. de ope. no. nun. & quod no. in c. ex parte. de off. dele. & quid iuris, si in certis casibus exceptis apponatur dictio taxatiua, vide per Dy. in regula, in argumentum facit l. 1. C. de patrib. qui fil. dis. Adde an statutum prohibens quem audiri, impediat, quin possit iudex ex officio suo supplere, late Roma. consi. 213. & vide eundem Roma. consi. 42. quando statutum remouet omnem exceptionem.

e Meno. Dec. consi. 254. nu. 10. in simili Barb. consi. 38. col. 9. in fi. Ruy. consi. 5. nu. lib. 5. consi. 9. nu. 2. eo.

LEX XLI.

a Illud. a Mala fides, quæ per lit. contest. inducitur, non nocet bonæfidei possessori, re naturaliter perempta: secus in eo

b qui fuit malæfidei. h. d. Opp. sup. eo. l. sed & si lege. §. si ante litem. Sol. hic est malæfidei possessor quo ad omnia, præterquam quo ad interitum. Aduerte bonæfidei possessor est quando quis possidet contemplatione domini. l. apud antiquos C de fur. l. item veniunt. supra. eo. malæfidei possessor est, qui scit se non esse dominum. l. item veniunt. §. item placere. sup eod. Item est quædam mala fides ficta, quæ inducitur per lit. contest. vel controuersiam motam in peti. hær. & quod ista sit ficta, no. in d. §. si ante litem. Tamen bene dico, quod tempore litis contest. posset vere esse malæ fidei, si vere scire posset ad se non pertinere. Modo ista mala fides ficta non habet locum nisi æquitate cessante. l. sciendum. & l. denique. ex quibus cau. maior. Dixi plene in l. si is qui pro emptore, de vsuc. Sed quantum ad fructus subest æquitas, quia tempore litis contest. vel controuersiæ motæ, incip. t. vel incipere debet scire, vtrum res spectet, vel spectare debeat ad eum, & ideo debeat curare, vt rem, & eius fructus possit reseruare: sed quantum ad interitum cessat æqui

c tas, c quia non debet propter hoc ius suum indefensum relinquere: ideo quantum ad interitum, non censetur malæfidei: secus si tempore lit. conte. esset vere malæ fidei.

ADDITIONES.

a Meno. Illud. Robertus. lib. 1. sentent. iuris. c. 28.
b Meno. Malæfidei. Dec. consi. 69. in fine.
c Cessat æquitas. Adde Bal. in d. l. 1. in fi. C. de vsuc. transfor. & quod ipse notat in l. 1. de . ruc. & lit. expen.

§. Actiones. Possessor tenetur cedere actiones hæreditarias, si quas habet, & sibi debet caueri in eo, quod adest. hoc dicit.

§. Ad

§. Ad officium. Si seruus possessoris dedit damnum, li berabitur, eum dando pro noxa. h.d.

LEX XLIII.

Si quo tempore. Possessio superueniens post li.contest. venit in hoc iudicium, h.d.

1 *Debitor conuentus tanquam possessor iuris, quomodo interrogari debet.*
2 *Litis contestatio fit per confessionem, per negationem, & per dubitationem.*

Si debitor. Debitor hæreditatis nō tenetur hac actione, ni si se hæredem contendat. h.d. quam legem no. quia glossat totum istum tit. No. quod licet possessori rerum, non sit necesse. quod contendat se hæredem, tamen in possessore iuris requiritur, vt hic, & notatur in l.etiam.§.i.sup.eo.in fi.gl magnæ. Ex quo 1 nota,† quod quando agitur contra debitorem, tanquam contra iuris possessorem, debēt aliæ interrogationes fieri, quam illæ quæ ponuntur in l. qui interrogatus. sup.e. Et si dixerit quod sic, interroga- 2 bitur, quare cessat restituere, vt hac l. Item no.† multum istam l.quod a li.cont. a potest fieri per negationem, per confessionem, & per dubitationem, ut hic. quod no.

ADDITIO.

a Lit.cont. Potest fieri non solum per negationem, vel per confessionem, sed etiam per dubitationem, quod est contra communem sententiam Doc. in c. de hæc ite. & idem Bal. hic.

LEX XLVI.

Postquam. Qui legatum accepit, non prohibetur petere hæreditatē ab intestato, sed tenetur restituere legatum cautione sibi oblata, nisi fuerit in euidenti calumnia. Et si legatum non restituitur, de hæreditate non disputabitur. h.d.

LEX XLVIII.

Qui se liti. Qui se liti obtulit. vt possessor condemnabitur, licet non possideat. h.d. In gl. super uer. ab initio. in fi. dic, & quia necesse habet persistere, vt in authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex.

LEX XLIX

Prædonis Qui tacitam fidem accommodat, ut prædo dicitur possidere. h.d.

LEX L.

Lucius. Qui perdit in actione falsi, non prohibetur dicere nullum. h.d.

LEX LI.

In æstimationibus. Ficta mala fides per litis cont. facit possessorem teneri ad verum pretium rerum venditarum ex uoluntate: si ex necessitate, ad pretium conuentum. h.d. & est difficilis lex. Op. quod non procedat ista lex. Aut enim loquitur in bonæ fidei possessore, & ille non tenetur vltra, quam sit locupletior. Aut in malæ fidei possessore, & tunc tenetur ad ipsas res, non ad æstimationem, ut l. si possessor. §. fi. sup. e. Cui contradicit hæc lex. huius timore variatur, & intelligitur hæc lex plurib. modis, ut in gl. Tu tene, quod dixi in summario. Et ratio huius casus colligitur ex his, quæ dixi in l. illud. sup. eo.

LEX LII.

a **Si bonæ fidei.** a Iudicia particularia non differuntur ppter vniuersalia, si res est tempore peritura. h.d. Op. de l. fi. C. eo. Sol. d. cum quidam, quod hæc lex per illam corrigitur, alii dicunt, quod illa loquitur, quando possessor conuenitur, hic quando agit. Quam sol. no. quia habui eam de facto. istud tenet gl. in l. si post litem. inf. de excep.

ADDITIO.

a Si bonæfidei. Adde quod habetur in l. non distinguemus. §. si is. sup. de arb. Bar. in l. si quis libertatem. cir. fi. sup. eo. & de hoc ēt uide Bal. in l. emptorem. in uer. sed mene quæ[illegible] C. loc. & Inn. in c. quia cunctis. in fi. gl. magnæ, de concess. præ[illegible].

LEX LVI.

Non solum. Res hæreditariæ possunt alienari ex necessitate æris alieni.

LEX LVII.

Ei qui. Ei qui emit hæreditatem à fisco, competit hæc actio. hoc dicit.

§. Hæres Pignus datum defuncto, potest peti hac actione, hoc dicit.

a **§. Cum prædia.** a Malæ fidei possessor tenetur in quantum prædia ex negligentia facta sunt deteriora. h.d. Dixi in l. si seruum. in prin. de uerb. ob. Vide legē, si possessor. §. 1. & §. pe & fi. l. si homo. inf. de rei uend.

ADDITIO.

a Cum prædia. vide in l. si possessor. §. 1. de peti. hær. & in l. si homo. inf. de rei uen. per Bar. in l. si seruum. in prin. de uer. obl.

LEX LVIII.

Euicta. Etiam bonæ fidei possessor tenetur restituere totum, quod nomine pœnæ exegit. h.d.

LEX LIX.

Cum hæreditas. Possessor tenetur restituere fructus, quos percepit, licet petitor, percepturus non fuerit. h.d.

LEX LX.

1 *Tertius superueniens, quod impediat executionem sententiæ latæ pro primo.* [illegible]

a **Cum idem.** a Vnius petitio non impedit executionem alterius petitionis eius, qui prius ad sniam peruenit, sed est possessori cauendum. h. d. q̄. legē no. & multum. 1 No. b q. tertius superueniens non impedit executionem sniæ latæ pro primo, vt hic, & l. is a quo. ī. de rei ven. Et rō huius est, quia ius ipsius alterius petitoris non fit deterius, sicut. n. poterat auocare a primo possidente, ita ab isto secundo. Et licet iste secundus, qui petit executionem, possideat, ita possidet ille prius conuentus. Sed si ageretur de transferendo in aliquem possessionem uacantē, forte ex l. fin. C. de edicto diui Adria. tollendo, tūc ante quam executio fiat, si alius c comparet & dicit se hæreditatem ad se pertinere, & dicat se mittendum in possessionem eo iure quo primus, tunc executio differt, quia per eam fieret præiudicium secundo: quia ibi prima possessio erat vacans, modo possessa est per aliū, de quo est tex. in c. veniēs, extra, de restit. & ibi per Inn. de quo dixi in l. ita tamen, §. quoties. inf. ad Tre. & hoc est quod voluit dicere. executio fiat taliter quod alteri non præiudicet. Et ideo cogitur cauere hic primus petitor, q. eum defendat aduersus alium petitorē. Ratio, quia si possessor non peteret cautionem, ipse absolueretur a petitione secundi petitoris; quia non possidet, neque dolo desiit possidere, & ille secundus petitor haberet inchoare nouum iudicium. Et ideo ne istud incommodum sequatur. cogitur petere cautionem, & ille præstare tenetur, qua præstita, ille habebit necessitatem prosequi eandem instātiam ceptam cum possessore primo, & sic ista cautio proderit secundo petitori. Et hoc est, quod tex. huius l. vult in fin. Et propter hoc puto, quod si possessor restitueret, cautione non exacta, tenetur quasi dolo desiisset possidere, l. dolo. inf. ad leg. Fal.

ADDITIONES.

a Cum idem. Hāc l. notabiliter limitat Bar. in l. litibus. in fi. C. de agr. & cen. lib. 11. & Jo. in l. a sententiā. de appel.

b Non impedit. An tertius superueniens impediat executionem sententiæ, adde l. a diuo. §. si super reb. de re iud. & quod ipse notat in l. si perlusor o. de appel. & aliquid in l. si alienam. in fi. inf. sol. mat. Adde Pet. de Anch. consi. 314.

c Rur. Adde plene per Alex. in d. §. si super reb. & quia si bñt Bar. quando possessio est uacans, sequitur Pau. de Cast. & refert idem ter ere in c. cum venientes, de extra de testib. & Bar. in l. ita tamen. § quoties, infra ad Trebel.

Ueno. decat se mittendum Ruy. consi. 2[illegible]. lib. 5.

LEX XLI.

1 *Pater si expendit pro filio habente bona aduentitia in studio, in dubio uidetur de bonis filii expendisse.*
2 *Expensarum deductio quando fiat officio iudicis, etiam parte non opponēte.*

a **Filius a patre.** Quod pater expendit in honorem filii in dubio vr̄ expēdere de bonis, q̄ habet pertinentib. ad filiū. h.d. quam l. nota. Ex quo patet 1 q. illud quod pater expendit pro filio in studio, si filius habebat bona aduentitia materna, uel alia, quod ex illis in dubio uidetur facta expensa. facit l. Nesennius. supra. de neg. gest. dixi in l. 1. §. nec castrense. j. de collatione bonorum. ver. quæro hic loquitur, & ita dēt intelligi in l. quæ pa. j. fa. erc. Item quæro de intellectu istorum uerborum positorum 2 in l. fi. Petrus dicebat,† quod hoc importat, quod si pars non opponat quod iudex ex officio suo suppleat, quod non placet, quia de iure, non de facto iudex supplere debet l. 1. C. vt quæ desunt aduoca. b Vnde gl. dicit quod vult dicere, quod posito, quod pater non habeat exceptionem, tñ consulitur ei per officium iudicis, quod satis placet in se, ut dixi in l. plane. s̄. eo. Tamen quantum ad propositum intelligo l. istam aliter. Tu dicas quod exceptio est actionis exclusio. l. 2. j. de exceptioni. modo quod hic dicitur de expēsis, ponitur ad excludendam actionem, & sic ante latā sniam, & sic vere dicit exceptio. Quāque non opponitur ante sniam, sed post sniam in executione, tunc quia executio per offm̄ iudicis fit, si post sniam oppo- c natur, non fit proprie, sed imploratur offm̄ iudicis, vt vidistis in l. 1. s̄. de edendo. & tūc diceretur fieri iudicis officio ista deductio. semper tamen intellige, quod pars petat. l. quarta. §. hoc autem iudicū. j. de dam. inf. Et hoc est quod vult dicere iuriscōsultus. si ante sententiam non excipitur post sentētiam fiet in executione per officiū † iudicis.] Et hæc nota multum, quia quotidiana sunt.

ADDITIONES.

a Filius a patre. De intellectu huius legis uide no. per Bal. in l. domum. C. de rei vē.

b Vnde glossa dicit. Vide Bar. in l. si unus. §. pactus ne peteret. sup. de pactis.

c Opponatur. Sal. in l. 1. C. vt quæ desunt aduoc. etiam transit cum intellectu Barto. sed Bal. in d. l. domum. C. de rei ven. hoc reprahendit, & vide etiam Cy. & Bar. in d. l. 1. et uide quod singulariter dixit Bar. in l. si quo tempore. in fi. sup. eo.

† Cla. Iudicis. Vide Cy. B. ld. et Doc. in l. 1. C. vnde le. ubi per hoc dicit Bal. non ualde singulare. & vide Alex. post Bar. in l. ex asse. inf. ad Tre. & uide tex. ubi Bal. in l. fi. in 18. q. C. de hæred. insti.

Si pars hæreditatis petatur. Rub.

Glossa format quæstionem, vide eam.

LEX PRIMA.

POst actionem. Ista lex continuat primo ad præcedentia. Secundo intrat materiam. Secunda ibi, is qui. Et prima pars, quæ continuat, non indiget summario. Et glo. in principio quærit duo. Primo, an hæc sit alia actio a præcedenti? & hæc litera innuit, quod sic. Veritas est ista, quod non differt ab illa specie, sed numero: sicut alia est actio, quæ competit mihi pro centum mutuatis,

tuatis,& alia quæ competit,qñ sum hæres institutus insolidũ:alia quando pro parte tamen eiusdem sunt generis. Item quærit glo. an sit prætoria,vel ciuilis? Glo.determinat,quod ciuilis,

§.Is qui. In petitione hæreditatis. conclusio sumitur respectu iuris agentis, nõ respectu possessoris conuenti.h.d. Quæro pro declaratione eius quod dicitur totam hæreditatem vendicabit, &c.quidam dicebant, quod propter vnam rẽ, & cætera. Tu dic, vt dixi in summario, quia conclusio libelli sumitur ex persona agentis,non ex persona possessoris.

§.Quinimo. Plures hæredes debent agere contra plures possessores: nec potest vnus eligere vnum,alius alium.h.d.

1 *Duo iudicia vniuersalia respectu eiusdem hæreditatis concurrere possunt*
2 *Iudicium familię ercisfundæ datur inter eos,qui se non diffitentur hæredes.*

§.Proinde. Si sunt plures, ad quos hẽditas pertinet, pro diuiso põt alter ab altero conueniri hac actione.vel fa.ercis.si fatentur se hæredes.h.d.† No.q duo iudicia vniuersalia respectu eiusdem hæreditatis possunt cõcurrere. Simile in l.1.s̃.tit.j. Item no.†quod iudicium fam.ercis.datur inter eos,q se non diffitentur hæredes. h.d. Ad primum opp.de l.si Titius cũ quo.ĩ fi.j.pro socio. Sol.ibi in pecunia, & sic pars cũ parte recipit compẽsationem,hic in specie. Item opp. j. de rei ven.l. Pomponius scribit,si ex equis & j.§.prox. Sol.ibi possidebat pro indiuiso:hic p diuiso. Item ad fin op.q etiam qñ se negant hęredes,sit locus fam.erc.l.1.j.fam.erc. Sol.ibi volebat quis agere, nõ pro eo,qđ ipse possidebat,sed pro eo,quod possidebat aduersarius.

§.Si ego ex parte. Si cohæres meus, & extraneus possideant hæreditatem pro indiuiso,extraneum tantum conueniam h.d.

1 *Compensatio ð specie ad speciem fit partibus volentibus, vel iudicis officio.*

§.Item si cum me. Qui partem possidet p indiuiso,a cohærede, & extraneo possidentib. residuam partem petet: vel inter eum & cohæredẽ compensatio fiet.h.d. Sed quæro,vtrũ illi duo possessores possideant pro diuiso vel pro indiuiso? Gl.dicit, quod pro indiuiso, & bene: alias non conueniret nisi extraneum,vt s̃.px.† Sed tunc opp.quo fiet compensatio spẽi ad spẽm. Dicit gl. quod hoc fit partib.volẽtib quod satis placet. Vel dic, q partium p indiuiso fiet compensatio. Videte, istud esset verum qñ partes deberentur pro indiuiso in ea.re.l.deducta.§ numis. ad Tre. Sed in parte p indiuiso nõ põt fieri compensatio. Tene ergo, quod fiat cõpensatio volentib. partibus, Vel dic,q hoc fiat officio iudicis,sicut qñ fit adiudicatio in iudicio diuisorio, nõ autem per modum compensationis.

§.Interdum. Propter numerum nascendorũ ex ventre admittitur petitio partis incertę.h.d. Glo.ponit exemplum in successione,collateralium. Oppo. C. de suis & legit.auth.in successione,& Inst.de hær.quæ ab intest.§.cũ filius.ver.& quia placuit Glo.dicit quod iste §.corrigit hodie,qa succeditur hodie in stirpes,non in capita. Et sic non est curandũ, q nascãtur ex eis. Sed aduerte,aut loquimur in successione ascẽdentium,& hodie & olim succedebant in stirpes,vt d.ver.& qa placuit. Aut loquimur in successione collateralium, & tunc fm iura antiqua succedebãt in stirpes vt hic,& l.post cõsanguineos.§. hæreditas.de suis & legit. An aũt sit hodie correctum? Dicas sic,si loquimur in successione collateralium vltra fratres, & fratrum filios, iura antiqua non sunt correcta, qa ẽt hodie fit successio in capita, vt C. de leg. hære. auth. post fratres. Si vero loquimur de successione fratrum,& filiorũ fratrum,si qdẽ filii fratrũ succedũt cũ patruis vel auũculis,nõ est dubiũ qd hodie succedãt in stirpes, & ista iura fiorũ corrigunt,vt in auth.cessante. C. de leg. hære. Si vero filii fratrum succedũt soli, & aliqui ex patruis vel auunculis non supersunt,tunc est opinio inter Azo.ex vna parte, & Accurs. ex altera. Et ista est qõ,quæ fuit in quodã castro huius ciuitatis,& dicit Azo,quod in capita,dominus Accur.quod in stirpes, vt no. in d.auth.cessante. Ego teneo opin. Accur. de quo dic vt in l.post consanguineos §.hæreditas,de suis & leg.

LEX II.

a **Si ex pluribus.** a Qui sperat admitti ad partem, facit partem,h.d.Gl.hic format pulchram qõnem,& examinat melius hic,quam alibi. Et ista quęstio tangitur in multis locis,videlicet in l.si marito.§.patri.j. sol.matr.& in l.si quis ita scripserit,& ibi per Dyn.de hær.insti & l.plane.§. 2.& ibi dixi,j.de leg.1.& l.quid ergo in prin.eo.tit.

ADDITIO.

a Si ex plurib. De ista q. Vide dominũ tas.in l. plane. hic allegata, de le.1. Ant.Al.

LEX III.

a **Antiqui.** a Posthumus nasciturus ex vẽtre impedit sequẽtes in gradu. Eos autem,q eiusdem gradus sunt statuit admitti:& si tres nascituri essent, auferr vel cõcedi alteri, fm quod casus occurrit.h.d. Op.q detur petitio partis incertæ,& plus & minus,fm q casus euenient. hĩc op.đ l. cum qdã.§.q dr.j. de acq.hær. Sol.intellige hoc,si posthumus esset institutus,vel exhæredatus. Nam si esset præteritus,non posset adiri hæreditas.

ADDITIO.

a Meno. Antiqui. Ant. Gulibertus in polystore.c.10.12.

LEX V.

Illud. Incertitudo nascendorum non impedit cohæredem adire,licet quæ portio competat sibi sit incertum. h. d. Bona lex & subtilis est. Op. de.l.ex semisse, j đ acq.hęred. Solue, vt in gl. Quærit gl.quæ sunt illa,quę requiruntur sciri,vt possit adiri:vide gl.& no.ipsam.

LEX VI.

Sorori. Qui ex post facto apparet esse hẽs, a quolibet hærede auocat pro rata,& sumptus pro rata sustinet.h.d.

LEX VII

Non possumus. Per hanc actionem consequitur quis partem pro indiuiso, quę per iudicium fam.erc.diuidetur.h.d. quam legem nota.

LEX VIII.

Permittendum. Potest quis pro parte cedere, & pro parte cõtendere.h.d. Not. p eo,quod dixi in l.si debitor s̃.tit.1.

LEX IX.

Cum multi. Qui procurator alterius administrat, petitione hæreditatis non tenetur, nisi illius hæres extiterit in totum vel in partem.h d.

LEX X.

Cum hæredis. Qui negotia hæreditaria absentis nomine gerit,ab his,ad quos negotium in veritate pertinet,poterit conueniri actione negotiorum gestorum,& petitione hæreditatis,si se hæredem contendat.h d.Op.s̃. l prox. Sol intellige l.illam qñ se contendebat hęredem. Item op. quod ista hẽditas debeat pertinere ad fiscum tanq̃ caduca. l.item veniunt.§.pridie s̃.ti.j. Sol.vt in gl. de quo dic per Doc. vt l.vnica. § pro secũdo đ cad.tol. Item op. & vr q illud q est gestum p defunctum possit haberi ratũ per hęredem.l.fi.j.rem ra.ha. So.est verũ in his, quæ transeunt ad hęredes,sed hęreditas non adita trãsit ad hęredes De quo per Dy.in c.ratum.extra,de reg.lib.6.

De possessoria hæreditatis petitione. Rub.

LEX PRIMA.

s *Actiones particulares competentes bonorum possessori,non sunt prętoriæ.*

ORdinarium. Bonorũ possessori de iure pretorio cõpetit hęc actio, in qua tm̃ venit q̃tum in pet.hę.ciuilis.h.d. Op. Inst. de bo.po.§. quos autem,& j.d reg.iur.l.pretor. Sol.bon.possessores sunt hẽdes in effectu,sed nõ vere,iõ necesse fuit,q eis daretur bo.possess.hęreditatis petitio de iure p̃torio, cũ de iure ciuili non daret. Itẽ opp.q ẽt p̃cedẽtes sunt prętoriæ,vt l.1.in prin.e.ti.1.Sol. uc,vt ibi Item opp.dr hic,superiores,&c.quasi pposuerit plures, cũ non sit nisi vna. Solu.vna est in gñe,sed plures sunt numero,vt

t dixi in l.1.in prin.s̃.ti.1.Item q̃ritur,an factiones particulares,q̃ cõpetunt bo.possessori,sint p̃torię? gl.q non,quam no. qa hoc sentire vr.iõ est notanda,vidi quę dixi in l. 2. j.de bon.poss.ut gñali.

ADDITIO.

a Quæ dixi. Vide Bar.in l.2.de bon.poss.

De fideicommissaria hæreditatis petitione. Rub.

LEX PRIMA.

EX ordine. Fideicõmissario vniuersali, cui est hęreditas restituta verbo,competit hęc actio,in quam veniunt omnia, quę in petitione hęreditatis ciuilis,h.d.

LEX II.

Nec interest. Hęc actio cõpetit fideicõmissario,& eius hẽdi,bonorum ve possessori.& non datur cõ verum hęredem , sed contra alios , & eorum hęredes.h.d. Opp.frustra quis petit illud,q habet:sed hic dicitur , q hęreditas est restituta,ergo eam petere nõ debet. Glo.dicit optime q intelligatur hęreditas restituta verbo , & non re , vel re pro certa parte,nam si esset restituta tota,& fideicõmissarius eam pderet,non

a hẽret hanc actionẽ.a q no. Sed q̃ro,vñ hoc? b Rñ. in petitione hẽd.

b veniunt res hẽditarię, vt l. item veniunt. in fi.s̃. de peti.hęre. Sed post apphensam hẽditatẽ desinunt esse hẽditarię.l. 1. §.veteres.& ibi no.de acq. poss.& sic est res hẽdis,vnde in pet.hę.non veniunt, l.quod si in dic.§.sed si hẽdis negotium.s̃.de pe.hę. hĩc op.de l.i fideicõmissariã.j.ad Tre. Sol. restĩone facta veniũt fruct⁹,sicut ĩ pe. hęre.

ADDITIONES.

a Paris. Hanc actionem. Vide Bald contrarium tenentem in consi.12.&.consi.13. vol.3.* Meno.Dec.l hæreditas.nu.3.ff.de reg.iur.Soci.iun.consi.47. nu. 23.li.2. So..sen.consi.12 2.nu.13.lib.4.Ruin.consi.174. in fi.lib.4.Calcã.cõsi.77.nu.12.

b Vñ hoc. Vide quæ dixi in l.hæredes.de acq.pos.& no.Insti. de act. §. actionũ.in fi.& Cy.in l.h.C.edic.diui Adr.ad fi.antepe.q.& gl.1.in fi.in c. 1. de consi.in 6.

hære. Ante vero restõnem fructus nõ veniunt, ſm qđ dr̃ in d.l. in fideicõmissariam. & l. iubemus. C. ad Tre. Item opp. ꝙ sit ciuilis, qm̃ restõ fit per senatusconsultũ, ꝙ est ius ciuile. Dicit glo. nõ ob. qa non sequit̃ hoc ꝑ istã gl. nõ efficieris clarus. Vnde dic ꝙ per senatusconsultũ transeunt in fideicõmissariũ oẽs actiones, q̃ ꝯpetebant hr̃di, q̃ erunt vtiles. Nulla. n. actio dat̃ fideicõmissario per senatusconsultum, sed solũ in eum trãsfert̃, q̃ hæredi competebat. Vnde si fideicommissarius vellet intentare petitionem, q̃ ꝯpetebat hæredi, poterit vtilem translatam per senatusconsultum, sed si vellet agere ex persona sua, nullam habet ciuilem, sed datur a prętore, & ideo Ioãnes posuit istas duas pretorias actiones, & vnicuique dedit cellulam, quod no. & tene menti.

LIBER SEXTVS.

De rei vendicatione. [a] *Rub.*

ADDITIONES.

a Parif. De rei ven. Istã rub. repetit Mat. Lau. & circa rei vend. vide Mat. no. 190. & Lau. in d. repetitione, ponentẽ multa in materia, ꝑsertim quotuplex sit dñiũ.

1 *Rei vendicatio datur contra ciuiliter possidentem.*
2 *Rei vendicatio directa vtiliter, an detur ei, qui est dominus contra eum, qui dolo desijt possidere.*
3 *Lite contestata super actione directa, & iudicio pendente, reus dolo desijt possidere, an sequatur condemnatio.*

Rubricam istam ꝯtinuat Iurisc. tñ circa glo querunt̃ aliqua, cui det̃ rei vendicatio, q̃ in ea veniũt, & qualis sit, & est gl. satis clara. Duo tñ in ea dñr, q̃ exigunt examinationem. Primũ, †an hæc actio det̃ ꝯ tñ ciuiliter possidentem. Et dicit gl. ꝙ sic, sed nil allegat. Item no. C. vbi in rem actio. l. 2. & ꝟ. de acq. poss. l. Pomp. §. si is qui precario. Tex. habeo in l. 4. in fi. ꝟ ad exhib. & de vsuf. l. cuicunq;. §. 1. Scđo dicit gl. [a] est sciẽdũ, ꝙ hæc actio datur qñq; directa directo, vt ei, qui est dñs ꝯ eum q desijt possidere. Qñq; datur vtiliter directo, ei q hẽt vtile dñium, ꝯ possessorẽ. Qñq; vtilis vtiliter ei, q habet vtile dñium, ꝯ eum q. dolo desijt possidere. Et sic nomina referunt̃ ad actorem, aduerbia ad reum. Vltram. †reprehendũt glo. & primo in eo quod dicit gl. ꝙ dat̃ directa vtilr̃ ei, qui est dñs, contra eum, q dolo desijt possidere. Nam rei vendicatio, dñt ipsi, hẽt duo principia formalia, vnum ex parte agentis qđ est dñium. ꝟ. e. l. in rem. aliud ex parte ꝯuẽti, qđ est possessio. C. de ali. iu. mu. cau. fac. in l. j. & l. oſſm̃. ꝟ. eo. si qđ istorũ deficiat, non põt dari directa rei vendicatio, sed vtilis. Vñ ꝯ eũ, qui nõ possidet, sed dolo desijt possidere, datur vtilis rei vendicatio, non directa vtilr̃, vt dicit gl. Et ꝑ his [b] vr̃ casus in l. electio. §. item si ex plurib. ꝟ. de nox. & §. itẽ si qs. l. ẽt de pe. hæ. Ita dñt Doc. nñ. C. eo. i rub. Pro gl. nr̃a facit, qa in istis actionib. realib. ius metimur ex ꝑsona actoris, nõ rei, l. j. §. j. s. si ꝑs hær. pet. ergo in rei vẽdica. ex ꝑsona rei nõ variat̃ actio, sed quãtitas actionis, vñ semp dẽt dici directa, si aliqs est directo dñs. Teneas tñ q̃uis, qa ista verba sunt magistralr̃ dicta, non aũt sunt verba Iurisconsulti., & istud †est vtile ad qõnẽ [c] difficilem, si est lis con. super actione directa, & pẽdẽte iudicio reus dolo desijt possidere, vtrũ sequat̃ cõdemnatio ex ea. instantia. Si. n. tenemus istã gl. nullum est dubium, ꝙ sic. Nam non variat̃ actio, qa ita est directa añ, sicut post, sed variatur qualitas, qa primo dabat̃ directa directo, nũc de directa directo dat̃ directa vtiliter, & variatio qualitatis non nocet, quin post sequatur condemnatio. l. in delictis. §. si detracta. de noxa. Si tenemus aliam opin. s. ꝙ sit actio vtilis, tũc est dubium, qa sup vtili õn est lis cont. tñ idem censetur. tangitur per Dy. in l. q̃q̃. § Iul. †& ibi dixi, đ aqua plu. ar. & per Cyn. in l. j. s. de alr. iud. mu. cau. fac. lac. Bu. in §. omnium. Inst. de actio.

ADDITIONES.

a Dicit gl. Adde Bar. & Doc. in l. curatoris. C. de neg. ge. & in l. 1. C. de ali. iud. mu. cau. fa. Bar. in l. si autem. §. sed & is, ꝟ. eo. & per Imo. in l. quanquam. §. Iulia. & ibi Bar. de aqua plu. arc. & glo. in §. 1. su. si ex nox. causa aga. ver. mutata. quæ tenent, ꝙ detur vtilis.

b Meno. Et pro his. Gomes. §. sed istæ. nu. 76. in fi. Insti. de act. Bal. l. vlt. nu. 38. C. de edic. Diui Adr. tol.

c Vtile ad quæstionem. Et vide quod no. in l. 1. C. de alie. iu. per Bal.

† Clau. §. Iul. Aduerte tamen, quod contra non possidentẽ, & eũ, qui dolo desijt possidere, vel qui dolo se liti offert, potest agi hac actione, & non obstabit rei iudicatæ exceptio, si ad eum deuenerit possessio, tex. est quem Bart. dicit scribendum litteris aureis, in l. si a te, hæreditatem. ꝟ. de excep. rei iud.

LEX PRIMA.

POst actiones. Hæc actio est ad rerum singularum petitionem, & competit pro omnibus rebus corporalibus. h. d.

1 *Pater vendicat filium causa expressa, item Abbas monachum, item dominus colonos, censitos, & agricolas, item villa causa expressa, vendicat sustinentes onera, & ciuitas ciuem.*
2 *Quatuor remedia, de quibus in hoc textu quando competant.*
3 *Interdictum non habet locum pro filio, quando a nemine detinetur.*
4 *Ciuitas contra detinentem castrum, vel villam, porrigit libellum.*
5 *Carceratus, qui petit se relaxari, proponit officium iudicis.*

§. Per hanc. [a] Liberæ personæ, q̃ sunt in ꝑtãte nr̃a, non petunt̃ rei vẽdicatione, [b] sed alijs remedijs expressis, nisi vendicetur adiecta cã de iure ciuili. h. d. Quæro, qđ hoc est dictum, præiudicijs? Quidam dñt. i. exceptione, quia si filius agit opponam quod nõ põt, qa est in ꝑtãte, quod gl. non placet. Dicit ergo præiudicijs, a præiudiciali in rẽ actione, de qua loquit̃ Insti. de act. §. præiudiciales. Item quæro, quare dñr præiudiciales. Dicit glo. quod ita præiudicant, vt interim de alijs non cognoscat̃. Sed certe ead. rõne petitio hr̃ditatis dr̃ eo. mõ præiudicialis, vt l. si qs libertatem. s. de pet. hæ. Dicit Petrus, quod iõ dicitur, quia ibi vertit̃ res magni præiudicij. puta status hominis. †Itẽ quæritur, vtrum [c] illud qđ dr̃ hic in filio, qđ põt vendicari adiecta cã de iure Romano, sit idem in alijs personis. Idem dico in vxore. † Glo. dicit ꝙ sic, & bene. Vnde Abbas vendicat monachum adiecta cã de iure cano. Sicut vẽdicamus res sacras, l. in rem. §. loca sacra. ꝟ. eo. Et eo. mõ, dñs vendicat colonos, agricolas, & censitos. C. de agr. & censi. & seq. rub. idem dico [d] de istis vasallis, qui sunt ex ꝯsuetudine, quod pñt vendicari adiecta cã de iure ꝯsuetudinario. Et idem dicerem, cũ ex forma statuti quælibet villa habeat suos massarios, qui sustineant onera, quod possunt vendicari adiecta cã de iure statutorũ, sic ciuitas vendicat ciuem suũ adiecta cã de iure ciuili. l. de iure. ꝟ ad mu. Idem dico in quolibet syndico, seu sic conditionato. † Quæro qñ competũt ista quatuor remedia hic expressa? gl. distinguit, & clare, tene eam. Contra istam distinctionem gl. op. & vr̃, quod officio iudicis nõ possit vti cum alijs actionib. vt l. in causæ, in prin. s. de minori. Solu. illud est verum, qñ est officium extraordinarium in subsidium introductũ, ad coadiuuandum ius ciuile, de quo dixi in l. in prouincialia. ꝟ. de no. ope. nun. † Item q̃ro, q̃ est rõ, quod interdictum non hẽt locũ, qñ filius a nemine detinet̃? Rñ. ſm Petrum, quod tũc hẽt locum interdictũ, qñ est contentio inter duos de re tertij, sed hoc nõ est, nisi fieret pro alio, vt puta pro hærede aliquo, l. pe. de libe. exhib. † Item ex hac glo. [e] & ll. alle. in ea, nota quod si ciuitas mea vellet petere vnam villam, vel vnum castrum ꝯ quem debet dari libellus? Certe contra eos, qui detinent, vt si homines illius castri detinent: contra eos datur, si alius, contra illum tantum. Item aduerte, † quod quando aliquis est carceratus, & petit se relaxari, non proponit interdictum, quia non est contentio inter duos de re tertij, sed de se, ideo proponere et officium iudicis, vt hic.

ADDITIONES.

a Per hanc. De hac materia vide Inno. in c. inter quatuor. de ma. & obe. Bar. in l. j. C. de libe. hom. exhi. & ibi quæ dixi. Adde tamen ꝙ frater non vendicat fratrẽ nec par parem, secundum Bal. in l. non ignorat, qui accusare non possunt.

b Pari. Vendicatione. Et quid in vxore, quo iure possit peti, & quo remedio, si nõ velit cum marito habitare, vide Raph. Cum. consi. 1.

c Pom. Quęritur vtrum. Vide aliquid. per Fel. c. licet causam. 13. no. de proba.

† Clau. Vxore. Vide Pan. in c. non est. de sponsal.

d Barb. Idem dico. Adde Inno. in c. tua. de ord. cog. Spe. in 4. parte, de officio iu. & de regularib. in fi. vide Doc. & ibi dixi in c. dilecto. de ap.

e Item ex hac gl. Adde Bar. in l. 1. de libe. hom. exhib.

1 *Pronunciandi, & exequendi modus, quando petitur vniuersitas rerum.*
2 *Imperator est dominus totius mundi in vniuerso.*

§. Per hãc autem actionem. Hac actione vẽdicat̃ vniuersitas rerum in totum, vel i partem, nõ obstante quod aliqua pars particularis non sit vendicantis. h. d. cum l. seq. Opp. qđ hæc actio non detur ad vendicationem vniuersitatis, vt s. ea l. in prin. Sol. ibi loquitur de vniuersitate iuris, ad quam nõ datur hæc actio, vt est hæreditas, peculiũ, & similia: hic de vniuersitate corporis, vt est grex. Venio ad l. 2. dr̃ hic, quod si par numerus vtriusque sit in genere põt vendicari totum. [a] ꝯ ꝟ. e. l. Pomponius ꝑbat, si ex æquis. Sol. dicit gl. aliqñ ꝯpositione separata plurium corporum non efficitur vnus grex communis, & corpora non cõmunicantur, sed quælibet corpora eius manent, cuius primo erant: & ideo non potest vendicari in modũ gregis, sed quilibet vendicabit corpora sua: quæ si sunt tot, quot faciant gregem, pñt vendicari sub appellatione gregis. Sed si corpora erant cõmunia, tunc possent vẽdicari ꝑ parte gregis, vt l. ꝯria. Op. dr̃ hic, ꝙ i restitutione non veniunt aliena capita, ꝯ l. Marcellus. ꝟ. eo. Sol. hic loqr̃ de alienis simplr̃. ibi loquitur de alienis, pro quib. cõpetebat Publiciana. † Ex hoc nota modum pronunciandi, & exequẽdi, qñ petitur vniuersitas rerum, quod licet iudex pronunciet, gregem esse meum, tamẽ restitutio, fiet mihi detractis capitibus alienis. [b] Pro hoc † ego sum consuetus dicere in prima costitutione huius libri, quod cum Imperator sit dominus totius mundi. [c] Et gl. dicũt dñm

ADDITIONES.

a Vendicari totum. Vtrum valeat libellus, peto gregem, uide Bal. quod sic, in l. edita. C. de edendo, & inf. eo. l. vendicatio.

b Pom. Capitibus alienis. Vide Bal. in 1. consi. fforum. & l. 1. C. vnde cog. Alex. cõsi. 1. 5. vol. plene Fel. in c. cum non liceat. per totum, de præscri.

Meno. Mod. in consuetud. Parisien. tit. 1. glos. 6. nu. 4. 5.

c Dñs totius mundi. Qualiter Imperator est dñs mundi, adde Bar. in extrauag. ad reprimendũ. in uer. totius orbis. Bal. & Ang. in l. bene a Zenone. C. de quadri. præscr. & in proœ. fforum. in prin. Bal. & ibi Doc. in l. 1. in prin. de sum. Trin. cõ opin. Bar. tenet Ang. in l. si hæredis seruus. de leg. 1. & de hoc in c. fi. per glo. ibi de offi. arch. & gl. no. in cle. pastoralis. in ver. districtus. de re iud.

eunt dñm quo ad protectionem, quia cum alij sunt dñi singulariter plures non poterunt esse dñi in solidum. Ego dico, q Imperator est dñs totius mũdi vere. Nec ob. q alij sunt particulatiter, qa mundus est vniuersitas quædam: vnde pōt quis habere dictā vniuersitatem, licet singulæ res nō sint suæ. Vnde si alius teneret mũdum, ipse Imperator posset vendicare. Casus est hic. Ad l. Marcellus. op. vniuersus grex non potest vsuc. l. rerum mixtura. ff. de vsuc. ergo pro grege nō datur Publiciana. l. si qui, in prin. ff. tit. j. Sol. ut in gl. hic, & l. ḡtra: & quod ibi dicit, vniuersitas, subaudi, tm̄. Item si iste grex est idem, qui primo fuit, & ille erat meus, ergo nunc est meus, qa res mea absque facto meo, non desinit esse mea, l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. Sol. gl. in d. l. Marcellus. super verbo, vendicare. circa fi. ff. eod. dicit, & bene, licet sit idem, non tamen omnino & quod res nō desinit esse mea sine facto meo, scilicet vere vel ficte, vt puta ex legis dispositione, vel alterius rei variatione, vt l. adeo. §. cum quis. de acquir. rer. do. & ff. eo. l. idem Pōponius, §. idem scribit. sed hic contingit variatio rerum, scilicet corporum, licet vniuersitas remaneat eadem.

ADDITIO.

Carb. Casus est. Ego quod l. sed si par numerus. inf. ad Sylla. valde huic l. Marcellus obstat, quia si quando est par numerus, non potest, ita quando est maior, dic secundum Ang. quod vna pars subrogatur in locum alterius.

Meno. Brun. consi. 2. nu. 52. Rube. consi. 77. nu. 2. Didacus in regula, peccatum. 2. parte relectio. suis consi. 9. nu. 8.

LEX III.

Marcellus libro quarto.

Armamenta nauis non est vniuersitas, sicut grex.

Libellus, peto domum cum singulis maßaritys, non procedit.

§ Armamenta. Instrm nō venit in vēdicatione rei instructę, sed spāliter est vendicandũ h. d. No. qđ dixi in summario. Itē no. quod dixi singula, non ergo sufficeret vendicare armamēta nauis: non. n. est vniuersitas quædam sicut grex, đ quo §. dictum est. † Et sic no. q nō pcedit libell[a], [b]peto domũ cũ singulis massaritijs, sed dēnt spāli exprimi.

ADDITIONES.

Barb. No. quod dixi Quod est no. dignum, nisi affixa essent domini, quia tunc ualeret secundum Ang. hic.

Meno Benuen. Strac. de naui b. vlt. parte, nu. 1. 2.

Non procedit libellus. An procedat libellus, peto domum cum singulis massaritijs, q facit contra id q no. Inno. in c. cum ad sedem. de rest. spol. de quo p Doc. in l. 2. sup. de edendo. & quod ibi dixi post Bar. in l. Titia cum testō, §. fi. de le. 2. per illum tex. de libello generali. Inn. in c. certificari de sepul. Bal. plene in l. edita. vbi dicit, quod ualet libellus, Peto fundum instructum, & an ualeat libellus, Peto castrum cum pertinentijs, vel peto quicquid Perusij possides, & Bar. in l. rei. de ver. sig. & vide quæ dixi de libello generali in l. C. de anna. excep. Item valet libellus, Peto mihi dari legitimā, l. si quis in suo. in princ. & ibi Bal. C. de inoffi. test. & de hoc libello generali vide Doc. in cap. 2. & ibi glos. de libel. oblatione Bald. & Ang. in l. fin de ann. exce. Inno. in c. certificari. de sepul. & in ca. cum dilectus. circa prin. de ord. cog. & in accessorijs, maxime vniuersalibus, q teneat libellus, tenet Bal. in l. 3. de fiue & li. expen. de quo Barto. hic, & Paul. de Cast. in l. in summa. §. 1. de re iudi. vbi scripsi post Imo. Ang. hic transit cum Bar. Rom. in l. 1. in prin. sup. de edendo, simpliciter transit cum Bar. Et uide Ang. in l. si rem. ad fi. inf. eo per Pau. de Ca. in l. de pupillo. §. qui nunciat. inf. de ope. no. nunc. ad de late Ale consi. 187. li. 2.

§. Pomponius. Continua. §. in prin. tituli dixit de rebus singularibus, in §. per hanc, dixit de vniuersitate, q̄ ɔsistit ex ɔpositionib. separatis, & de ɔmixtione corporũ, quæ separata remanēt: hic incipit tractare de ɔmixtione corporum, q̄ ɔfunduntur, & hoc intendit. Si duorũ res cōfundũtur efficitur res cōis, & quilibet vendicabit pro rata, & qui dolo confundit, tenetur ac si dolo desijsset possidere. h. d. cum l. seq.

LEX V.

Idem Pomponius.

In rebus, quę commixtione non cōfunduntur remanet dominium eorum, quorum erat primo, nisi eorum volũtate sit facta commixtio. h. d. quod si non potest apparere cuiuscunque erat, & frumenta sunt eiusdem qualitatis, certe tunc erunt communia, vt §. eo. l. Marcellus. in fi.

§. Idem scribit. Res, quæ commixtione speciē mutant, desinunt esse domini prioris, & res specificantis efficiuntur. h. d. Opp. de l. adeo. §. cum quis. ff. de acq. rer. dñio. Solu. Intellige istam ſm illam. Nam ibi loquitur in specificatione facta mala fide, hic in specificatione bona fide.

Si pignori res. Lex ista difficilis est in text. glos. tamen habet materiam paruam, & in ea Iurisconsul. ponit decem dicta, & ideo, quia multa sunt, non recipiet congruam formationem. Ponamus ergo casum per particulas. Quæritur a Iurisconsulto, vtrum res data pignori defuncto veniat in iudicium fam. erc. Respon. Iurisconsultus, quod venit adiudicanda, non diuidenda: & hoc primo. Sequitur vers. sed is, cui adiudicabitur. &c. Sed quæritur, ad quid erit condemnandus ille hæres, cui pignus adiudicabitur, alij cohæredi pro parti suæ cedit? Rñdetur, quod condemnabitur pro parte, hoc dicit. & non aperit pro parte debiti, vel pro parte æstimationis rei, vel qualiter. Sequitur ver. nec cauere. & quæritur, vtrum hæres, qui cedit parti suæ, debeat cauere hæredi soluenti, cui fit adiudicatio, ipsum indemnem futurum aduersus debitorẽ qui pignus obligauit? & rñdetur quod non h. d. Sequitur ver quia pro eo. Quæro, quæ est ratio quod non dẽt ei caueri. Respondetur, iste, cui pignus est adiudicatũ, assimilatur possessori conuento hypothecaria, qui noluit rem restituere, sed soluit litis æstimationem, subaudi, cui non debet caueri. l. & ex diuerso. § petitor. s. de rei ven. & de cond. fur. l. si seruus. §. cauere. ita nec hic debet caueri. h. d. Sequitur i tex. pro eo dedit, & c. sequitur, vt & is qui obtulerit, &c. Quæritur a Iurisconsulto, probetis mihi quod iste sit similis ei, qui soluit litis æstimationem. Respon. quod hoc probatur per effectum, vt sicut is qui obtulit litis æstimationem aduersus dominum vẽdicantem, est tuendus exceptione, nisi restituatur sibi qđ soluit, ita iste tuendus sit h. d. Sequitur ver contra quoque. Iste ver. legitur pluribus modis, pono casum magis clarum, secundum Pet. aliter quam gl. Dictum est supra, quod repellit vendicantem exceptione, nisi reddat quod soluit. In hoc est similitudo inter eum, qui obtulit litis æstimationem, & eum cui res est adiudicata. Quæritur, vtrum aliqua sit dissimilitudo? Respondet Iurisconsultus, contra quoque, hoc est, sicut diximus in similitudine, ita pono dissimilitudinem. Nã iste, cui pignus est adiudicatum, non cogitur reddere pignus pro ea parte, quæ sibi adiudicata est, nisi debitor totũ recolligat, & soluat totum, quod iste hæres debet habere, & quod reddit cohæredi, etiam si vltra debitũ dedit. h. d. Sequitur vers si non idem. Dictum est supra quod debitor tenetur reddere cohæredi, cui res adiudicata est, etiam si soluit vltra debitum Quæro, quid erit si cohæres emit a cohærede sponte soluente? Respondetur tunc non esse idem. Non enim consequi poterit vltra verum debitũ, quod pro debitore soluerit. h. d. Sequitur ver. adiudicatio enim. Quæro, quæ est ratio diuersitatis inter adiudicationem, & emptionẽ? Respondetur quod adiudicatio est necessaria, emptio est voluntaria. h. d. Seqtur ver. nisi obijciatur. Ista exceptio refertur ad illud, quod dictum est s. e. in ver. contra quoque. vbi dicitur quod totũ debet consequi, quod soluit, etiam si vltra debitum. Nam contra illud instatur, quid enim si animose licitatus est, & dedit cohæredi multo plusq̃ debebat? Certe non vr̃ hoc nocere debere debitori. Ad hoc respõdetur, ꝙ si obijciatur cohæredi soluẽti, iudex debuit hoc examinare: põt. n. esse ꝙ animose licitatus est, & tunc ei non restituatur, & potest esse ꝙ vtiliter fecit, forte si cohæres suus erat talis persona, ꝙ si apud eũ pignus remansisset, perdidisset, & tunc si aliquid plus dedit, vt pignus apud eum remaneret, vtiliter fecit, ac si debitor ipse fecisset per procuratorem suũ, & ideo tunc sibi debebit restitui. h. d. Sequitur ver. vt is. Vidi, ꝙ ille, cui res est adiudicata habet retentionem rei pro eo, quod soluit cohæredi. Quæro an habeat petitionem? Respondet Iurisconsultus, pro prædictis omnib. non solum habet retentionem, sed etiam habet petitionem ꝯ debitorẽ pro oĩb. impẽsis factis in re, necessario, vel vtiliter. h. d. Per illud, quod dicit s̃m, & pp dictionem, &, innuit etiã pro eo quod soluit. habeat actionem Habes modo omnes decem casus huius legis. Examinemus omnes decem casus per ordinẽ.

1 Circa primam partem quæro, † dicitur hic, Si res pignori data est, quæritur quid si est hypothecata, ita ꝙ non tradita defuncto, an veniat iudicio fa. ercis. Resp. ꝙ sic, arg. l. & non tm̃, in prin. s de peti. hær. nihil. n. indiuisum debet relinquere iudex, cum istud iudicium amplius q̃ semel interponi non possit. s eo. l. si filia. § familiæ.

2 Venio ad secundã partẽ, & q̃ro. † pro qua parte cõdemnabitur hęres, cui pignus est adiudicandum? Gl. dicit pro parte debiti, non pro parte ęstimationis rei, vt ff. ut prox l. cõmuni diu § inter eos. Tu vero latius dicas: nã vt videbitis in ver. quia pro eo. iste assimilatur ei, qui soluit litis ęstimationem: & ideo distingue, aut iste cohęres, cui adiudicatur, cogitur soluere litis æstimationẽ inuito iudice. forte quia iudex volebat dare alteri, & ipse recusabat, & fiet ęstimatio in parte s̃m æstimationem rei. l. si inter. §. fi. ff. de pig. Nã quasi quilibet extraneus condẽnatur. Si vero hoc non fiat ex eius contumacia. tunc aut pignus valet plus quam debitum, & fiet ęstimatio ꝓ parte debiti. d. §. inter eos. & ff. de pig. l. si fundus. §. si duo. Aut pignus valet minus, & dubium est forte ne debitor sit soluendo, & tunc estimabitur quãtum istud ius valeat, quia forte est minus debito. l. 1. §. si hęres. ff. ad Tre. & pro parte illius fiet condẽnatio, ar. istius legis. Sequitur tertia pars: dr̃ hic, ꝙ nõ debet caueri cohęredi de indemnitate. Quęro quis est iste, qui non dẽt cauere. Tex. non aperit. Glo. legit duob. modis. Primo, ꝙ hic loquitur de cohęrede, q cessit parti suę, vt non caueat cohęredi soluẽti. & secundũ istam posui casum, quę est vera. Alij ponunt in cohærede, qui soluit, cui res est adiudicata, vt non debeat cauere cohæredi, ne conueniatur pignoratitia. Istud non placet glo. & bene, quia imo

cauere debet, vt S.eo.l.si filio §.hoc amplius. Seqtur quarta pars, s. ver.quia pro eo.& quinta: illæ duæ sunt clare. Venio ad sextam s. ad ver. quoque.& iste ver.legitur in gl.duob.modis, aliparte, s.ad ver. quoque. & iste ver. legitur in gl. duob. modis, aliter, quam posuerim casum. Primo, vt h.c dicatur, quod sicut super dictum est. quod ille, qui obtulit pecuniam, hēt actionem cōtra hæredem, vt caueat: ita hic, si ceciderit a possessione, hēt hypothecam pro vendicando toto fundo quia per adiudicationem vr̄ sibi cessa hypotheca: & si non videretur cessa, cogeretur cohēs ei cedere. Ita dicit gl. Vide eam.& apostilla: quia est difficilis aliquātulum. offerenti, s. cohæredi, qui quantitatem dedit pro adiudicatione, sequitur in gl. sed ad quid, hæc lex non aperit, &c. Ibi.est simile, s. casui prædicto de eo, qui soluit litis æstimationem. Ista lectura est vera in se, tñ non congruit litteræ, quia etiam si adiudicatio non esset facta, nec ꝑ parte alterius soluisset. haberet tamen hypothecam. Quæro, quid de personali? Dicit gl. † & aduerte. non est dubitum, quod cessa personali, vr̄ cessa a hypotheca. Sed de hoc dubito. an cessa hypotheca videatur cessa personalis. Gl. videt dicere quod sic, arg. l.si C.de ann.excep. vbi si fit interruptio super hypotheca, fit super principali. Videte, Dñi, qñque potest cedi hypothecaria sine personali, vt dixi in l.1.§.cum prædium. de pig. Quādoq; cedi non pōt, & tunc in dubio q cedit hypothecam, vr̄ cedere personalem, qa qui vult vnum, vr̄ velle omne id, sine quo ad illud peruenit non potest, l.illud. de acq.hær. & l.cui iurisdictio de iurisd. om.iud. Alio modo legitur in glo. vt hic non loquatur de actione hypothecaria, sed de personali, hoc est, quod cohæres, qui soluit, possit repetere, quod sibi debetur & quod debebat cohæredi. & ēt plus sibi soluit. Ista lectura vera est in se, sed non est necessaria: qa hoc de actione danda ponitur in si legis. Pono ergo hic casum, vt posui legendo literam, quod hic loquatur de retentione: habet enim retentionem propter id quod plus soluit. Et est aduertendum, † quod si debitum est ex diuersis causis, admittatur solutio partis, l.vlt. ff. qui. mo. pig. vel hyp sol. Tamen vbi ab initio causa fuit vna, quia vnum debitum in defuncto, quæ postea fuit diuisa inter cohæredes, per l. xij. tab. postea iterum fuit vnita per adiudicationem, nō admittitur solutio particularis, vt hic; quod no. † Et hoc, quia ista vnio fuit facta ex necessitate, secus si ex voluntate, vt in seq. respon. Tenendo tamen in hoc ver. lect. glo. quod hic loquatur de actione, quæro qua actione aget cohæres qui soluit? Gl. hic sol. ego examinabo in si huius legis. Sequitur septima scilicet ver. non idem. Iste ver. legitur in gl. quinque modis. Primo, vt loquatur alio modo, quam in præcedenti, quando creditor emit a socio debitoris. non a cohærede, & concreditore suo, quod licet in se sit verum, non tamen est verosimile, quod Iurisconsultus ita transgrediatur. Vnde alij dicunt, quod loquatur eodem casu quo S. quādo cohæres emit a cohærede. Et ista subdiuiditur in quatuor lecturas. Primo sic, dictū est S. quod vbi est adiudicata habet actionem pro toto: secus vbi spōte emit. Istud reprehendit gl per l.emptor. S. de rei vend. certe ista non vr̄ bona reprehensio: Nam illa dicit, quod emptor habet retentionem pro eo quod soluit, non quod habeat petitionem, vnde ista potest sustineri. Secundo modo legitur, dictum est S. quod ille, cui res adiudicata est, repetit totum: etiam si plus soluit, quam debetur cohæredibus, secundum gl. vel retinet pro toto, secundum lecturam quam dedi. Sed quando sponte emit, tunc non potest petere, nec retinere, nisi pro eo solo, quod cohæredi, a quo emit, debeatur, non pro illo pluri, & istā lecturam tenet gl. istam etiam tenui ponendo casum. Tertio modo legitur, vt istud, non idem, &c. disponēdo dicatur, vt in glo. quæ clara est. Ista lectura esset vera in se, si fecisset hoc exprimendo q volebat prouidere creditori, & eius negotium gerere quod in dubio nō præsumitur: magis enim gerit suum negotium, quam debitoris, l. si prior. §.1. ff. qui pot. in pign. ha. Quarto modo legitur in gl. ibi, potest etiam istud dici secūdum Azonem, quod hic non loquatur in cohærede vendente ius pignoris, sed in cohærede vendente rem iure creditoris. quo casu extinguitur debitum: tamen cohæres emens tenetur restituere, sicut fideiussor emens, vt gl. dicit, quæ lectura etiā vera est in se, non tamen congruit literæ: quia in alio casu loqueretur, quam S. Pro decisione ergo † huius partis, & eorum quæ dicta sunt, distingue. Aut ille, qui habet rem obligatam, emit partem rei, aut ius pignoris pro parte, quam habebat alias. Primo casu aut emit ab extraneo, non a concreditore suo, & tunc pro eo quod dedit vēdenti, contra debitorem nullam habet actionem, nisi secundum modum, qui ponitur in l. communi diui. in si. ff. tit. I. Aut emit a cohærede suo vendente iure creditoris, & habet locum quod hic dicitur secundum vltimam lecturā. Secundo casu, qñ emit ius pignoris, aut vult experiri contra debitorem, seu retinere pro eo tantum, quod debebat illi, a quo emit, & potest, l. emptor. S. de rei ven. & C. de pig. l. in summa. maxime tenendo opi. quam supra dixi, quod cessa hypothecaria. videtur cessa personalis, & hæc gl. ita procedit secundum primam lecturam istius secundæ lecturæ. Aut vult repetere, seu retinere ꝑ eo quod vltra dedit, quam deberet, & tunc aut istam emptionem fecit pro se, vel simplr̄, quod idem est, l. si prior. § 1. S. de pign. & non potest retinere, nec agere pro illo plori, secundum secundam lecturam istius secundæ. Aut hoc fecit gerendo debitoris negotium, & tunc potest, si vult, ter fecit, vt hic secundum tertiam lecturam. Venio

6 ad ver. adiudicatio. † ex quo nota, quod magis fauemus ei, qui contraxit ex necessitate, quām ei qui contraxit ex voluntate. Simile in l. qui erat. ff. eo. l. cum postulassem. de dam. infec. & sup. qui satisd. cog. l. si fideiussor. §. si necessaria. † Sed iuxta hoc quæro, vtrū, quod dictum est de adiudicatione, habeat locum in eo, qui prouocauit ad diuisionem, Videtur quod non, vt l. & ideo, in princ. ff. de cond. fur. & l. si pupillorum. de reb. eo. Contrarium tenent Doc. nam eo ipso, quod quis agit, agit ex quadam necessitate, s. causatiua, vt consequatur suum, l. si. ff. de separa. Non ob. l. & ideo, quia ibi requiritur necessitas præcisa, quia iam damnificatur, cum dominium rei habere desiit: hic vero sufficit necessitas causatiua, ne damnificetur. Et eodem modo forte in l. si pupillorum, sufficeret causatiua, si pupillo expediret recedere a communione. & Doc. tangunt in l. iubemus. §. 2. C. de sacros. eccl. † Sequitur nona pars, scilicet ver. nisi obiiciatur, ex quo nota. quod creditor in pignore, est quasi procurator debitoris. Simile dicimus in vsufructuario, qui est quasi procurator. vt S. vsuf. quemad. ca. l. 1. in si. & l. 2. de ope. no. nun. Simile in colono, qui omnia diligenter debet prospicere, ne ius rei fiat deterius. ff. loc. l. videamus. §. item prospicere. Venio ad vltimam partem. s. ad ver. vt & is. dicitur, quod propter impensas habet actionem. Quæro, quam? Certe contrariam pignoratitiam l. tutor. §. contrariam. de pig. actio. Secundo dicitur hic, † vt colligitur ex dictione, sed, & ex dictione. etiam. quod habet actionem pro eo quod soluit, quod debebatur cohæredi, & pro eo quod soluit plus. Quæro, quam actionem habet? Gl. super ver. contra quoque in si. dicit, qđ pignoratitia non competit, quia nihil est expensum in re conseruanda, vel reficienda, sed habet locum actio neg. gest. vel antiqua ex mutuo. Forte istud, quod dicit de actio. neg. gest. non videtur uerū, non enim gessit negotium debitoris, sed suum in dubio, l. si prior. § 1. ff. de pign. Illud quod dicit de antiqua ex mutuo, potest procedere in ea pecunia, quæ cohæredi debebatur, vt illa directa, quæ competebat cohæredi, competat ei directo, vt l. grege. §. cum pignori, ff. de pign. & l. nomen. C. quæ res pig. ob. pos. sed in eo, quod vltra soluit, illa antiqua ex mutuo non potest competere. Dico ergo qđ ei competit pignoratia actio contraria. Cum enim hoc teneatur facere ex necessitate contractus pignoris, quia si dimitteret apud cohæredem forte res periisset, & propter hoc teneretur, si non fecit illud quod diligens homo erat facturus. l. ea igitur. ff. de pign. actio. ideo totum venit in actionem ex eo contractu. Sicut in simili dicit Iurisconsultus de rei vendicatione. l. hæredes. §. si vnus. S. eo. nec potest dicere, quod ipsa impensa nō sit facta ad rem conseruandam, quia imo est facta ad rei conseruationem, perituræ aliter, si hoc non fieret. l. si pupilli. §. si Titii. sup. de neg. gest. Quæro vltimo, an istud plus quod cohæres soluit cohæredi suo, quod debitor ei reddere teneat possit debitor ab illo cohærede recipiēte repetere? resp. sic. ff. de pi. l. si interlocutoria. §. si.

ADDITIO.

a Videtur cessa. An cessa actione hypothecaria uidetur cessa personalis, uide in l. si hæres pecuniam. ad Tre. & per Bar. in l. si fideiussor obligari. de fideiu. infr. & l. si insolutum. de actio. & ob. & ibi: adde Bal. in l. 2. de hær. uel ac. uen.

† Clau. No. Et hanc legem ad hoc dicit singularem Alex. in l. a. §. ex his. inf. de uer. obl. post Io. de Pla.

LEX XXXI.

Fundus. Fundus, in quo est locus religiosus, venit in diuisione, loco religioso excepto. h.d.

LEX XXXIII.

Quæ pater. Ea quæ non sunt diuisa in vita, veniunt diuidenda post mortem h.d.

LEX XXXIIII.

a **Si pater.** Quod vni ex cohæredibus obuenit ex diuisione, si est obligatum pro omnibus, est tuendum. h.d.

ADDITIO.

a Si pater. De huius legis intellectu uide late Bar. in l. qui Romę. §. duo fratres. in fi. q. de uerb. obl.

LEX XXXV.

Seruos. Aestimatio, quæ fit tempore diuisionis, non facit emptionem. h.d.

LEX XXXVI.

a b **Pomponius.** Inter patrem, & filium ex causa dotis b consistit donatio, h.d. Iste intellectus, qui tangitur hic per gl. tangitur plenius in l. 2. C. de inoff. don.

ADDITIONES.

a Paris. Pomponius. Idem esset in augmento dotis, vide Ias. in rob. ff sol. mat. ad fi. Limita, ut per Pau. de Cast. consi. 105. Et extende, etiam si matrimonium non sequeretur. Vide Ias. in l. si extraneus. in ult. no. infr. de cond. ob cau. Vide Alex. l. 2. §. sed si. in prin. sol. ma. 10 1. notab. & l. si cum dotem. in princ. 2. no. sol. ma. aliqua per glo. & Doc. l. si donatione. C. de col.

b Ex causa dotis. Id quod dicitur hic in dote, etiam trahitur ad legitimam assignatam per patrem in uita, secundum Bald. no. 10 l. cum oportet. §. non autem. C. de bo. quæ lib. Et no ista l. extendatur ad paraphernalia, unde Lud. tenentem, quod non, in l. placet. de acq. hær. Et ad hanc l. uide Bal. & Imo. in l. 2. §. 1. inf. sol. matr. An filia possit habere condictionem ob causam ad dotem, non secutis nuptiis, si pater ita uoluit, quando dotem dedit, text. uidetur quod sic, in l. si extraneus, ad fi. inf. de cond. ob cau. quem Rom. dicit per se singulariter ad hoc ponderari. Ruc. Adde Ias. in d. l. si extraneus. in ult. notab. ubi idē tenet ampliando istum tex.

LEX

LEX XXXVII.

a **Cum putarem.** a Hæc exceptio, tibi non competit ius agendi, non poteſt opponi poſt ſententiam nec reddit iudicium retro nullum, & ſolutum authori-
b tate ſententiæ non repetitur, b vt indebitum. h. d.

ADDITIONES.

a Pariſ. Cum putarem. Pro ſtatione huius legis vide Ale. conſ. 435. vide omnino Barb. conſi. 91. Item an talis diuiſio præiudicet ſubſtituto, vide Pau. de Caſt. conſ. 130. ad fi. & in conſi. ſeq. Et de materia vide Iaſ. & alios in l. ſi me, & Titium. inf. ſi cer. pet. Et de intellectu huius l. vide Iaſ. in l. ſi Titius, de ver. ob. vbi refert intellectũ Ang. & Are. Et quædam alia vide in materia huius l. per Bar. & alios in l. cum ſolus. inf. de vſuca. & ibi late Pau. de Caſt. & per eundem in l. ſi per errorem. inf. eo. tit. vide Alex. conſi. 168. vol. 5. vbi ponit de diuiſione ſponte facta cum eo, qui putabatur cohæres, & non erat, vt in hoc tex. ad fi. Et quod diuiſio non præiudicet, etiam ſi ſit facta per errorem iuris, vide Bald. in conſi. 386. uol. 1. vide deciſio. Pau. de Caſt. in l. ſi. §. idem quæſit, inf. de cond. inde. quam ſequitur Iaſ. ibi de eo, qui diuiſit hæreditatem fratris, quæ tota ad eum ſpectat.
Pom. Limita hanc legem, vt per Ang. §. quædam. Inſt. de actio.

b Non repetitur. Hoc ſpeciale authoritate rei iudicatæ, & idem in tranſactione ſecundum Bal. in l. 1, in prin. C. plus vale. quod agitur. Et ad hanc legem uide gl. & Bar. melius Bal. in l. ſoror. C. de col. & Bal. & Imo. in l. iuſte. de acq. poſ. per Bart. in l. ſi Titius. de uerb obl.

LEX XXXVIII.

a **Qui familiæ.** a Verba enunciatiua, propter aliud emiſſa, vim irreuocabilis confeſſionis non habẽt.
† h. d. iſta lex, quod nota. †

ADDITIONES.

a Qui familiæ. Vide Bal. in l. ex hac ſcriptura. in fi. & quod ibi dixi poſt Bart. inf. de don. & late declarat Bal. in l. 1. C. de confeſſ.
Meno. Soc. ſen. conſi. 92. col 5. in prin. lib. 3.
† Clau. No. Bar. in l. ex hac, infra, de don. dicit, quod hæc lex eſt utilior, quam alia de corpore iuris.

LEX XL.

1 *Nomine alterius agens ſi obtinet, repetit expenſas, alias non.*
2 *Communem cauſam agens repetit a ſocio quatenus plus expendit.*
3 *Cautela quod qui agit cauſam communem, promittat aduocato ſalaria communi nomine.*

Ex parte. Qui obtinuit in cauſa cõi, repetit expenſas pro rata. h. d. Intellige, ſi in cã propria non erat alias
1 tñ expenſurus, quia tunc repetit, alias non. † No. qd̃ qui agit noĩe alterius, repetit expenſas, ſi obtinet, ſecus ſi ſuccumbit, vt C. man.
2 l. etiam ſi ꝯ, & iud. ſol. l. iam tamen. §. in hac † Secundo no. quod qui agit cauſam communem, repetit a ſocijs, quatenus plus expẽdit, ideoq; quia communem agitauit. Aduerte tamẽ, quia in dubio præſumitur plus expendiſſe pro rata ſocij, niſi per aduerſam par-
3 tem aliter probetur. Exemplum habes in gl. Sit ergo † cautus ille, qui agit communem cauſam, vt promittat ſalaria aduocato communi nomine, quod nota.

§. Inteſtato. Quo ad collationem teſtatus vr̃ decedere q in codicillis de omnibus bonis diſponit. h. d. No. ergo, ꝙ qñ teſtator omnia bona diuidit per prælegata, illa ꝑlegata aſſumunt vim portionis hæreditatis, & per ꝯñs ita veniũt in reſtitutionem fideicommiſſi, ſicut portio hæreditatis, l. quid ergo. de leg. 1. ſcripſi in l. Marcellus. §. 1. ad Trebellianum.

§. Filius. Debita contracta per vnum ex fratrib. communẽ hæreditatem poſſidentibus, non veniunt de communi ſoluenda. h. d. iſte notabilis §.

§. Duos. Perempto principali, facto teſtatoris, perimitur acceſſorium. h. d.

LEX XLII.

1 *Nullitatis cauſa venit in cauſa appellationis.*

a **Quædam mulier.** a Cauſa nullitatis pertinet ad iudicem appellationis, qui poteſt ſententiam pro parte confirmare. & pro parte nullam pronunciare.
b h. d. b No. † quod in cauſa appellationis venit cauſa nullitatis, ad
1 quod l. Carmelia Pia. de iure patronatus, & in l. 5. C. quando prouo. non eſt neceſ.

ADDITIONES.

a Pom. Quædam mulier. Vide Ale. conſi. 96. ad fi. 4. uol. Rom. conſi. 28.
b Hoc dicit. Et uide Bar. in l. 1. §. libelli. de app. & adde c. Rayn. de teſta, & l. 1. C. ſi aduer. rem iud.

LEX XLV.

Inter cohæredes.

§. Si familiæ erciſcundę. Intellige hunc §. quando venditio fuit facta ex cauſa neceſſitatis C. eo. l. 4.

§. Si quis ſtipulatus. Stipulatio facti diuidui, contra hæredem facientem contra, tãtum committitur. h. d. § iſte. quod diligenter nota.

§. Vſufructu. No. caſum, quod ſoluẽdo pro hærede qui non ſoluat, ab eo repetitur. h. d.

LEX XLVII.

Si maritus. Actio de dote datur cõtra hæredes ſoceri recipientis dotem, & licet maritus non ſit hæres ei ſubuenitur, vt apud eum ſit dos, qui ſuſtinet onera matrimonij: h. d. Quæro iſto caſu, quo factũ eſt diuortium poſt mortem, vtrũ detur actio de dote cõtra filium licet non ſit hæres? Gl. dicit, quod
a ſic. & ita intelligit hic, quod non puto a verum. Licet enim filio, vel marito detur dos, tamen alij hæredes mariti tenentur, & ſunt conueniendi: ideo præſtatur cautio, quod eos defendet ꝟ. eo. l. ſi filia. § hoc amplius. Sed hic dicitur, quod licet filius nõ ſit hæres, poteſt petere quod dos ſit apud eũ, quia matrimonij onera ſuſtinet, vt hic, & ꝟ. de iure do. l. ſi is. Et poteſt hoc petere, ſi onera matrimonij ſuſtinet tempore mortis patris. licet tempore petitionis non ſuſtineat hic eſt caſus hic. Qua autem actione aget, dic vt in l. ſi conſtante. §. j. ſol. mat.

ADDITIO.

a Non puto. Et ita etiam tenet Io. cõtra gl. iſtam, in l. ſi marito. §. pe. inf. ſol. mat. vbi voluit, quod etiam ſi eſſet pro parte inſtitutus, vel etiam exhæredatus, non erit maritus conueniendus inſolidum, ſi tantum pro parte eſt inſtitutus: nam, dicit ipſe, ego habeo, quod cohæredes non tenentur ſoluere, niſi prius præſtita cautione de conſeruando eos indemnes a muliere. ſolu. matr. l. 2. §. 1. & 2. & l. pater. ad fi. de dote præle. Ergo hoc neceſſario ſequitur, licet glo. hic aliter videatur ſentire, ſecundum ipſum, & in effectu vult idem, quod Bar. hic.

LEX XLVIII.

In iudicio. In ſucceſſorem ſingularem ex neceſſitate tranſit inſtantia iudicij. h. d. No. glo. ſuper verbo, recepta, &c.

LEX XLIX.

Si familiæ. Plures hæredes vnius hæreditatis, debent vnũ procuratorem conſtituere, & non ſeparatim agere. h. d. lex iſta.

LEX L.

1 *Iudex ex officio cogit eos qui ſuccedunt, defunctum ſepelire.*
2 *Defuncti res pro eo ſepeliendo iuſſu iudicis ante aditã hæreditatem vẽditur.*
3 *Vendens ex neceſſitate non cauet de dupla.*
4 *Executor vendens rem, nõ promittit de euictione, ſed iudex decernit actionẽ.*
5 *Cautio, quæ non debet interponi, interpoſita committitur.*
6 *Hæreditate nondum adita, facta non veniunt in hoc iudicio.*

a **Qui hæres erat.** a No. iſtam legem ſingularem qui vendit ex neceſſitate, non tenetur de dupla promittere, & cautio quæ non debet interponi, interpoſita committetur. Item quod quis facit ante aditam hæreditate, in directum fa. erc. iudicium non uenit. Item pro ſepeliendo defuncto, ante aditam hæreditatẽ, iuſſu iudicis res hæreditariæ poſſunt vendi. h. d. Quam legem no. quia fuit quoddam conſilium Vlpia
1 ni. † No. quod ad officium iudicis pertinet cogere eos, qui ſucce-
2 dunt, ſepelire defunctum. No. † quod pro ſepeliendo defuncto, res
3 poteſt vendi ante aditam hæreditatem iuſſu iudicis. † Item nota, quod qui vendit ex neceſſitate, non tenetur cauere de dupla. Item
4 † quod quando executor vendit aliquam rem, non debet ipſe de euictione promittere, ſed iudex ipſe debet actionem decernere ſi-
5 bi. † Item no. quod cautio, quæ non debet interponi, interpoſita committitur. Et dic plene in l. ſi patronus. ꝟ. de do. per Dyn. Vlti-
6 mo no. † quod quæ fiunt ante aditam hæreditatem, non veniunt in hoc iudicio.

ADDITIO.

a Qui hæres erat. Hæc eſt l. ſing. quæ fuit vnum conſilium Vlpia. & ipſum no. alle. Bart. in l. alio. in fi. q. de ali. leg.

LEX LI.

Quæ pater. Expenſæ, quas pater fecit pro filio in ſtudio, non debent filio imputari tempore diuiſionis, niſi animo repetendi, patrem feciſſe conſtet. h. d. Quid de libris. Scias quod gl. tangit, & Cy. C. eo. l. filiusfam. Ego plene dixi in l. j. §. ſed nec caſtrenſe, ꝟ. de collatione bonorum.

LEX LII.

Fundus. Si fratres ſuſtinent communiter onera matrimonij, fructus dotis veniunt in cõmuni: ſecus poſt diuiſionem. hoc dicit. Vel breuis, Fructus dotis debent eſſe fratrum exiſtentium in communione, ſecus ſi facta fuerit diuiſio. hoc dicit.

§. Si ego. Si iudicium diuiſorium non facit præiudicium petitorio, admittitur ipſorum concurſus hoc dicit, Opp. de l. fundi. & l. fundum. ꝟ. de except. Solu hic vterque confitebatur alium cohæredem, vnde ſententia lata in vno, non parit præiudicium in alio, merito admittitur concurſus: ibi ſecus. Et ideo quædam gloſſella, quæ eſt hic, ſuper verbo confiteor quæ dicit, tu vero confiteris me hæredem, optime dicit, uolens euadere illud contrarium.

LEX LIII.

Meuius. Quod fuit defuncti, vel eius occaſione obuenit, in hoc iudicio venit. h. d. iſta l.

a **§. Arbiter.** a Valet ſententia: ſi portiones inuicem compenſantur, ſeu adæquantur & in aliquo ſuperfluo alter tãtummodo condemnatur. h. d. Et eſt text. iuncta gl. in l. hoc iudicio. §. eo.

ADDITIO.

a Pariſ. Arbiter. An arbiter poſſit cognoſcere de exceptione compenſationis, vide Alex. conſi. 109. vol. 1. & per Bal. in l. 1. C. de arb. & in l. neque. C. de comp. & in l. cum Papinianus. aliqui habent in l. nemo. in uer. quæro nunquid exe. C. de ſent. Pom. Vide Alex. conſi. 119. uer. non obſtat. 2. uol.

§. Cum familiæ. Res est æstimanda prout valet tota, non prout valet diuisa. h. d.

LEX LV.

Ex hæreditate. Si vnus ex hæredibus vendidit partem suam certæ rei, non venit illa res in iudicio fam. ercis. h. d.

LEX LVII.

a Arbitro. a Si diuisio fiat iudicio pendente, iudicis officium euanescit. h. d.

ADDITIO.

a Arbitrio. Adde Bal. in l. 1. C. communi diuidundo.

Communi diuidundo. Rubr.

LEX PRIMA.

Communi. Quæro, quando fuit inductum communi diuidundo iudicium? Dic vt in glossa.

LEX II.

a Nihil. No. l. quod si emimus rem simul, quod in ea re dicimur esse socij, quod est notandum, a tene menti.

ADDITIO.

a Est notandum. Adde l. cum proponas, & ibi Bar. & Bal. C. pro soc. & l. ut fit. inf. pro soc. & dicit ibi hoc verum, si an ne contrahendæ societatis emeret, alias secus. exemplum, si incontinenti post emptionem diuiserunt, nam tunc præsumitur non animo societatis contrahendæ, l. sed Iulianus §. proinde. inf. ad Mac. ita egregie declarat Raph. in l. rens, in princ. inf. de duob. reb. & idem dicit in duob. simul mutuo accipientibus, per hanc l. Et quod ista dicatur impropria societas, sunt gl. Inst. de ob. quæ ex quasi contr. §. item si inter.

LEX V.

Sed & si res. No quod per secundum decretum dominus efficitur, qui mittitur in possessionem, si prior possessor erat. Vidistis in l. 2 sup. si ex nox. cau. aga.

LEX VI.

Si quis putans.

§. Siue autem. Fructus veniunt in hoc iudicio, siue immediate percipiantur a socio, siue locentur colono nomine communi. Si vero locentur nomine proprio, damnum ad locantem spectabit, lucrum vero erit commune. hoc dicit.

§. Si fundus. Ius reale in parte pro indiuiso vni ex sociis non remanet in parte, quæ ipsi socio ex diuisione obuenit, sed totum fundum etiam post diuisionem respicit, h. d.

LEX VII.

Communi. Fundus vectigalis venit in hoc iudicio, non diuidendus, sed adiudicandus. h. d.

a §. Inter prædones. Inter eos qui non habent iustam possessionem, non competit hoc iudicium. Item si petitor tantum iniuste possidere dicatur, ab hoc iudicio remouetur. h. d. No gl. Hoc forte est verum, quando constat quod dominium non habet, alias cum in hoc iudicio dominium b venit incidenter id, quod possidet, præsumitur b iuste possidere, l. 3. §. fam. erc. & quod no. in l. quidam in suo de condi. insti. & ibi dixi, & per gl. in l. sicuti. supra, si ser. ven.

ADDITIONES.

a Inter prædones. Vide Bald. in l. non epistolis. C. de prob. Et an ista iudicia diuisoria dicantur possessoria, vide Bal. in l. post sententiam. C. de senten.

b Præsumitur. No. quod possidens, præsumitur iuste possidere. Adde Bald. & Ang. in l. super longi. C. de præscr. lon. temp. & glo. in cap. 1. §. si duo, de pace ten. quæ idem dicit, quod præsumitur sine rapina possidere.

§. Si debitor. Debitor certæ partis pro indiuiso, si in diuisione tota res sibi fuerit adiudicata, totum dare debebit, & habere, quod recepit: sed si tota alteri fuerit adiudicata, liberabitur soluendo, & pretium, quod pro adiudicatione a dedit, recipit h. d. Op. quod diuisio ista non præiudicet a huic, qui habet istud ius. §. eo. l. si quis putans. § si fundus cõis. & §. seq. Sol. ille tertius, qui non interfuit diuisioni, habebat ius reale. i. hypothecæ, hic vero debebatur actione personali. tene menti.

ADDITIO.

a Non præiudicet. Quod no Bar. in l. traudati. inf. de pub.

LEX X.

Item quamuis. Delictum defuncti si purgatur per actionem descendentem ex delicto, nõ nocet hær. secus si purgatur per actionem descendentem ex contractu, vel quasi. h. d.

LEX XII.

a Si ædes. a Vide Dy. in c. in re communi, extra, de reg. iu. lib. 6. & in l. si ædib. de dam. infe.

ADDITIO.

a Si ædes. Vide per Ang. in l. quidam Hiberus. sup. de ser. vrb. præd. Quomodo in pariete communi possit aliquid fieri, vide per Cæp. in tract. de ser. vrban. præd. quæ no Bar. in l. si stipulatus fuero per te non fieri. de verb. obl.

Meno. Guerra in topi. Cicero. §. 14. nu. 5. Bero. q. 26.

LEX XIV.

In hoc iudicium. Quod quis facit in fundo, quem scit communem cum aliquo, quem cognoscit, venit in hoc iudicio: sed quod quis facit in fundo, quem putat proprium, qui vere communis est, non venit in hoc iudicio, sed possessori retentio dabitur, quæ etiam ad singularem successorem transibit: sed quod quis facit in fundo, quem putat communem cũ eo, cum quo non est, venit in hoc iudicio. hoc dicit.

a Si conueniat. Pactum ne perpetuo diuidatur, non valet. h. d.

ADDITIO.

a Paris. Si conueniat. Vide Ias. in §. quadam, Insti. de act. vbi ponit multa in materia. Et vide Flo. hic, qui dicit, quod si fuit pactum factum in perpetuum, intelligitur donec viuat. Et vide quæ habes in Bertac. in verbo, diuisio, vbi multa add. Not. quod quis non cogitur stare in communione, l. 3. C. commu. vtriusque iud. fallit in casu sing. l. fi. C. de alie. iud. & no. in l. pe. & fi. C. eo. Habui de facto an valeat pactum, quod toto tempore vitæ non liceat diuidere. Istud hic clare in tex. non deciditur. & respondi quod sic, per l. 1. iuncta l. nulla, inf. pro soc. Adde quia contrarium tenet Rom. consi. 225 ipse Ale. consi. 18. lib. 3. Quid autem in dispositione testatoris, qui voluit, quod aliqui morarentur communiter, an valeat, & quid importent illa verba, vide Bar. in l. Quintus. inf. de ann. leg. Pau. de Cast. & Ales. in l. si non sortem. §. fi. de cond. in d. & quid si in casu huius legis interueniat iuramentum, vide Alex. consi. 18. vol. 2.

§. Inter socios. Ius excipiendi transit contra singularem successorem. h. d. Op. C. loc. l. emptorem. Sol. vt ibi per Cyn. 3. oppo.

LEX XVIII.

a Vt fundus. a Sententia debet esse conformis libello, alias iudex non intromittit se de his, quæ ex natura † actionis non veniunt. † h. d.

ADDITIONES.

a Pom. Vt fundus. Limita istam l. vt per Ale. in l. vinum. si cer. pe. & per Fel. c. cum Inter. de re iu. vbi ponit plusquam viginti limitationes, &c. licet Heli. de fimo. vide quæ scripsi ad Bar. l. quid ergo. §. pœna grauior. sup. de his qui no. infa.

Paris. Et ideo, si vnum petitur, & reus aliud confiteatur, non potest sequi sententia condemnatoria in eo, quod non est petitum. Vide etiam Com. cons. 71. ante fi. & similiter si vnum petatur, & aliud probetur. vide Com. cons. 77. post prin. Et de prima confessione vide Com. consi. 77. ante fi. & illud etiam procedit in his, in quib. proceditur summarie, simpliciter, & de plano, quia debet nihilominus adesse petitio, & cum eo formare sententiam, vide Com. consil. 75. sed vbi causa est cognoscenda de æquitate, sola veritate inspecta, posset sequi condemnatio super eo, quod non est petitum, si sit probatum, vide Alex. in l. si stipulatus. §. Chrysogonus. inf. de verb. ob. faciunt quæ scripsi in Berta. in ver. clausula. in verbo, sine figura iudicij ubi vide. Item limita singulariter non procedere in casu l. bouem. §. aliquando. inf. de ædi. edic. quem tex. exclamat Rom. sing. 63. incip. quoties. Item quod modus agendi, quem quis intentauit, sit diligenter attendendus, vide Fel. in c. 2. in ult. col. ver. 6. conclusio, extra, de exce. Ias. in l. qui se patris. in 2. no. inf. sol. ma. Item vide ad limit. huius reg. Alex. consi. 34. in 3. vol. quod propter clausulam illam, petens ius, & iustitiam ministrari, licet quis petierit exequi aliquid, poterit iudex condemnare. alle. Io. de Imo. in l. si cum nulla. inf. de re iu. Item quod agens ex vna causa, si probauit ex alia, non possit obtinere ex causa probata, vide Pau. de Ca. in l. si is ad quem. in 1. col. inf. de acqui. hær. An autẽ, & quomodo libellus ineptus possit ex probationib. aptis suppleri, vel sustineri, vide Ias. late in l. 2. inf. de offic. asse. Item de prædicta regula, quod sententia debeat esse conformis petitioni, & 19. limita. ad eam, vide latissime per Geor. Nat. in clem. sæpe. §. non sit tamen. de uerb. sig. Item vide ad eam 31. limitationes per Fely. in c. licet Heli de simo. in ult. col. & aliquas per Soc. in l. vinum. ad fi. inf. si cer. pet. ubi Ias. ponit 13. limitationes.

Meno. Ant. Guibertus, lib. quæst. iur. cap. 9. Grama. decis. 19.

† Clau. Veniunt. Vide plures limitationes huius legis in l. vinum. inf. si cer. pet.

LEX XIX.

a Arbor. a Quod vna elementatione continetur, si solo cohæret, dicitur commune pro parte diuisa, quia diuiditur solum: sed a solo separatum dicetur pro indiuiso esse commune. hoc dicit.

ADDITIO.

a Arbor. V. de glo. & Bar. in l. in prouinciali de ope. no. nun.

a §. De vestibulo. Illud, quod est commune, quod non potest diuidi, nec licitari sine proprio, in hoc iudicio non venit. h. d.

ADDITIO.

a Barb. De uestibulo. Vide Bar. allegantem hunc §. in l. Aquilliana. sup. de transact.

§. Si per eundem. Pro iure incorporali diuidendo, vel pro eo quod fit circa illud, hoc iudiciũ locum non habet. h. d.

a §. Iudex. a Iura incorporalia non veniunt in iudicio communi diuidun. nisi sint accessoria rei corporalis pro indiuiso communis. h. d. Quæro quomodo hoc fit, quod ista seruitus diuidatur? Dic plene in l. stipulationes non diuiduntur, maximè in

ADDITIO.

a Menu. Iudex. Cuiac. lib. 9. obseruat. c. 37.

a me in 2.opp.ꝟ.de verb.obl.Quæro nunquid iurisdictio cōmunis plurib in vno castro,veniat in iudicio cōmuni diui. Resp.aut iurisdictio competit seu cohæret personæ,& non veniret in hoc iudicio,sicut cætera iura incorporalia,vt ꝟ.ca l.§.si per eundem Aut iurisdictio cohæret castro,seu territorio, & tunc sicut castrum,& † territorium potest diuidi,eo modo & iurisdictio,†vt hic.

ADDITIONES.

a Pom.Quæro nunquid.Vide Abb.cap.prudentiam.in princ.de offic.deleg. Alexan. consil 70.
Meno.Brun.consi.93.nu.12.

† Clau Iurisd.ctio.Quomodo fiet ista diuisio, vide Alex.in l.2. inf. de verb.obl.

LEX XX.

a **Si is cum quo.** a Quod in re communi culpa vnius fit a magistratu venit in hoc iudicio communi diui.h.d. Facit ad q.de duob. socijs habentib.turrim communem,de qua in l.Atherius.cum l.seq.de aqua plur.arc.

ADDITIO.

a Si is cum quo. No.hic singularem text quod propter contumaciam,in locum mulctæ iudex potest domum destruere. Quæ tamen hodie per l.hu, C.de modo mulct. Dyn.tamen & Bald. in l.cætera. §.sed & si quis, de leg. 1. videntur tenere contrarium.

LEX XXVIII.

a **Sabinus.** a In hoc princ.res erat integra.In textu ibi,sed & si in re.hic opus erat factum,altero sciente non prohibente.in versi.sinautem,consentit socius.In versi.quod si quid. ignorauit socius.

ADDITIO.

a Sabi.Per Bar.in l. Labeo.de aq.plu.ar.& in l.qui bona, §.si quis.de dam.infe.
Paris. Circa istam materiam, quod socius possit vti re communi,vide in Bertach. in verbo, socius. vbi habes additum.

Ad exhibendum. *Rubrica.*

LEX III.

IN hac actione. a

b **§.Ibidem.** Exceptiones quæ requirunt b altiorem indaginem, in causis summarijs non admittuntur,sed in causis principalibus reseruantur.h.d.

ADDITIONES.

a Paris. In hac actione. Circa materiam huius actionis, vide Mod. in §. præterea quasdam. de act.Iost.
Meno.Cuiac. lib.5.obseruat. cap.13.

b Quæ requirunt.Et quæ dicantur istæ exceptiones,vide in l.si is a quo, vt in poss. lega.

§.Interdum. Pro instris non potest agi ad exhibendum pro alio īteresse,q̄ dominij:secus in alijs re a bus.h.d. Die,ut ꝟ.ea.l §.sciendum.& quæ sit ratio,tangitur p Cy. a C.eo l.instrumenta. No.q res pōt vēdicari ab eo, qui ciuiliter tñ possidet,vt no.gl.de rei vend.super rub.& in l.a. C.vbi in rē actio.

ADDITIO.

a Per Cy.Et per.Sal.in l.1. in 10.opp. C.de eden.

LEX V.

a **Celsus scribit.§.Iulianus.** a No. ergo, quod restitutio, quam facit vsufructuarius colonus priuat dominum possessione.

ADDITIO.

a Iulianus.Vide Bart.in l.qui restituere,in fi.de rei ven.& Bald.in l.peregre.§.fin.in fi.de acq.pos.

LEX IX.

Iulianus. No. quod per contestationem factam in actione ad exhibendum , non interrumpitur præscriptio a vel vsucapio,nec ipso facto,nec effectualiter. Secundo no. a quod quis potest pati,vt conueniatur ab alio quam ab eo,qui habet ius in re,vt plene dixi in l.vbi pactum.C.de trāsactio. Tetigi in l.cum putarem.fam.erc.

ADDITIO.

a Secundo no.Adde Bart.multum singulariter in l.2.inf.de do.præleg. & in l.si Titius.de verb.oblig.Et cum isto tex.concordat d.l.vbi pactum, & ibi vide Bald.de intellectu huius tex.

LEX XV.

a **Thesaurus.** a No quod in istis summarijs cognitionib.iuramentum ad cognitionem sufficit, & puto quod loquatur hæc lex in iuramento ad probationem,non ad totius causæ decisionem.

ADDITIO.

a Thesaurus.Adde glo.in § sciendum.sup.eo.in ver.summatim. & quod no.Barto. in l.1.in princ. quemad. te.ap. & an istud sit verum , quod vbi vnum iudicium est præparatorium alterius, in illo sufficit summaria probatio , vide Bald. in l. quod tempore . C.de resti.mil. Facit quod no. Bald.in l.secunda C.quando fisc. vel priua.
Ruer.Adde Bar.in l.si quis a liberis. §.si quis ex his.inf.de agno.lib. & in d.l.1. inf. quemad. te. ape. vbi videtur tenere CONTRARIVM. Sed non est aliquo modo contrarius. nam hic loquitur quando tractatur de modico, & quasi nullo præiudicio,ibi vero quando agitur de maiori præiudicio.
Paris.Vide multas decis.per istam l.quas ponit Felin.in cap.quæ in ecclesiarum. versic.4.declaratio.extra. de consti.& in c.veniens.el 2. in fi.de testi.

LIBER VNDECIMVS.

a *De interrogatorijs actionibus.* a *Rubr.*

ADDITIO.

a Paris.De interrogatorijs actionibus. Circa materiam interrogatoriorum quomodo sunt pronunciata pro confessis, an & quando per pœnitentiam quis admittatur ad respondendum,u de Pau.de Cast.consi.143.in princ. Item q statutum loquens de positionibus non habeat locū in interrogatorijs,uide Pau.de Cast.consil.30.post prin.nunquid interrogans uideatur confiteri, sicut ponens, uide Fel. in c.quoniam contra falsam.extra de proba.

¶ Gl.continuat istam rub & dic vt in ea.Quæro,an debeat dari lia bellus a quando petitur fieri interrogatio?Glo dicit,quod non,sed fit per officium iudicis,& sic non fit per libellum.Ista prima ratio non est vera generaliter, vt dicit glo. Nam in integrum restitutio petitur per officium iudicis,& tamen requiritur libellus. l.in causæ.§.causa cognita.sup de mino.sed istud debet intelligi , quando officium iudicis mercenarium imploratur.quod deseruit actioni intentādæ Nam quandoque imploratur officium iudicis nobile, & ex eo debet sequi condemnatio,tunc est necessarius libellus, vt extra,de offi.iu.c.fi. Item vbicunque imploratur iudicis officium, nec ex eo quod petitur, debet aliqua condemnatio sequi , non est b necessarius b libellus,de quo per gl.& per Gu. in l.nec quicquam. §.vbi decretum.ꝟ.de officio procon.& ibi diximus.

ADDITIONES.

a Dari libellus.In executione sententiæ,an debeat dari libellus,uide ad hanc glos. quod no.Bal. in l.2.C.quando fis.uel.pri.in ult.col.

b Est necessarius Adde Bal.in l.j.in fi.C.de eden.

LEX PRIMA.

1 *Interrogationes fieri debent ante lit.cont.per iudicem.*
2 *Interrogatio pro qua parte quis sit hæres,vt valeat,quot requirantur.*
3 *Titulus de interrog.act.a titulo de confess.differt,quia hic ad litis ordinationem,titulus de confes. ad litis decisionem.*
4 *Interrogationes poterunt fieri,etiam post litem contest.*
5 *Interrogationes ad litis ordinationem,quibus casibus sint faciendæ.*
6 *Interrogationes istæ ab interrogationibus quæ fiunt sub iuramento de calumnia,in quo differant.*
7 *Scire,& credere quomodo differant.*
8 *Interrogationes hæ fiunt officio iudicis,etiam post litem contest.*
9 *Interrogari quando possit extra litem contestatam,remissiue.*
10 *Stipulatio sine causa an valeat,remissiue.*

TOties. Interrogatio est facienda s̄m quod necessitas proponendæ actionis exigit. Itē fit officio iudicis,non iure actionis. h.d Primo ponit vnum dictum . Secundo illud limitat. Tertio ponit quo iure fiat interrogatio , Quarto quis sit interrogationis effectus . Secunda ibi , est autem . Tertia ibi,interrogatorijs. Quarta ibi, & tantummodo .
1 Pro declaranda prima gl.† quæro,quando debeat fieri interroga-
a gatio,vtrum ante datum libellum,an postea . a Tex.vr̄ dicere. postea,dū dicit,actio instituitur . Veritas est, quod exponatur.i.instituenda dr̄.vt eo ipso quod quis narrat iudici,ego ve iem conuenire talem tanquā hæredē ad tale quid iudex eum debet interroga-
b re,b an sit hr̄s & p qua parte sit hr̄s, si nā narrationis exigit. † Ve-
2 nio ad secundam gl.& quæro quot requirantur ad hoc, vt ista interrogatio pro qua parte sit hęres,locum habeat. Glos.dicit quod
c tria,quæ dic,vt in gl. quæ clara est. Pro declaranda tertia gl. c quæ-
3 ro,† in quo differt hic titulus a titulo de confessis. Gl.dicit,hic.n. ante lit.conte.ibi postea Idem no.in l.non solum,in prin.ꝟ.de pc. & C.de confes l.j.Doct dicūt,& melius,quod hic titulus loquitur de interrogationib.q̄ pertinent ad litis ordinationē:titulus de cōfes.loquitur de his quę pertinent ad litis decisionem.Et hoc forte voluit sentire gl quia ea, quæ pertinent ad lit s ordinationem regulariter fiunt lite non contestata:ea quę pertinent ad liti. decisio-
4 nē,fiunt postea.†Quæro,quid si aliquis fuerit oblitus ante lit. contest.facere istas interrogationes,an poterit postea facere?Glo. non tāgit hic,sed in l.qui petitorio.in prin.ꝟ.de rei ven. tenet qd sic.qd̄
5 no. † Tertio quæro , in quot casib. sunt faciendæ interrogationes ad litis ordinationem,per hunc tit.Gl.enumerat hic vndecim casus,finaliter ponit regulam generalē,vbicunque æquitas moueat
6 iudicē.ꝟ.e.l.vb cūq; † Quæro,in quo differūt istę interrogationes ab interrogationib.q̄ fiūt sub virtute iuri de calumnia.Dicūt quidam,

ADDITIONES.

a An postea.Vide per Spe.de interrog.act.§.1.uer.sed nunquid prius. ubi omnino uide Io.An.& Bar.in l.qui petitorio.de rei uen.& Anto.de But.in c.pen. de iura. calum.

b Interrogare.Qualiter fiat interrogatio,uide omnino Bar.in l.controuersia.supra de transa.an ad petitionem partis possit pars interrogari post lit.contest. uide aliquid remissiue per Bal.in l.data opera.C.qui acc.non pos.

c Tertia gl.adde Bar.in rub.ꝟ de confes.

dam, quod ibi quis tenetur respõdere de credulitate. l. 2 §. quod obseruari. de iur. cal. hic de veritate. Glo. hoc non tenet, immo dicit quod vbicunque fit responsio de credulitate. Videte, istæ interrogationes differũt ab illis: quia ille qui interrogat in istis, nihil ponit, hoc est, nihil de veritate asserit, sed petit se certificari ab aduersario, sed ex illo tit. de iur. cal. ille qui interrogat. ponit & asserit esse verũ illud, de quo aduersarium interrogat. Et hæc differentia est ex parte interrogãtis: ex parte vero respondentis puto quod non sit differentia, † quia in vtraque habet respondere de credulitate, nec puto quod habeat necesse respõdere de veritate tñ. Nam si hoc esset verũ, non posset fieri interrogatio de ætate, quod esset contra l. de ætate. in princ. ff. eod. † Ad cuius intelligentiam est sciendum, quod differentia est inter scire, & credere: nam scire est certitudinarie ex eo quod ipse vidit, & suo sensu percepit, hoc modo vr̃ veritas. Hanc autẽ scientiam non potest quis habere de sua ætate, sed ætatẽ nostram quilibet nostrum scit per fidem parentum, & relationem antiquorum, ergo apparet quod in l. de ætate. non debet respondere de veritate. Credere vero est firmiter inhærere alicui rei, non ex eo, quod ipse vidit, sed ex aliis relationib. & ideo text. de iu. cal. l. 2. §. quod obseruari. dicit de eo quod credit, & postea subijcit de eo, quod scit, vt ponat ibi de scientia impropriè, sicut habet contra credulitatem. Idem in l. 2. § idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. & ibi glo. † Venio ad quartam gl. & quæro quo iure fit interrogatio? Resp. olim iure actionis, hodie officio iud. Quærn, quid si post li. cont. Certe idem, quod per officium iud. Quæro, quid in iudice delegato? Rñ. idem, vt habes in gl. in fi. † Venio ad vltimam gl. dicitur hic, in iure, quæro quid si extra iudicium? Dic vt l. j. C. de confes. & l. generaliter. C. de non nu. pecu. & ff. proxi. † Quæro, an valeat stipulatio sine causa? Gl. remittit ad no. in l. 2. ff. de doli excep. & ibi dixi per Cyn. in d. l. generaliter, de non num. pec.

ADDITIONES.

a Differunt ab illis. Aliam differentiam ponit Bal. in l. 1. C. de confessis. per Bal. hic, per Spec. de positio. §. 3.

b Paris. Puto quod non sit differentia. Vide Abb. c. pe. extra de iur. cal. qui idem tenet, vide quæ dicit Cur. in tract. in 4. breuilo. & ibi etiam quod tenetur respondere de iur. cal. & Abb. vbi s. & ibi etiam Ant. de Bue.

c Differentia est. Differentia inter scire, & credere, adde Bar. in l. admonendi.

d Pom. Et credere. Vide Fel. c. r. de sum. Trin.

e Valeat stipulatio. Et dum gl. hic vult, quod confessio sine causa in iudicio valeat, adde l. sicut, quam ibi ad hoc ponderat Bal. C. de repud. hær. Ex quo infert quod instrumentum guarentigiæ sine causa tenet.

Pom. Stipulatio. Limita istam gl. de qua hic, non habere locum in arbitro, vel arbitratore, vt per Alex. consi. 19. incip. in his quæ narrat. & consi. seq. 4. vol. & consi. 13. incip. Ex his quæ in themate. ver. nec illud. 1. vol.

LEX IIII.

Voluit prætor.[a]

ADDITIO.

a Meno. Voluit prætor. Hotoman. lib. 1 obseruat. cap. 40.

§. Quod ait.[a]

Interrogationes debent fieri in iure, vbicũque fiunt coram iudice, licet pro tribunali non sedeat h. d. Hoc est verum in his, & sim. quæ causæ cognitionem non requirunt. [b] Circa quod dic per Cyn. C. de confes. l. j. in 3. quæstio.

ADDITIONES.

a Quod ait. De huius §. intellectu vide Bart. & quod ibi dixi, in l. 4. §. hoc autem. de dam. infe. in 6. & 7. oppo.

b Non requirunt. Dixi in l. de pupillo. §. si quis ipsi. de oper. no. nunc. Bart. in l. si vt proponis. la 2. in duobus locis. quomodo, & quando iud. refert Imo. in l. eum mulier. sol. mat. vbi alle. Cy. in l. 1. de confess. in 2. q. & all. Bar. hic.

LEX V.

Qui interrogatur.[a]

Interrogato dandum est tempus ad deliberandum. h. d.

ADDITIO.

a Paris. Qui interrogatur. Istud est verum, quando interrogatus tenetur respondere per verbum præcisum, & assertiuum, secus si per uerbum, credit, secundum Rom. sing. 727. incip. partialis, est 515. vide Fel. in cap. quodam. in prin. extra, de præsump. An interrogato de credulitate detur tempus ad deliberandum, vide Spec. in tit. de posi. § 6. uer. quid si interrogatus.

Meno Io. Rober. lib. 4. senten. iu. cap 18.

LEX IX.

Si sine.

No. quod præsumitur, quod intercesserit interrogatio. De responsione procuratoris, an teneatur respondere, dic, vt in l. non solum. in prin. s. de proc. & ff. de confes. l. certum. §. sed an. per Dy. in l. j. C. de confes. in 12. q.

LEX X.

Si defensor in iudicio.

§. Qui interrogatus.

[a] Qui dicit se hæredem, intelligitur in dubio [b] insolidũ, nisi ex præcedenti interrogatione aliter limitetur. h. d.

ADDITIONES.

a Pom. Qui interrogatus. Vide Alex. in l. si cui, §. 1. de leg. 3.

b In dubio. Quod hic dicitur, quod responsio in dubio intelligitur secundum interrogationem, limita non procedere in rescripto, ut per Imo. in l. iudex. de re iu. & per illud, quod dicitur hic, dicit Bal. in l. sed & si possessori. item si iurauero, inf. de iureiur. quod dictum testis refertur ad articulum.

1 *Agens hæres, quando cogatur exprimere ex testamento vel ab intestato.*

2 *Iudex summatim cognoscit, an petitio sit impertinens.*

3 *Hæres per mediam personam alterius, non cogitur hoc dicere, nisi deliberatio partis impediatur.*

§. Illud quæritur.

[a] An quis sit hæres ex testamento vel ab intestato, non cogitur respõdere, nisi natura intentandæ actionis hoc exigat, h. d. Ex isto §. habes, vtrum ille, qui agit vt hæres, † debeat exprimere in libello, [b] vtrum sit hæres ex testamẽto, vel ab intestato, quod si per hoc deliberatio aduersarij non impeditur, non cogitur, alias secus. † Item quod summatim cognoscit iudex, an petitio sit pertinens, vel impertinens, quod no. † Item no. quod si aliquis sit hæres per mediã personam alterius, non cogitur hoc dicere, nisi impediretur per hoc deliberatio aduersarij. Facit ad hoc de vul. & pup. l. pen. C. de hære. instit. l. 2.

ADDITIONES.

a Illud quæritur. Ex isto §. habes per Bald. & Pau. de Cast. in l. si is apud quem. de acq. hær. vbi limitat Pau. per Bal. in l. 2. C. de sue. edic.

Paris. Qualiter istud intelligatur, vide omnino Pau. de Cast. consi. 127.

b Pom. In libello. Vide Alex. in l. si is ad quem, in princ. de acq. hær.

LEX XI.

Non alienum.

Facit ad id, quod dixi vobis in l. non solum. sup. de noxa.

LEX XII.

De ætate quoque.

§. Si quis.

Statur confessioni alicuius, licet non veræ, contra se. h. d.

§. Si cum esset.

Pœna mentientis est, vt si primo tenebatur pro parte, postea teneatur insolidum, nisi iuste errauit h. d. No. quid est mẽdacium? Aduerte, cum istis interrogationibus respondetur per credit, & non credit, quomodo possum conuinci de mendacio: licet enim potest res aliter se habere, tamen tu non probas me aliter credidisse. Iurisconsultus hic videtur velle, quod verisimiliter debeat hoc scire, & si dixerit contra, præsumatur contra eum, vt conuincatur de mendacio, quod no. No. quem puniri de mendacio.

§. Qui tacuit.

[a] Tacens, quo ad sui commodum, habetur pro negante, & insolidum conuenitur. † h. d. Opp. ff. l. prox. [b] ille enim qui negat, nullo modo tenetur. Huius timore iste §. legitur per gl. inf. l. prox. trib. mod. Primo modo sic, quia hic erat hæres pro parte, & sic habetur pro negante, vt insolidum conueniatur, vt s. proxi. §. & sic bene continuatur §. iste ad præcedentem. Vel dic [c] quod hic licet non erat hæres, poterat tamen esse. Vel potest alio modo intelligi, vt videbitis. ff. l. px. Doct. Mod. legunt § istum aliter, quod ille, qui tacet, tenetur insolidum, vt habeatur pro confesso, vt hic in princ. § & quod ff. sequitur. quasi negauerit, similitudinariè ponitur, q. d. sicut s. ille, qui negat, condemnatur, & tenetur insolidum propter suum mendacium, ita hic habetur cõtumax [d] & pro confesso, vt teneatur insolidum propter taciturnitatem. Ita videtur notari per Cy. in l. 2. § quod obseruari. de iur. cal. Et sic patet ex prædictis, quod tacens habetur [e] pro confesso, vel pro negante, prout suum incommodum respicit. Sed quæro dicitur hic, qui non respondet, contumax est, sed quid requiritur? Respon. quod si præsens, & iussus respondere recusat absque rationabili causa, vt extra, de confess. c. 2. lib. 6. facit, quod no. in l. certum. inf. de confess. &, per Cy. in l. 2. §. si autem, de iuram. calum. †

ADDITIONES.

a Qui tacuit. Limita istum tex. & intellige no. vt per Inn. in c. cum in cunctis. in gl. decurso tempore. de elec. si præcessit tempus ad deliberandum, & refert Bald. in l. 2. § quod si actor. de iu. calum.

Meno. Io. Rober. lib. 1. senten. iuris. cap. 18. Cuiacius lib. 1 quæst. cap. 9.

† Clau. Conuenitur. Ista regula non habet locum, quantum ad effectum litis contestationis, in qua requiritur expressa responsio, vt no. in c. 1. & ibi Pan. in 4. no. vt li. non contest.

b Opp. inf. l. prox. Vide no. per Bar. in l. eius qui delatorem. de io. fis. & in l. quãdiu. la 2. de acq. hær. & quod no. in l. si quis instituatur. de hære. insti.

c Vel dic. Vide Bal. pulchre dicentem in l. sicut. C. de rep. hær.

d Habetur contumax. Et quare in interrogatorijs contumax habetur pro negante, & in positionibus pro confitente, vide Bal. in l. 1. de confessis.

e Tacens habetur. Quid in contumace vide in l. absentem. de pœ. & vide Barto. hic, & in l. 2. §. quod si actor. de iu. cal. Adde Rom. consi. 452.

† Clau. Calum. Quid autem si vterque tam actor, quam reus fuit contumax in respondendo, an vtriusque positiones haberi debeant pro confessatis, Pau. de Cas. & Alex. in l. si non fuerit.

§. Quod autem.[a]

[a] Nõ vr̃ respõdere, qui ad interrogata non respondit. Facit quod quãdo accusatio esset simplex, & alius respondet modificate, quod non videatur

ADDITIO.

a Quod autem ait. Non respondens inquisitioni, potest cogi ad omnia capitula certe respondere, alias forte pro confesso potest ipsum habere, iuxta no. per Bar. in l. certum. in prin. de conf. & in l. pen. inf. de quæst. & hic adde Lud. in d. §. si quis simpliciter. qui transit cum Bart. hic.

videatur ad interrogata respondisse, eum iudex audire non debet, vt hic. & l.j. §.si quis simpliciter, J.de ver.obl & dixi etiam in fi.illius l.in distinctione, quam ibi posui. Modo pone, quod examinatus super inquisitione facta cõtra te, quod tu occidisti Titium tali tempore tali loco, proditorie. Tu respondens dicis te occidisse, sed non illo tempore, non illo loco, vel non proditorie. Certe tu omnino non videris ad interrogata respondisse, quia de alio respondes. ergo iudex poterit te cogere, vt certum respondeas, † ar. huius l.coniunctæ cum alia.

ADDITIO.

† Claud.Cum alia.Idem dicit Bar.in consi.229. incip Catharina accusauit. quando simpliciter respo deret.

a **§.Nihil interest.** Obscure respondere, & nihil respõdere, paria sunt h.d. No. quod si ali- b quis respondet, quod credit, si apparet maleficium, certe iste obscure respondet: incertum enim dimittit interrogatorem, † ideo † iudex potest non admittere, † & cogere eum vt respondeat, l.cer- c tum. in princ. de confess. Sed quid si dicat. non credit nisi appareat? Certe ista responsio est certa, ꝙ si appareret, reduceretur ad credulitatem.

ADDITIONES.

a Nihil interest. Istum textum limita, & intelliga, vt per Innoc.in c.cum in cunctis in gl.decurso. de electionib.si præcessit tempus ad deliberandum.

b No. quod si aliquis. Sequitur simpliciter Lud.in l.1.§.si quis simpliciter.de ver. obl.per Bal. in l.cum præsens, si certum petatur.
Man.Mathesi.notab.37. Soc.sen. l.cum ad præsens. nu.3. ff.si cer.pet. Cur.sen.in in l.2.§.quod obseruari, in fi.C.de iureiuran.prop.calum.dan.

† Claud.Admittere, ex responsione, quæ fit per relationem ad aliud, vide quod notabiliter dicit Alex.consi.137.vol.2.

c Non credit. Dubito de differentia inter istas duas responsiones. Illud vltimum facit contra no.in l.inter omnes.§.recte.de fur.& in l.Marcellus.§.1.verum amo. Item illud dictum intelligas, nisi statutum diceret, debere simpliciter responderi, ut no.Bar.in l.tutio priu.iof.de vul.& pup.& in l.1.§.si quis simpliciter.de ver. obl. Item illud vltimum similiter intellige, quando illa verba, nisi appareat, restringuntur ad acta in præteritum facta in causa illa, quia aut hoc apparet esse verum ex actis præteritis, & positio est confessata, aut non apparet, & non intelligitur negata, aliter non intelligitur sufficienter esse responsum, quia ponens nõ releuatur ab onere probandi, & oportet eum facere noua acta, producendo testes, vel instrumenta, sicut si nullas fecisset positiones, quod non est dicendum, cum positiones fuerint introductæ, vt quis releuetur ab onere probandi, cle.sæpe. circa medium, de verb.sign. & in l.2. §.quod obseruari. de iu.cal. & ita fuit obtentum. Et ad ista vide Bart in d.§.quod obseruari.in fi. & vide quæ dixi post Imo.in l.1.§.si quis simpliciter, de verb.obl. Et certe contra Bar.ꝙ non procedat illa responsio, non credit, nisi appareat, facit vltra ea, quæ dixi 5. quia ista responsio videtur cõditionalis per dictionem, nisi, vt plene per Bart.in l.r. inf.de cond.& dem.Illud autem quod pendet ab euentu conditionis, dicitur esse incertum, l.vbi autẽ non apparet.in prin.de verb.obl.responsio autem positionum debet esse certa, l.certum.de confessis.Et in specie glo.in cap.præsentium.de test.in 6.in verbo, sigillatim.vbi dicit ꝙ responsio alternatiua positionib.data non procedit, quia incerta, & similiter dicta responsio habet vim alternatiuæ, quia non apparet, & non credit, aut apparet, & credit.contra Bar bene facit quod no.Specu.de teste, §.qualiter. ver.quid ergo, cum ver.seq.& quod no.Bal.in l.2.§ quod obseruari.de iu.calum. in ver.2.quæritur.vbi voluit quod vbi responsio non est talis, quæ releuet ab onere probandi, non est sufficiens. Ad illud enim inductę fuerunt positiones, c.j.& ibi gl.de conf.in 6.no. in d.§.quod obseruari. & in cle.sæpe.de verb.sign. Et ita obtinui in coria mercatorum Bononiæ, & fuit iudicatum per Pet.de Magnanis, maxime stante statuto, quod si quis in facto proprio negauerit positionem, & probetur contrarium, puniatur. Nam si dicta responsio admitteretur, nunquam locus esset pœnæ. Non ob.dictum Barto.hic, quia potest intelligi, quando ex actis productis apparet, vel quando respondens hoc facit apparere, vt no.Spec. in locis præall. vel in facto alieno, quando habet probabilem ignorantiam. Et ad istas responsiones vide Spec. de instru.edi.§.nunc dicemus, versi. quid si quis illo.& Bal.hic. adde Bald. consi.239. lib.3. Et quæ requirantur ad hoc vt positio dicatur confessata. Ang.consi.135 .Bal.consi.118.Et quando confessio erronea possit reuocari, Rom.consi.175.

§.Ex causa. Ex causa iusti erroris potest quis suam confessionem reuocare h. d. No. quod de nouo emergentia nouo egent auxilio. Item no. quod parcitur ei, qui scriptura est deceptus. quod facit ad quæstionem de eo qui interfecit eum, qui non erat bannitus, erat tamen in libro bannitotũ. de quo in l pen.inf. de adult.

a **§.Qui interrogatus.** a Qui interrogatur, tenetur quasi celebrasset contractum, super quo interrogatus esset. h d. Opp.imo videtur, quod confessus habeatur pro condemnato, vt l.j. C de confessis. Gl. fatetur contrarium, quod illa confessio inducit probationem, & facit eum haberi pro condemnato. Sed ista confessio probationem tantũ inducit.5.eo. l j.in fi. Idem in his quæ pertinent ad litis decisionem, & sunt decisiua partis. Ratio apparet in promptu, quia licet sit verum, tamen id, de quo est cõfessus, nõ sufficit ad condemnationẽ.

ADDITIO.

a Qui interrogatus. Istum tex.allegauit Bart.ad vnum, quod no.in l.3.§. idem scribit. de pec, & quod talis responsio præmissa interrogatione, non credit, &c. non releuet aduersarium ab onere probandi, nec sit admittenda, firmat Barrol.post glo. in d.§.quod obseruari, vide Bald. 20 admittatur responsio conditionalis, & qualificata, & quid si dicat, dico vt in instrumento continetur, vbi allegat Spec.

1 *Error iuris est lata culpa.*
2 *Error probatur probando rem aliter se habere.*
3 *Cautela pro eo qui vult reuocare confessionem.*

§.Qui iusto. Erronea confessio post litem cõtestatam, potest reuocari ex causa iusti erroris: secus si fuerit in dolo, vel lata culpa: ante litem contestatam, potest reuocari indistincte. nisi captio actoris emergat. hoc dicit. Primo loquitur quando quis vult reuocare post litem contestatam. Secundo, quando ante l.t.contestat. Secunda ibi, Celsus. Primo quæro exemplum de iusto errore, & de errore qui cadit in culpã. & no. 1 † quod iuris error est lata culpa. Simile in l.liberorum § notatur. de his qui no.infa.Opp.de ver. Celsus, ad §.qui iusto.Sol. §.qui iusto, loquitur post litem contest.ver. Celsus.ante. Item §.qui iusto, loquitur in errore facti.ver. Celsus, potest intelligi in errore facti & iuris. vt colligitur ex dictis Dyn.extra.de reg.iur.c.ignorantia. lib.6.ibi, vlterius, &c. Item ver.Celsus, potest intelligi quando sciẽter falsum confessus est in his, quæ spectant ad litis præparationem Ita intelligitur glo.C.de iur.& fac.ignot.l.error, & hoc tan- a git glo. Quæro qualiter a probabitur error. † Glos hoc notabiliter 2 dicit probando rem aliter se habere præsumitur error. Pro hoc C de iur.& fac.igno.l.si post diuisionem Istam materiam exami- 3 naui plene in l.non fatetur.J.de confes. † Item no.fi. ex quo pluries feci fieri cautelam talem, quando aliquis dixit, quod vult reuocare cõfessionem, & aliquis notarius est rogatus de hoc: quod faciat quod notarius notificet illi, & ille vadat coram iudice, & dicat, quod cum peruenerit ad eius notitiam, rem se habere aliter, prout inuenit in tali instrumento, quod aliter dicit.

ADDITIO.

a Pom.Quæro qualiter.Vide Imo.consi.1.

LEX XIII.

Si filius. Filius ex mendacio punitur, non ex taciturnitate. hoc dicit.

LEX XIIII.

a **Confessionibus** a Confessionibus est standum, quibus ius, vel natura, non repugnat. hoc dicit.

ADDITIO.

a Barb.Confessionib.Vide Lud.Rom.in consi.275.
Paris.Ideo si quis confitetur se occidisse aliquem, & constaret eum esse viuum, nõ præiudicaret sibi, vide Ioan.de Ana. consi.17. & etiam ibi vide Bolog. dicentem etiam istud per testes posse probari, scilicet ipsum esse viuum. Et vide quæ dicit Ial. in l.errorem. de iuris & fac. ignor. quod non potest ex confessione damnari, nisi constet de corpore mortuo. & quod si fuisset punitus, & postea constaret alium interfecisse, ille alius etiam esset puniendus. Super quibus etiam vide eundem late in l.iusiurandum, quod ex conuentione, §.procuratori, de iureiurando.
Meno.August.lib.1.emendat.c.3.

LEX XVI.

Si seruus ab hostibus.

§.Quanquam. No §.quod sicut quando fit translatio de vno tempore ad aliud, requiruntur extrema habilia.l.sciendum.5.ex quib.cau.ma. Ita quando de persona ad personam, quod no. De quo plenissime in l. si quis pro emptore.de vsucapio.

LEX XIX.

Qui ex parte. Si ille, qui alium vt principalem defendit non est soluendo, in alium actio restituitur. h. d. Vel sic, Sententia lata contra vnum ex sua confessione, non liberat verum dominum.h.d.

LEX XX.

a **Si filius.** a Quando non tenet iudicium, contumax in non respondendo non potest haberi pro confesso. hoc b dicit. Vel breuius, Inter quos non valet b iudicium, nec confessio. hoc dicit.

ADDITIONES.

a Pom.Si filius.Vide Rom.consi.124.
Meno.Crauet.consi.319 col.12.vers.2.respondeo.

b Paris.Non valet.Istud quomodo procedat, si iudicium sit nullum, nulla etiam sit confessio, vide Abb.in c.Pisanis, in vlt.no.extra de rest.spol.

LEX XXI.

1 *Procurator in omni actu facto, non est necesse, quod dicatur quod facit procuratorio nomine domini.*
2 *Quando variatur causa, personarum varietate, impeditur constitutio duorũ reorum.*

a **Qui seruum.** a Si ex variatione personæ conuenti nõ variatur causa, vnius, cõfessio & solutio liberat verum debitorem: secus si ex variatione personæ contingit variatio causæ, nisi veri debitoris noĩe factũ fuerit. h. d. Quã l.no.& ponit duo dicta, quæ vñr ꝯria, & soluit cũ mag.subtilitate. Et no. distin-

ADDITIO.

a Bar. Qui seruum. Adde Bal.in add. Spec.in tit. de conf.ubi allegauit ibi no.istum text. quod confessio eius, qui non deliquit licet sit punitus, non liberat verum delinquentem. Et vid Lod.Rom.consi.260.

distinctionem pulcherrimā, q̄ est in tex. isto, vt apparet ex summario. ᵃ No. etiam ex fi. huius l. quod non est necesse, † quod in omni actu facto per procuratorem, dicatur quod ipse facit procuratorio nomine dñi; nam hic in fine, licet haberet mandatum, non dicebat se facere nomine alterius, & habet locum actio mandati. Facit l. post dotem. sol. mat. secundum lecturam Dyni, & ibi dixi vobis Vlt. no ex lectura huius glossæ, † quod quando ex varietate personarum variatur causa, impeditur cōstitutio duorum reorū debendi. Sed opponitur, nonne duo rei debendi &c. vt in glo. Idē habet is in l. si id quod. ĵ. de duo. re. prout loquitur in promissione dotis, & vsusfructus.

ADDITIO.

a No. etiam, Vide no. Bar. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de verb. ob. No. quod si Titius confessus est se interfecisse hominem, & propter hoc decapitatus est, & postea apparet Sempronium fuisse delinquentem, & non Titium, an Sempronius debeat decapitari, Tex. est hic q̄ sic, no. Bal. in c. 1. § iniuria. circa fi. de pace iura. firman. & vide Ang. & Imo. in l. quoties. §. 1. soluto matrimonio. Et vide Imo. in l. is qui reus, in fi. de pub. iud. in ea gl. ibi, præcedente die, &c. Bal. in l. 2. in fi. C. quibus res iud. non nocet.

Rue. Adde dum Bar. dicit, q̄ non est necesse, quod procurator faciat procuratorio nomine, q̄ ipse tenet CONTRARIVM in l. post dotem in 6. lect. inf. sol. mat. & ibi no. Alex. col. 6. & ibi concordat opi.

LEX XXII.

ᵃ Vbicunque, ᵃ Quæro. quando debeat mouere æquitas iudicem: Dico, quod quatenus actionis causa proponitur, vt hic. ᵇ

ADDITIONES.

a Paris. Vbicunque, Vide ad materiam ĵ. in l. 1.

b Vt hic. Et ad gl. hic vide Bar. l. actor, in prin. C. de probatio. & vide vndecim casus notabiles per gl. ĵ. eod. l. 1. & q̄ od dixi post glo. & Bart. in auth. qui semel, C. de prob. Et ad huius legis intellectum vide Ale. post Bart. & alios in l. 4. §. hoc autem iudicium, inf. de dam. inf. & Ro. consi. 173. in 1. dubio. Et no quod non tenetur respondere interrogationi, quando est decisiua totius causæ, vt dicunt Domini de Rota, deci. 42. Dicit tamen Alber. quod si quis semel negauit cum iuramento, non potest amplius respondere, gl. in ver. non possidebat. in l. si a te hæreditatem. ff. de exce. rei iud.

REPETITIO.

1 *Causa est, ad cuius esse sequitur aliud.*
2 *Causa proxima intrinseca, existente vera, validat relictum in testamento.*
3 *Interogatoriæ actiones, de quibus hic, fiunt officio iudicis.*
4 *Libellus non requiritur in istis interrogationibus.*
5 *Libellus in officio iudicis, quando requiratur.*
6 *Clausula generalis subiecta post casus speciales, illos casus comprehendit, & quando non comprehendat. nu. 8.*
7 *Iudex in quacunque parte iudicii, etiam post conclusum in causa, interrogat partem, & positiones facit ex officio.*
9 *Iudex quando supplere possit etiam super facto.*
10 *Imperator facit æquitatem non scriptam, iudex inferior scriptam.*
11 *Interrogatio & positio quomodo differant.*
12 *Positio quid sit.*
13 *Positionibus quibus sit respondendum.*
14 *Positiones quo iure inductæ sunt.*
15 *Positionibus officio iudicis respondendum est.*
16 *Positio dicta est, quod super eis lis ponatur.*
17 *Positiones fiunt vt ponens ab onere probationis releuetur.*
18 *Positiones fiunt post lit. cont. & etiam ante litem contestatam, & in emergentibus ante.*
19 *Positiones vsque ad quod tempus fieri possunt.*
20 *Positionibus responsio debet fieri coram iudice pro tribunali sedente.*
21 *Positiones possunt fieri ab actore, reo, & eorum procuratoribus.*
22 *Positiones qualiter fiant, & qualiter eis respondeatur.*

ᵃ Vbicunque. ᵃ In Chri. noi., &c. Repetiturus l. vbicunq. in eius litera hūc ordinem seruabo. Nam primo continuabo rubricam ad superiora. Secundo omittendo summariū, quia lex ista pp eius breuitatem seipsam summat, ponam casum in terminis. Tertio legam literam, ipsam exponendo. Quarto notabilia colligā. Quinto opponam. Sexto quæram. Septimo audiam & ero de præsenti actu expeditus. Redeo ergo ad primum, videlicet ad rubricæ continuationem, & continua ipsam, vt no. ŝ. in gl. Contra quā opp. q̄ non sic bona, & sic cā dēt præcedere suum causatum; † quia s̄m philosophum, cā est, ad cuius esse sequit̄ aliud. Probat̄ p l. 3. § ex plurib. & q̄ ibi no. ĵ. de acq. poss. & de exceptio. rei iud. l. si mr̄. §. eandem, & l. cū de hoc, & l. & an ea. §. actiones. Facit q̄ vulgariter dicimus, remota cā, remouetur effectus ab ea causatus, l. generaliter. de episc. & cler. & l. in omni. ŝ. de adop. & de dona. l. 2. §. fi. & l. seq. cum similib. Sed ita est, quod actio personalis hereditaria, per quā certum petitur principaliter, est causa istius interrogatoriæ actionis, & interrogationis per hoc edictū fiendæ, vt patet in l. 1. ergo tractatus talis tanq̄ cā, debuit p̄cedere materiam, tanq̄ effectum ab eo causatū. R̄ñd. & dico quod expositio tua est vera, q̄ cā dēt p̄cedere causatum, quo ad producendum rem in esse, ar. ŝ. de ori. iur. l. 1. & quod ibi dixi. & ita est & hic, quia quo ad proponendam rem in esse, id est materiam huius tituli, oportet, q̄ talis actio p̄cedat, & q̄ cōpetat actori, sed quo ad ordinem iudiciarium ista dēt p̄cedere. & ita loquitur gl. & patet in legib. prædictis. Sed ꝯ præmissa opp. quia causatum potest in esse produci sine causa, vt l. demonstratio. l. cum tale. §. falsam. ĵ. de cond. & demonst. Insti. de leg. §. longe, & C. de fal. cau. adiec. leg. l. 1. Sol. † præmissa loquuntur in causa proxima intrinseca, & essentiali: tu vero arguis de causa extrinseca, & remota accidentali, vt patet in dicto §. falsam. vbi remanet dispositio testatoris valida ex causa proxima intrinseca, & vera, quo ad ipsum causatum in esse producendum, quæ habet validare scripta in vltima voluntate. l. si mihi & tibi. §. fi. de leg. 2. & habet causas, & conditiones ipsius regere, & regulare. l. in conditionib. in prin. & l. pater. §. conditionum verba. ĵ. de cond. & demon. Præterea in contrarijs est speciale in vltima voluntate, prout dicunt Moder. C. de fal. cau. l. 1. Igitur in ꝯtrarium est ius commune. l. ius singulare. ĵ. de leg. & ad mu. l. 1. Et ad confirmationem responsionis præmissæ, induco specialiter, l. in testamento. ĵ. de cond. & dem. Et de hac materia generaliter tractatur in dicta l. 1. §. fi. & l. 3. de don. & Dy. extra. de reg. iur. ca. decet. li. 6. & Iac. de Are. ŝ. de post. l. 1. §. textum. Pet. & Iac. de Are. C. de ep. & cle. l. generaliter. plene tractaui de condi. causa data, l. si pecuniā, quam omitto causa breuitatis. Secundo opp. ꝯtra gl. de l. nostra, vbicunque. per quam interrogationes ex hoc tit. ponunt actiones p̄dictas, etiam quo ad iudiciarium ordinem præcedere, atq; sequi. Sol. gl. s̄m communem lect. considerat ordinem iudicij regularem, qui habet locum suum in casibus specialibus notatis ŝ. co. l. 1. in quibus interrogationes possunt fieri a iudice proprio motu, & ad partis instantiam, & ab ipsa parte ĵ. eo. tit. l. fin. & l. de ætate §. in. et rogatus. Hic vero loquitur de ordine regulari iudiciali, in quo fiunt interrogationes solum per officium iud. principale, proprio motu, non ad partis instantiam, vt int. dicam. Accedat ŝ. de orig. iur. l. 2. §. penult. & C. de pe. bo. sub. l. 1. lib. 10. & in glo. rubricæ. † Quærit glo. de duob. primo, quæ sunt istæ interrogatoriæ actiones, de quibus intitulatur in rub. & per l. primam, in fi. ĵ. e. Sol. in hac rub. ponitur quod istæ interrogatoriæ actiones, olim proponebantur in iudicio iure actionis: hodie vero non, sed per officium iudicis. Cōtra quam responsionem instatur. quod immo fiant per actionem in factum, quia fiunt per edictum prætoris. ĵ. l. 2. & ŝ. l. volunt. in prin. ergo per actionem in factum l. & ita. § 1. cum glos. sup. nautæ caupo. stabul. & Inst. de int. edic. §. fi. Sol. duob. mod. Primo secundum gl. quod hic legislator reprobat expresse actionem. & officio iudi. est contentus, vt patet in l. 1. in fi. sup. eod. Simile sup. de pet. hæred. l. hæredita. §. si defuncto, & inf. de auro, & arg. leg. l. Quintus. §. Pomponius, prout glo. intelligit dictam l. 1. §. fi. Secundo modo secundum Pet. quod & hic habet locum actio interrogatoria in factum, sed non hodie ita frequenter sicut olim, prout Pe. intelligit d. l. 1. sed prima placet, prout ibi dixi. † Secundo quærit gl. an sit necesse hic libellum offerri. Et determinat quod non, cum illud officio iud. explicetur, sed libellus consueuit offerri, cum iure actionis petitur, vt in auth. offeratur. de lit. cont. Subiicit gl. generalius quod vbicunque iudicis officio aliquid explicatur, ibi non est necessarius libellus, cum quasi misericorditer petatur, arg. ĵ. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. meminisse. maxime hic, vbi neque condemnatio, neque absolutio sequi potest responsionem, sed proceditur solum in principali negotio, Ratio pro glo. hæc esse potest, talis interrogatio, & responsio fit ad litis ordinationem, non ad decisionem, vt dixi in l. 1. in prin. subiicit glo. Item quia hoc fit in itinere. ŝ. eo. tit. l. volunt. § 1. Ad hoc etiam inducitur l. de submersis. C. de nau. lib. 11. Domini, aduertatis, quia Mar. Sil. damnat glo. dicens quod illud officium, quod misericorditer imploratur, est officium principale, quo minores petuntur, vt inf. de tut. l. muto. §. tutoris datio. & de tut. & curat. dat. ab his. l. 1. § fi. cum l. seq. & l. ius dandi. & libellus dandus est ad publicationes, & testificationes testium, ad æternam rei memoriam, vt sup. ad l. Aquiliam. l. in lege Aquilia si deletum. & in Auth. de test. §. pen. C. de testib. auth. si testis productus. Sed istæ interrogationes non fiunt officio principali, sed officio mercenario deseruiente actioni propositæ, vel proponendæ. sup. l. 1. in prin. & fi. & l. edictum. & l. volunt. in princ. & l. de ætate. §. si cum esset, & §. qui tacuit. Sed ego defendam gl. & expono misericorditer, idest humiliter. Subdit Mar. Sil. quod multiplex est officium iudicis, quod tractat plenissime Gu. supra de iu. om. iu. l. 1. vbi plenissime hoc anno tractaui, & Iac. Bu. tangit int. de ędi. edic. l. ædiles. §. item sciendum. quod omitto causa breuitatis. Sed contra gl. † istam insto de l. 1. in prin. & quod ibi no. supra de eden. vbi no. q̄ in officio iud. debet offerri libellus. Ad q̄ respondeo q̄ quoddam est officium deseruiens actioni propositæ, vel proponendæ, & in isto non est necesse libellum offerre, vt hic, & l. qui petitorio. in prin. supra de rei ven. Quoddam est officium iud. deseruiens executioni iniæ, & illud idem, vt l. minor 25. an. cui fideicommissum, supra de mi. & ĵ. ne vis fiat ei. l. si quis missus, in prin. & qđ no. supra de ino. test. l. qui de inofficioso. in prin. Et de hoc dixi supra de pet. hæ. l. itē veniunt. §. cum p̄diximus. Quoddā est offm̄ iudi. deseruiens actioni supplendo circa actionē post lit. cont. idem, vt ĵ. de edil. edic. l. ędiles § itē sciendū. & l. item si serui § 1. Quoddam est offm̄ iudicis principale, qđ ponit̄ loco deficiētis actionis, vt est illud, quo petit̄ restō minoris, vel cautio dāni infecti: tūc, aut tale offm̄ requirit plenam cāæ cognitionē: & dēt libellus offerri, & lis cōtestari, vt ŝ.

ADDITIO.

a Meno. Vbicunque. Scripsi de arbit. iud. lib. 2. cap. 51.

vt sup de minorib. l. 1 & 3. & l. qui bona. infra de dam. inf. & extra, de officio delega. c. 1. vbi de hoc, & de tali potest intelligi gl. contraria. Et prædicta vera, quando tale officium requirit plenam causæ cognitionem ex parte supplicantis: si autem non requiritur plena causæ cognitio respectu supplicantis, sed supplicati, tunc non esset necesse libellum offerre, vt patet ex coniunctione infra scriptarum legum, videlicet infra de confirma. tut. l. vtilitatem. §. fi. arg. supra de teri;s. l. 1. §. fin. & leg. 2. & infra, de suspect. tut. l. 3. §. præterea. Aut tale officium non requirit plenam causæ cognitionem ex parte alterius, sed summariam: & tunc non est necesse libellum offerre, vt patet supra, de officio proconf. & leg. l. nec quicquam §. de plano. & §. circa aduocatos. Quoddam est officium iudi. quod succedit loco deficientis exceptionis. l. planc. & in l. fi. de pet. hæred. & in isto dicit Gul. supra de officio proconf. l. nec quicquam, §. vbi decretum, non esse necessarium libellum offerri, argum. supra de excusat. tutor. l. scire oportet. §. sufficit. Glo. no. contrarium in dicto §. vbi decretum, & infra de reg. iur. in l. omnia quæcunque. Sed certe glos. debet intelligi de uoluntate, non ex necessitate. quare Franc. Accur. tenet contrarium, & cum Gul. concordat Iac. in dict. §. vbi decretum. & uerius, ut ibi per eum. De hoc per Butr. supra de iud. l. si debitori. & per Ros. in tit. si quis fuerit missus in posses. &c. & in titu. de offic. iudic. Expedita glos. rubricæ descendo ad nigrum. Et Domini, præmitto quod hæc l. comprehendit omnes casus huius titu. & est regula talis, iudex debet facere interrogationes ubicunque est æquum, quod est in casib. sup. connumeratis in hoc titulo, & no. sup. l. 1. Secunda lect. ponit aliu in casum casibus supra enumeratis. & dictum est sup q. in casibus prædictis fiunt interrogationes, addit hæc lex, quod etiam in aliis casibus vbicunque æquitas iudicem mouerit, &c. Ista lec. secunda est communior, & eam sequitur Rayn. & ponit casum secundum primum exemplum gloss. hoc addito quod Bonon. locauit lectum famulo seruienti pluribus in eodem hospitio, aliquo sociorum recipiente pro vno eorum, & famulus recessit cum lecto: Bononiensis vult nunc petere lectum ab eo scholari, qui misit famulum, & ignorat quis ille sit. Certe iudex officio suo facit interrogationem per l. istam, & argumen. sup. titu. l. 3. §. si quis noxali. Et ideo posui casum in Bononiensi, qui locauit lectum famulo, non scholari, qui tunc iustam causam ignorantiæ habebat, & sic æquitas debet mouere iudicem ad istam interrogationem faciendam. Si autem locasset scholari, non haberet iustam causam ignorantiæ, infra, de regu. iur. l. qui cum alio, & sic æquitas non moueret iudicem ad istam interrogationem faciendam, & sic cessaret æquitas. Expedito secundo, videlicet casu in terminis, venio ad tertium, & lego literam exponendo vbicunque, exponunt quidam in quolibet loco, quod non placet per l. penultimam, supra de iusti. & iu. & quod no. sup. eod. l. voluit. §. quod ait, quare alii exponunt, vbicunque, idest in quacunque iudicii parte, etiam post litem contestatam, & post conclusionem in causa. Patet extra de fide instrum. cap. cum Ioan. & hoc placet mihi. Ratio, quia hæc l. super rationabili æquitate fundatur, vt patet in litera, quam iudex ante oculos semper debet habere, & ne in quacunque parte iudicii, vt inf. de eo quod certo loco. l. quod si Ephesi. §. in summa. a qua recedens errauit perniciose. l. si seruum, §. sequitur. in fi. inf. de verb. oblig. Sequitur in tex. iudicem scilicet ordinarium, vel delegatum. per ea quæ no. sup eodem l. 1. in glo. incipiente, sed quomodo. & subaudi ius dicentem per l. 1. sup. de iurisd. om. iud. c. & quod ibi æquitas scilicet rationabilis, vt statim dicam. Sequitur, mouerit in mente & animo, argum. sup. de iud. l. interdum. in prin. & de arbitris. l. dicere in princ. & inf. de supel. leg. l. Labeo. ver. sed si. Sequitur, æque, idest, ex dicta æquitate eum mouente & rationabili authoritate fulcita, eo casu loquente. in Authen. de nupt. §. si vero solum vsumfructum colla. 1. & 4 de iud. §. omnis. colla. 6. Considerando circunstantias traditas inf de pœn. l. aut facta. in prin. & sup. de his qui notan. infam. l. quid ergo §. pœna grauior. cum sua materia. Sequitur in tex. oportet. expone, idest debet, vt sic necessitatem includat. Simile inf. de iureiuran. l. 1. in princ. Et ratio est, quia istud expeditur mero iudicis officio, non instante parte, vt statim dicam. Ad hoc argum. sup. de offi. præsi. l. congruit, & quod no in d. §. pęna grauior. in gl. & per Doct. moder. Nam quod proprio motu alicuius relinquitur, illud omni necessitate excluditur. arg sup. de orig. iur. l. 2. §. pen. & inf. de variis & extraordinariis cognitio. l. 1. §. proinde. & C de pet. bon. subla. l. 1. lib. 12. & de iudi. l. non quicquid. in princip. cum simi. sequitur, interrogationem, subaudi, ad litem ordinandam, & decidendam, licet pars ex se posset facere interrogationem istam, vt sup. eod. l. 1. Ratio, quia istud non est beneficium iniquum, sed æquum, & rationabile, igitur amplian- dum, l. fin. sup. de constitu. prin. & quia ad eius officium spectat lites perimere, vel dirimere, vt l. quidam, inf. si cer. pet. & de aqua plu. arcen. l. 2. in princip. cum similibus. in fi. l. & compellere poterit interrogatum iuris remediis respondere, vt inf. de vent. inspicien. l. 1. §. ex hoc rescripto. Institu. de satisdatio. tut. §. penul. alias in contumaciam pœna debita coercebitur, vt sup. eod. l. de ætate. §. qui tacuit. & §. nihil. Redeo ad quartum, & ex prima lectura colli- 6 gas no. † quod in casibus specialibus præmissis subiicitur regula, & clausula, quod ipsi comprehendantur, l. si seruus, §. inquit lex, in fi. sup. ad l. Aquiliam. Ex secūda no. etiam quod clausula generalis specialia non comprehendit, vt supra, ex quibus causis maiores. le. sed & si per prætorem. § deinde. inf de verb obliga. l. doli clausula. & l. stipulationes commodissimum. & de pœn. l. sanctio legum & de reg. iur. l. in toto, cum simi. Tertio no. principaliter, quod iudex in quacunque parte iudicii. etiam post conclusionem in causa ex officio suo nobili, & principali mere in persona eius residente, potest facere interrogationes, & positiones, vt d. c. cum Ioannes. & in clement. sepe. de verb. sig. Redeo ad quintum licet glo. communiter, & Doct. nun faciant aliqua contraria ad l. istam, tamen ego formabo plura cōtraria pulcherrima ac necessaria. sicut feci super rub. Et primo opp. d. primis † notabilibus supra collectis, quorum 8 vnum alteri contradicit, vt patet. Vnde obstat C. de nouo Codice compo. l. quibus. ibi, resecatis. & de iure enucle. l. tanta, in prin. & in § inquit. supra, ad l. Aquil. alleg. in princ. gl. sol. in §. inquit lex, clausula generalis apponitur doctrinæ gratia, ut sic comprehendat etiam specialia. l. doli clausula, de verb. oblig. & aliis superioribus legibus, quæ allegantur in 2. no. ibi clausula generalis ponitur ad cautelam, & ideo specialia non comprehendit. Ratio, quia doctrina debet esse valde generalis. & omnia comprehendere, vbicunque posita, vt nihil scientiæ habeatur incognitum, vt supra in 1. consti. Digestorum, & cum per eam tradatur perfecte principium, mediū atque finis, vt ea. constitu. §. quib. alias doctrina & scientia esset incerta, quod esse non debet, vt d. § quibus ibi, ceteras, &c. At vbi fit aliquid ad cautelam, debet referri solum ad necessaria, de quibus alias prouisum non est, alias talis prouisio est superflua argum. sup. de procura l. non cogendum, §. fin. & infra vt leg. nom. ca. l. hæc stipulatio. §. diuus. cum simil. Sed huic solutioni opponitur de l. testamenta. C. de testam. & l. si pupilli. §. 1. supra, de nego. gest. & l. qui mutuam, §. 1. infra mandati. & de reg. iur. l. non solent. & l. quæ dubitationis. Solutio, abundans cautela non nocet, nec vitiat dispositionem, vt ibi not. tamen eius effectus porrigitur vltra quam natura ipsius patiatur, vt hic Ratio patet, q. a species derogat generi, & de illa eximitur, vt d. l. sanctio. & d. l. in toto. Ad prædicta facit infra de au. & argen. lega l. pediculis. §. Labeo. Item obstat prædictis, quod clausula generalis, etiam ad specificata non porrigitur, & cum eorum effectu concurrit l. Titia. §. qui Marco. infra, de annu. legans. Solu. vt ibi dixi. quæ materia non est principalis huius l. & ideo ipsam omitto causa breuitatis, sed de ea bene notaui in glo. infra. de fun. instruc. l. quæsitum, §. penult. & de rebus dub. l. 1. & plenius per Dyn. extra, de reg. iuris, cap in generali. lib. 6. & plene post Dyn. & Pet. qui aliquid tangit. C. de legat. l. cum quæstio §. fina. & l. si seruus, § inquit lex. ad l. Aquiliam. no. infra, de verborum obligat. l. doli clausula. vbi solutiones traditæ sunt. Opponitur de l. sed & si per prætorem. §. denique. supra, ex quibus cau ma. vbi datur doctrina, & tamen clausula generalis non extenditur ad specialiter expressa. Sed respondeas, quod ibi legislator hoc expresse prohibet: alias secus, vt supra demonstraui. Opponitur contra l. quia videtur quod iudex non possit ex officio suo interrogationes facere, nisi ad postulationem partis, & instantiam ut infra, de damno infec. l. 3. §. hoc autem iudicium. Sol. hic in mero officio residente in persona solius iudicis, ibi in residente in postulatione partis, & instantia, vt supra, de postulan. l. 1. §. postulare. Præterea ibi quo ad pœnam iudicis contumaci irrogandam, vt ibi patet in litera, hic quo ad ordinem iudiciarium explicandum, & veritatem ipsam indagandam per ipsum, quod principaliter ad officium eius spectat, vt l. 2. C. de eden. & de iuram. calum. l. 1. & in Authen. de hæredibus & falcidia. §. si vero absint, collatio. 1. Denuo insto contra l. istam, 9 quia per eam iudex supplet defectum partis de facto, quod non potest, sed solum de iure. C vt quæ desunt aduoc. l. 1. Solu. Mar. dictam oppositionem concedebat de plano, argum. l. 2. in fine. supra, de feriis, & supra, de petitio. hæredi. l. fina. & l. si irruptione. §. fi. finium regund. quod est falsum. vt in l. contraria. & de offic. præsi. l. illicitas. §. veritas. Et ad l. nostram respondit, vt no. ibidem, & d. §. veritas, scilicet quod in eis erat notum iudici tanquam iudici, non tanquam priuato. Quæ responsio est bona ad d. l. 2. in fi. & l. si irruptione. in fi. & ad l. fi. de petitio. hæred. Et ideo responde vt ibi no. videlicet, quod ibi conuentus implorat officium iudicis per modum exceptionis, quod potuit, vt supra eod. tit. l. plane. Sed ad contrarium potest responderi, quod iudex hoc facit hic ex æquitate rationabili munita. vt dixi in expositione literæ, & sic legitime, facit C. de adul. l. Gracchus, & infra. de concub. l. in concubinatu. & in §. omnis autem iudex. in Authen. de iudi. collat. 6. versic. si quid. Vel dic, quod iudex non potest supplere de facto asserendo, vt in contrariis, sed ponendo, & interrogando, vt hic, & opponendo. l. Offidius. de lega. 3. vbi de hac materia sic distinxit, quia aut iudex vult supplere de iure, & potest asserendo. d. l. 1. C. vt quæ desunt aduo. etiam opponendo, vt le. prox de his, quæ in test. delen. & d. l. Offidius. Aut vult supplere de facto, & tunc, aut est sibi notum tanquam iudici, & potest, vt d. l. 2. supra, de fer. & l. si irruptione §. fin. infra fini. regun. Aut est sibi notum tanquam priuato, & tunc aut vult supplere de facto asserendo, & non potest, vt d. l. illicitas §. veritas. de offi. præsi. Aut ponendo interrogando, & opponendo, & potest secundum formam huius leg. vt hic, & d. l. Offidius.

causam,arg.sup.e.l.de ætate.§.ex causa. Item dicunt quidam q̃ positioni de alieno facto non est respondẽdum arg.inf.te.amo.l.Marcellus.Mart.& Pet.tenent cõtrarium, si factum alienum faceret ad causam. Nec ob.l.Marcellus,quia loquitur in facto quod est de veritate,hic de facto, quod est de credulitate, quod placet domino meo,arg.C.de reb.credi.l.generaliter,§.his de præsent.b. Item dicunt aduocati & Doc.quod positioni iuris non est respondendum, quia est certum & determinatum,l.3.de iuris & fac.ign.tangitur in glo.insl.non fatetur, inf.de confess. Quibus opponit dominus meus de l.ornamentorum,inf.de auro & arg.legato,ad quod ipse respondet,quod ibi hæres positioni iuris sponte respondit, sed inuitus respondere non tenebatur.Sed an positioni alternatiuæ sit respondẽdum,vel sit admittenda,hic non tracto,quia dominus meus remittit ad ea quæ Inn.dicit extra de rescrip c.ex parte. Item subicitur in dicta diffinitione,probationis loco succedens. patet supra eo.l.r. in fin.& quod no. in d.§.quod obseruari,& quod subicit,habẽs interrogationem annexam, s.de iure per sacramentum de veritate, sed de consuetudine per sacramentum de credulitate,vt no.in d.§. quod obseruari. Licet quidam dicant,vt no.sup.eo.l.i. in prin.gl.circa fi.

14 Denuo quæro,quo † iure sunt introductę positiones. Et certe dicunt quidam,vt Io.And.extra de confessis,c.1.li.6.quod sunt introductæ iure scripto antiquo,per l.Offidius.vbi ponit etiam,inf.de leg.3 Alii dicunt inductas esse iure nouissimo,ut in auth de his qui ingre.ad app.in fi.quæ est in d.auth in isto.Pet.& Iac.de Ra. tenent quod positiones non sunt inductæ de iure aliter scripto & ciuili, & hæc practica,& theorica sic ostenditur.libellus offertur, lis contestatur,reus citatur.vt in auth.offeratur.C.de lit conte.& iuratur de calumnia Nam actor iurat,quod habet iustam causam agendi, & statim cum sciet causam iniustam, illã dimittet, & reus iurat quod habet iustam causam defendẽdi,& quod statim cum sciet causam iniustam,confitebitur veritatem,per d.§.fin.de his qui ingr.ad app. Item iurat aduocatus,l.rem non nouam,§.patroni,C.de iud. Cum igitur actor & reus statim sciunt causam iniustam, debent eam relinquere,alias sunt periuri. Sed ad quid fiunt positiones, cum non sunt inductæ iure scripto,sed consuetudinario,quod etiam sentit gl. & Gul in d.§.quod obseruari,quod dominus meus confitetur esse verum in positionibus quæ fiunt post lit. contesta. & hoc per sacramentum generale de calumnia præstitum,vt in auth.hoc sacramẽtum.eo.tit.Sed quæ fiunt per hunc titulum ante lit. contesta per sacramẽtum calumniæ præstitum,bene sunt inductæ iure scripto antiquo,vt patet sup.eo.l.1.in casibus specialibus ibi not. Et respondet ad l.Offidius.& bene,quod ibi loquitur opponendo, non statuendo,vt ibi patet in litera,& ita sentit glo.

15 Deinde quæro,† quo iure fiant positiones? ad quod respõdeo,quod licet eorum inuentio fuerit de iure consuetudinario, vt ibi dixi,tamen fiunt per officium iudicis,vt supra eo.l 2.in fi.Facit quod no.supra in rub.quod ibi latius dixi.

16 † Deinde quęro,vnde dicatur positio. Respondeo,quod dicitur ex eo quod super ea lis ponatur,arg.supra,de iust.& iu l.i.§.huius,& sic ita denominatur,tanquam insit litis fundamentum, adeo quod in confessatis vel negatis lis vlterius protenditur, vel nõ protenditur,l.1.C.de conf.& inf.eo.l.fi. & sup.ad l.Aquil l.proinde,§.fi.& ibi no.facit quod sup.dixi exponendo diffinitionem.

17 † Deinde quæro,ad quid fuerunt positiones inductæ? Breuiter respondeo,ad hoc ut ponens per responsiones aduersarii ab oneribus probationis releuetur,ar.sup.ad l.Aquil.l.inde Neratius,§.fi. & l.proinde,vt patet l.i.C.eo.q̃ etiam sentit gl.in d §.quod obseruari.in glo fi.

18 † Deinde quæro,quo tempore fiant positiones? Breuiter dico,quod illo, quo probationes, etiam positiones, quæ fiunt super termino probatorio in causa,debent fieri post lit. contest.& post iuramentum generale de calumnia præstitum, quia lit. conte. præstatur,cum loco probationis succedant,illo tempore debent fieri C.de testa.auth.si testis productus,& in cor.eo.§ pe.ergo & ipsæ positiones,arg.sup.si quis cau.l.si eum,§.qui iniuriarũ. In emergentibus,& incidentibus ante lit.conte debent fieri positiones,ar.sup.eod.l.i. cum in eis specialiter de calumnia iuretur,arg C.de iu.cal l.2.§ quod obseruari. quod tenuit dominus meus in auth.hoc iusiur eo.tit.

19 † Deinde q̃ro vsque ad quod tempus fieri possunt? Resp & dico,q̃ quædam sunt positiones regulares,quas pars facit parti, seu iudex ad instantiam partis,& illę fieri debent ante conclusionem causę,vt C.de iur.l.iudices,& auth.iubemus,in corpore unde sumitur. Quædam sunt regulares,quas iudex facit proprio motu,illæ possunt fieri etiam post conclusionem in causa,vt hac l.& ext.de fide inst.c.cum Ioã.†

20 Deinde † quæro,vbi debent fieri responsiones? Respon.& dico,quod ante iudicem. Et si quidem fient causa plene cognita ad litis decisionem,& tunc in loco maiorum & consueto,vt sup. de iustit. & iu. l.pe & C.de dil.l.a procedente. Si autem ad litis ordinationẽ cum causæ cognitione summaria, tunc coram iudice sedente domi uel

21 in itinere,vt s̃.e.l.voluit,& ibi no. Deinde quæro,† a qui b.possunt fieri positiones. R̃n.a principalib. partib.s.actore, & reo,cũ vterque iuret de ca'.l.3.in pr.n.C. de iura.cal. Et reus in eis aliquid asserat, sicut si in se onus probationis sumeret.inf.de prob.l.circa. Itẽ a procuratore cum mandato,q̃ dic ut s̃.de proc.l.non solũ. in prin. Nec ob.sup.e.l.si sine,§.si.quia hic,procurator non est alius, cum personam domini repræsentet,vt j.de dam.infec.l.qui bona.§.si alieno. s̃.de procu.l.minor.§.quoniam.& eo.ti.l.sed & hæ.§.defendere.Itẽ non ob.l.si defensor.in prin.s̃.e.ibi sine mandato erat defensor, vt ibi no.Non ob.huic solutioni s̃.eo.l.qui seruum,i.r̃n.quia ibi dñs habuit ratum,vt no.in d.l.si defensor.Ratio est,quia ipsi procuratores cum mandato de calumnia iurant etiam hodie, vt dicit dominus meus in auth.principales.C.de iut.cal.& l.prætor in princ.j.de d.s. inf. † hac ratione probationes possunt fieri a principalibus perso-

